UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

urn:nbn:de:hbz:466:1-66377

Visual Library

N. 5778.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE & BIBLIOTHECARIO.

TOMUS XVII.
AB ANNO CHRISTI 1143. USQUE AD ANNUM 1176.



Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

Progredimur, Lector Benevole! in Verſione Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Narratione noſtra ad mediam Sæculi XII. partem, in qua leges, Latinos ſecundam expeditionem ſacram in Palæſtinam optimo quidem conſilio & fide ſuſcepiſſe, ſed perfidia Græcorum optato eventu fuiſſe fruſtratos. Leges, Eccleſiam Occidentis multis erroribus, quales erant Gilberti Porretani, turbatam, ac a variis

Hæresibus, Henricianorum, Colonienſium, & recentiorum Manichæorum oppugnatam, funeſto Schismate, inter Fridericum I. Imperatorem & Alexandrum III. Pontificem exorto, fœde laceratam, Doctrinam Juris Eccleſiaſtici ſeu Canonici, edito Decreto Gratiani, Theologiam vero, vulgato Libro ſententiarum Petri Lombardi, quaſi aliam faciem induiſſe. Leges, inquam, Eccleſiam Orientis, ſicut in Communione cum Eccleſia Romana inconſtantem, ita etiam in ipſa vera Fide titubantem, & tandem S. Thomæ Cantuarienſis illuſtriſſimum cum Rege ſuo de Immunitate Eccleſiaſtica certamen, quo in medio hujus Sæculi nihil magis celebratum occurrit. Volve igitur hanc quoque Partem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ſcientiæ Theologis & Juris Canonici peritis perquam neceſſariæ. Quam veritatem præter alios agnovit, & ipſo facto confirmavit clariſſimus Vir *Hermannus Schollinger, Benedictinus Obernaltacenſis, in Alma Archiepiſcopali Univerſitate Salisburgenſi SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor*, cum anno

ſupe-

superiore *Historiam Theologiæ Christianæ Sæculi I.* in lucem edidit. Unde non solum Theologiæ & Historiæ intima connexio, sed etiam Methodus historica utilissima comprobatur. Optandum omnino, ut cætera quoque Sæcula eadem ratione elucubrata sequantur.

Ceterum, jam secundo non nemo, nescio quis, Bibliopolæ meo molestiam creavit, dictitans, nolle se amplius emere Versionem Latinam, eo quod in *Commentario Critico de Scriptis & Scriptoribus Historicis, anno millesimo septingentesimo sexagesimo primo a P. Henrico Schüz S. J. Ingolstadii Historiarum Professore Publico* Typis vulgato, legisset, Versionem Latinam Fleurii esse truncatam. In Præfatione ad Tomum XV. professus sum, me in Versione ista secundum Editionem Gallicam Bruxellensem penitus nihil omittere, sed, si quidquam virga censoria dignum videatur, notam adjicere. Quam manifeste autem contra veritatem peccaverit, quicunque A. R. & Eximium P. Schüz id de Versione mea scripsis-

se affirmavit, qui volent, explorare possunt, in Opere memorato ad literam F. pag. 191. & seq. ubi clarissimus Professor de ipso Fleurio, de Interprete Lutherano germano, & de Latina Versione mentem suam exponit, meamque fidelitatem in suscepta interpretatione laudat. Proinde, aliam apud quosdam Fleurii Versionem Latinam fastidiendi causam subesse, suspicari fas est, cui forsan illud appositè objici posset, ex alieno licet horto:

Improbet ista licet, cui mentem insana libido
Carpendi studio vexat: &c.
Qui velit, invideat, seque hoc mœrore fatiget.

In Fleurium ipsum P. Schüz refert censuram Cuperi (qui Tom. IV. pag. 641. plures Fleurii errores, quantumvis reipsa leves, ex septimo ejusdem Tomulo perstrinxerat) subjungentis: *Quod etiam minutias illas cum Longuevallio nostro observare voluerit, ut cauti Lectores in rebus majoris momenti non statim sine prævio examine fidem adhibeant huic Historico Gallo, qui sæpe*

pe Pontifices Romanos audacter carpit, quædam narrationis adjuncta temere mutat, vel astute prætermittit. His addit P. Schüz: *Nihilominus Tomus hic VII. longe adhuc emendatior, majorisque fidei est, quam primi sex, prout jam observarunt PP. nostri Trivoltienses Tomo I. Memoires pour l' Histoire &c. nam pag. 8. ita de Fleurio ajunt.* Sequntur verba Gallica.

Sed inprimis, pace Cuperi viri eruditissimi, quis Historiam Ecclesiasticam etiam hodie scribat, a levibus erroribus immunem? Satis defendi videtur Fleurius, quod vacaverit Cupero leves errores perstringere, non autem graviores indicare. Quod Fleurius quædam in narratione temere mutaverit vel astute omiserit, nullibi, fateor, deprehendi, & proderem si scirem, quid enim, excepto amore veritatis, mihi & Fleurio, a quo non est quod sperem vel timeam? Porro similia ab Adversariis suis Fleurio speciatim objecta me in Præfatione ad Tomum I. aliisque adnotationibus hinc inde sparsis satis diluisse arbitror. Præterea Fleurius nihil scri-

pſit, de quo non in margine, unde illud acceperit, indicium ſinceriſſime fecerit. Meliore fundamento nititur querela, de Fleurii, ea quæ ſibi diſplicent, carpentis audacia. Inde vero iſtud conficitur, de tali viro vix præſumi poſſe, quod aliquid occulta fraude voluerit mutare vel omittere, cujus tanta eſt in ſcribendo ſinceritas, ut ſi non audacia (familiare Gallis vitium) ſaltem audaciæ aut temeritati proxima videri poſſit.

Puto tamen Fleurium pro cauſa ſua dicere potuiſſe, quod Natalis Alexander Sæc. XII. pag. m. 299. illud ſibi exprobrantibus: *Videtur de Papa multa dicere bona, ſed ea ſtatim ſublimitat*, reſpondit: *Non alios tamen limites Pontificiæ poteſtatis plenitudini pono, quam quos Patres omnium Sæculorum, Concilia ipſique Pontifices, poſuerunt. Patrum teſtimonia nec exaggero nec reſtringo: nihilque prætermitto, quod S. Sedis Apoſtolicæ Privilegia, ſummamque Romani Pontificis in omnes & ſingulas Eccleſias poteſtatem ſpectet.*

R. P.

R. P. Schüz de Fleurio mentionem injicit in alio operis ſuo loco nempe pag. 108. ubi ait: *Böhmerus Fleurium, qui Pontificem Romanum, verum Petri ſucceſſorem, ideoque jure Divino Epiſcoporum Principem & viſibile Eccleſiæ Caput aſſeruerat, ita corrigit: Utrum Eccleſiam Romanam fundaverit Petrus incertum eſt &c.* Sed Böhmeri aliorumque Proteſtantium in hac materia impudentiam retundendi occaſio paulopoſt redibit.

Tandem ut etiam ad allatum teſtimonium Patrum Trivoltienſium reſpondeam, eorum verba, latine reddita, hujusmodi ſunt: *Scriptor* (Fleurius) *in hoc VII. Volumine ſubſidia ad inſtitutum ſuum implendum habuit, quæ in præcedentibus non invenit, videlicet facta magis certa, aut minus dubia, majorem Auctorum numerum, & de quibus ſuſpicari non licet, eorum Scripta fuiſſe ſuppoſita vel depravata, quod non nullis in primis Sæculis contigit.* Ex his verbis liquet Patres Trivoltienſes nullam culpam Fleurio tribuere. Nec facile Galli a Gallis diſſentiunt.

De Interprete Fleurii Protestante R. P. Schüz p. 192. dicit: *Gravius tamen in Fleurium peccavit Anonymus Heterodoxus, qui pauculis abhinc annis seu imperita seu maligna in Germanicam linguam Versione Fleurianum Opus contaminare jam cœperat, & porro etiam contaminasset, nisi quantocius Goldhagenius noster Versoris Heterodoxi sive inscitiam sive malam fidem sive utramque scripto etiam publico denudasset; ac cohibuisset.* Huc usque clarissimus Professor.

Nämlich nach dem Zeugnisse Herrn P. Schützes, kann man billig diesem lutherischen Uebersetzer des Fleury, und noch anderer römisch-katholischer Bücherschänder den Spruch, der in gewissen *Babioles* aus dem lateinischen alten Dichter Martiale vorkömmt, zueignen: Annales Volusi contaminata charta. Mart. epigra. 37. vid. Dictionarium Caroli Steph.

Es ist mir zu Hand gekommen Johann Peter Nicerons Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmer Gelehrten,

ten mit einigen Zusätzen heraus-gegeben von Friederich Eberhard Rambach ein und zwanzigster Theil, welches Buch vorher der Herr Baumgarten heraus gab. Ich habe aber schon längst sichere Nachricht, daß dieser Herr Friederich Rambach eben derjenige sey, der den Fleury, in sieben ans Licht getrettenen Theilen in Quart zu Frankfurt und Leipzig, zerstimmelt und verstaltet hat. Daß auch Friederich den guten Niceron eben so auf Volusinische Art beflecket, wie den Fleury, will ich eine Probe aus seiner hinzugeflickten Vorrede beybringen. Er verfällt auf die Geschichte des berühmten Cardinal Reginald Polus und saget: Das Lob eines beredten Schriftstellers kann dem Reginald Polus nicht streitig gemacht werden . . . wenn man aber auf die Gründe siehet, mit welchen er die Vertheidigung der päbstlichen Hoheit geführet, so kann man sich kaum was matteres vorstellen. Man findet keine andere Gründe der unumschränkten

päbst-

päbstlichen Hoheit darin, als die schon hundertmal vorgetragen und eben so vielmal widerleget worden. Ein einziger Grund scheinet neu zu seyn, den man aber kaum ohne Mitleiden lesen kann. Denn wenn er beweisen will, daß Petrus vor allen andern Aposteln den Primat gehabt, so geräth er auf die Stelle Joh. 20, 4, und f. darin erzählet wird, daß Petrus und Johannes zum Grabe Christi gegangen, und daß Johannes schneller gelaufen als Petrus, und am ersten zum Grabe gekommen, daß er aber nicht eher ins Grab zu gehen gewaget, als bis Petrus hinein gegangen.

Da sehen wir, daß dieser Lutheraner die Gelegenheit bey den Haaren ergreifet, über die Katholiken zu schmähen. Denn erstlich ist es eine Verleumdung, wenn der Herr Friederich etwas von einer unumschränkten päbstlichen Hoheit daher schmieret, denn solche ist nach der Lehre aller heiligen Väter und unter den neue-

neuern Schriftstellern auch des kurz vorher angeführten Natalis Alexander, keineswegs so uneingeschränkt, als es die Protestanten vorgeben. Allein die Liebe zur Wahrheit erstrecket sich bey den Lutheranern nicht so weit, daß sie die Sätze, die nur von einigen, und zwar wenigen, von denjenigen, welche von der ganzen römischen Kirche angenommen werden, entscheideten. Ja, wenn wir römisch Katholische keinen andern Grund in der Schrift hätten als nur gedachte Erzählung des Evangelisten, (ob schon auch diese nach der Meynung unsers heiligen Kirchenlehrers Gregorii in der Homilie über das 20. Capitel Joannis nicht ohne Geheimniß ist; denn die Protestanten sind Ausleger der heiligen Schrift, daß es auch einem Türken mitleidenswürdig vorkommen könnte, und ist es nicht glaublich, daß der Evangelist so viele Umstände nur für die lange Weile sollte berühret haben) so wäre dieses nicht hinlänglich den Primat Petri, und die Stiftung der römischen Kirche zu erweisen, weil aber aus so vielen Stellen

len

len der heiligen Schrift, die man hundertmal vorgetragen, und von den Herren Protestanten niemal, nur auf eine erträgliche Weise widerleget worden, wie auch durch das Zeugniß der ältesten Schriftsteller, als etwann des heiligen Irenæi, eines Schriftstellers des zweyten Jahrhunderts, da er saget lib. III. c. 3. Longissimum foret successionem omnium Ecclesiarum recensere; satis erit, si Traditionem & Doctrinam Ecclesiæ omnium maximæ, antiquissimæ, toti Mundo notæ, a Glorioſis Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & stabilitæ, asseramus; hac traditione Romana ab Apostolis accepta, hac fide hominibus annunciata, & usque ad nos per successionem Episcoporum continuata omnes illos confundimus, qui conventus spurios & illegitimos celebrant. . . Cum Ecclesia Romana omnes aliæ propter ejus potentem Primatum concordes esse tenentur * &c. Weil, spriche ich, klärlich, so wohl aus der Schrift als Zeugniß dargethan worden, daß Petrus und seine Nachfolger die römischen Päbste, Kraft eines

* Fleurius Tom. II. pag. 634.

göttl-

göttlichen Rechtes eine sonderliche Gewalt über die ganze allgemeine Kirche, so oft solches nothwendig ist, allzeit gehabt und ausgeübet haben, so können diesem Satze nur solche Leute widersprechen, denen die von Kindesbeinen an eingeflößte Vorurtheile nicht erlauben, die Wahrheit einzusehen. Ja man wäre katholischer Seiten dem Herrn Friederich auf das Vorgeben; Petrus habe keinen Vorzug vor andern Aposteln gehabt, oder er sey gar niemal zu Rom gewesen, keine Antwort schuldig, bis er nicht erwiesen hätte, daß es keine Tollheit des Luthers und anderer sogenannter Glaubensbesserer gewesen, wenn sie dem römischen Pabste eine Gewalt abzusprechen angefangen, welcher sich alle Kayser, König, Fürsten und rechtglaubige Christen tausend fünf hundert Jahre unterworfen haben.

Da sehen wir, was man in den Uebersetzungen, Vorreden, Anmerkungen der Protestanten, und sonderlich des Herrn Friederich Rambachs, über römischkatholische Schriftsteller, hoffen und suchen kann, nämlich

Bele-

Beleſenheit und eine reine deutſche Sprache. Die Gründe aber, die Herr Friederich wider die katholiſche Religion aus ſeinem und ſeiner Glaubensbrüder Gehirne ans Licht bringet, ſind ſo matt, ſo unrein, ſo ſtinkend, daß ſolche auch von der weltlichen Obrigkeit als unleidentlich verworfen werden; denn ich lieſe im Catalogo librorum prohibitorum Viennæ anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo folgendes: *Fleury* (*Claud.*) allgemeine Kirchengeſchichte des neuen Teſtaments, erſter Theil. Frankfurt und Leipzig 1752. in 4. wegen der Vorrede und Anmerkungen des Ueberſetzers.

Itzt weis man, warum ſich dieſer Ueberſetzer ſo ſorgfältig vermummet, und ſeinen Namen nicht will laſſen bekannt werden. Iſt er nicht viel Mitleidens würdiger, als der Cardinal Polus?

CON-

CONSPECTUS
TOMI XVII.
LIBER LXIX.

§. 1. Innocentii obitus. Cœleſtinus II. Papa. Pag. 1.
§. 2. Joannis Comneni obitus. Manuel Imperator. 4
§. 3. Sententia contra Bogomilos lata. 8
§. 4. Cœleſtini obitus. Lucius II. Papa. 14
§. 5. Eccleſia Dolenſis Eccleſiæ Metropoliticæ Turonenſi ſubjicitur. 15
§. 6. Romanorum Epiſtola ad Conradum Regem. 18
§. 7. Lucii obitus. Eugenius III. Papa. 20
§. 8. S. Bernardi Epiſtolæ. 22
§. 9. Robertus Pullio Cardinalis. 25
§. 10. Papa Viterbii. 27
§. 11. Expeditio Crucigerorum ſecunda indicitur. 30
§. 12. Papa Romæ. 33
§. 13. Epiſcopatus Tornacenſis. 36
§. 14. Sacri Milites Franciæ. 38
§. 15. S. Bernardus Judæorum Servator. 48
§. 16. S. Bernardus in Germania. 51
§. 17. S. Bernardi miracula. 53
§. 18. Conventus Stampenſis. 64
§. 19. Sacri milites Germani. 65
§. 20. Otto Friſingenſis. 66
§. 21. Alii Crucigeri & Germania. 68
§. 22. Eccleſia S. Genovevæ reformatur. 70
§. 23. Errores Gilberti Porretani. 72

§. 24. Henriciani Hæretici. 74
§. 25. S. Bernardus Tolosæ. 83
§. 26. Hæretici Colonienses. 90
§. 27. Cosmus Patriarcha Constantinopolitanus deponitur. 96
§. 28. Duorum Regum Crucigerorum profectio. 100
§. 29. Sacra Expeditio male vertit. 102
§. 30. Sacri milites Saxones. 106
§. 31. Concilium Remense. 108
§. 32. Errores Gilberti damnantur. 114
§. 33. Milo Episcopus Teruanensis. 121
§. 34. Guilielmus Archiepiscopus Eboracensis deponitur. 122
§. 35. Saviniacum Cistercio jungitur. 125
§. 36. Primatus Toletanus. 128
§. 37 Revelationes S. Hildegardis. 133
§. 38. Papa Claravalle. 137
§. 39. S. Gilbertus Sempringamensis. 138
§. 40. Stephanus Obasinensis. 143
§. 41. S. Malachiæ obitus. 151
§. 42. Anselmi Havelbergensis colloquium cum Græcis. 155
§. 43. Epistola S. Bernardi ad Sugerium Abbatem. 164
§. 44. Henricus Episcopus Belvacensis. 165
§. 45. Liber I. de Consideratione. 168
§. 46. S. Bernardi Apologia ob infelicem exitum Expeditionis in Terram Sanctam. 173
§. 47. De Consideratione Liber secundus. 175
§. 48. Petrus Cluniacensis Romæ. 179
§. 49. Petri Cluniacensis Epistola. 180
§. 50. Ecclesia Septentrionalis. 182
§. 51. Vicelinus Episcopus Oldenburgensis. 186
§. 52. Patriarchæ Constantinopolitani. 192
§. 53. Nicolai, S. Bernardo ab Epistolis, lapsus. 193
§. 54. Sugerii Abbatis obitus. 197
§. 55. Rex Ludovicus ab Alienora separatur. 198
§. 56. Conradus moritur. Fridericus primus. 199
§. 57. Guimannus ad Sedem Magdeburgensem translatus. 202
§. 58. Liber III. de Consideratione. De Appellatione. 204

§. 59.

§. 59. Exemptiones. 209
§. 60. Libri de Consideratione posteriores. 212
§. 61. Jordanus, Legatus in Germania. 216
§. 62. Archiepiscopatus in Hibernia. 218
§. 63. Alanus Episcopus Antisiodorensis. 219
§. 64. Henricus Archiepiscopus Moguntinus deponitur. 221
§. 65. Eugenius III. moritur. Anastasius IV. Papa. 223
§. 66. S. Bernardus Metis. 224
§. 67. S. Bernardi obitus. 228

LIBER LXX.

§. 1. S. Guilielmi Archiepiscopi Eboracensis extrema. 233
§. 2. Stephanus moritur. Henricus II. Rex Angliæ. 236
§. 3. Anastasii obitus. Hadrianus IV. Papa. 238
§. 4. Arnaldi Brixiensis extrema. 240
§. 5. Papæ & Regis Friderici Colloquium. 243
§. 6. Legatio Romanorum. 245
§. 7. Fridericus Imperator coronatur. 248
§. 8. Vicelini obitus. Geroldus Episcopus Oldemburgensis. 249
§. 9. Papa ab Urbe recedit. 254
§. 10. Rogerii obitus. Guilielmus Rex Siciliæ. 255
§. 11. Ecclesia Græca. 257
§. 12. Hospitalarii S. Joannis Hierosolymæ. 260
§. 13. Patriarchæ querelæ contra Hospitalarios. 264
§. 14. Fœdera inter Papam & Regem Siciliæ. 267
§. 15. Joannes Saresberiensis Papam adit. 270
§. 16. Papa Regem Angliæ Hibernia investit. 274
§. 17. De Bonis Episcoporum defunctorum. 275
§. 18. S. Elisabetha Schönaugiensis. 278
§. 19. Petri Venerabilis obitus. 283
§. 20. S. Guilielmus Malævallis. 287
§. 21. Patriarchatus Gradensis. 288
§. 22. Privilegium S. Martini *de Bello*. 289
§. 23. Hadriani Papæ & Imperatoris dissidium. 294
§. 24. Episcoporum Germaniæ Epistola ad Papam. 299

§. 25. Papa Imperatorem placat. 302
§. 26. Ottonis Frisingensis extrema. 304
§. 27. Conventus ad Roncalias. 307
§. 28. Gratianus ejusque Decretum. 309
§. 29. Guido Blandrata Archiepiscopus Ravennas. 313
§. 30. Alterum inter Papam & Imperatorem dissidium. 314
§. 31. Papa Regem Franciæ a proposito itineris in Hispaniam suscipiendi dimovet. 319
§. 32. Ordo Calatravensis. 321
§. 33. Hugo de Campoflorido Cancellarius Parisiensis. 323
§. 34. Petrus Lombardus Magister Sententiarum. 325
§. 35. Joannes Saresberiensis ejusque Scripta. 331
§. 36. Quæ ex dissidiis Papæ & Imperatoris secuta sint. 338
§. 37. Hadriani obitus. Alexander III. Papa. Octavianus Antipapa. 341
§. 38. Literæ Alexandro faventes. 345
§. 39. Literæ Octaviano faventes. 348
§. 40. Legatio Imperatoris ad Alexandrum. 352
§. 41. Concilium Papiense. 357
§. 42. Sententia Octaviano favens. 362
§. 43. Quæ Concilium Papiense secuta sint. 365
§. 44. S. Eberhardus Salisburgensis. 371
§. 45. Epistola contra Concilium Papiense scripta. 373
§. 46. Epistolæ Arnulphi Lexovienſis. 375
§. 47. Literæ Joannis Saresberiensis. 382
§. 48. Alexander in Francia, & Anglia Papa recipitur. 390
§. 49. Hæretici in Anglia castigati. 392
§. 50. Alexander in Palæstina recipitur. 397
§. 51. Amalricus Patriarcha Hierosolymitanus. 400
§. 52. Milo II. Episcopus Teruanensis. 401
§. 53. S. Petrus Tarentasiensis Alexandro favet. 403
§. 54. Concilium Tolosanum. 408
§. 55. Concilium Laudense. 411

§. 56.

§. 56. Translatio trium Regum. 415
§. 57. Alexander Papa in Francia. 416
§. 58. S. Thomas Cantuarienſis. 420
§. 59. S. Thomæ Cantuarienſis Exordia. 425
§. 60. Colloquium in Oppido Launenſi S. Joannis. 428
§. 61. Waldemari Regis Daniæ in Germaniam profectio. 434
§. 62. Alexander a Regibus Franciæ, & Angliæ colitur. 439
§. 63. Concilium Turonenſe. 440
§. 64. S. Thomæ Cantuarienſis vita. 446
§. 65. S. Anthelmus Epiſcopus Bellicenſis. 455

LIBER LXXI.

§. 1. Initia diſſidii inter Regem Henricum & S. Thomam. 463
§. 2. Eccleſia Germaniæ. 468
§. 3. Conventus Clarendonenſis. 471
§. 4. Conſuetudines Angliæ. 473
§. 5. Thomas datum conſenſum retractat. 480
§. 6. Diſſidium inter Regem & Archiepiſcopum recrudeſcit. 483
§. 7. Octaviani obitus. Guido Cremenſis Antipapa. 486
§. 8. Concilium Northamptonenſe. 490
§. 9. Thomas damnatur. 498
§. 10. Thomas in Franciam fugit. 502
§. 11. Thomas a Ludovico Rege benigne excipitur. 507
§. 12. Legati Angliæ coram Pontifice. 503
§. 13. Thomas in conſpectu Papæ. 515
§. 14. Thomæ propinqui proſcribuntur. 519
§. 15. S. Gilberti Sempringamenſis conſtantia. 521
§. 16. Thomas Pontiniaci. 523
§. 17. Comitia Herbipolenſia. 524
§. 18. Querelæ Pontificis contra Regem Angliæ. 531
§. 19. Rex Angliæ defenditur. 532
§. 20. Reditus Alexandri Papæ Romam. 538
§. 21. Epiſtola Arnulphi Lexovienſis ad Thomam data. 543

§. 22. Canonizatio Caroli Magni. 548
§. 23. Thomas Legatus in Anglia. 549
§. 24. Conventus Chinonenſis. 552
§. 25. Thomas Joannem Oxonienſem excommunicat. 554
§. 26. Concilium Londinenſe. 556
§. 27. Epiſtola ad Papam. 557
§. 28. Epiſtola ad Thomam. 559
§. 29. Thomæ reſponſum. 563
§. 30. Thomas Pontiniaco expellitur. 568
§. 31. Joannes Oxonienſis Romæ. 572
§. 32. Colloquium cum Mathilde Imperatrice. 574
§. 33. Guilielmus & Otto Legati. 577
§. 34. Fridericus Imperator in Italia. 579
§. 35. Legatio Manuelis Imperatoris ad Alexandrum Papam. 580
§. 36. Conſtitutio de Feſtis. 582
§. 37. Quæſtio de æqualitate Patris & Filii. 583
§. 38. Aliæ in Eccleſia Græca Conſtitutiones. 590
§. 39. Eccleſia Alexandrina. 593
§. 40. Urbs Mediolanenſis reſtauratur. 595
§. 41. Fridericus Imperator Romæ ad portas. 597
§. 42. Fridericus ab Alexandro excommunicatur. 601
§. 43. Legati in Normanniam perveniunt. 603
§. 44. Colloquium Giſortienſe. 607
§. 45. Conventus Argenteonenſis. 610
§. 46. Appellatio contra Thomam. 612
§. 47. Thomæ querelæ contra Papam & Cardinales. 618
§. 48. Abſolutio ſubreptitia. 621
§. 49. Seditio in Urbe Remenſi. 622
§. 50. Manichæi in Flandria & in Burgundia. 624
§. 51. Imperator ſe ſchisma abjecturum ſimulat. 629
§. 52. Alexandria de paleis conditur. 631
§. 53. Manuel Imperator Nuncios ad Alexandrum Papam mittit. 632
§. 54. Rugienſes convertuntur. 633
§. 55. Eccleſia Germaniæ. 637

LIBER

LIBER LXXII.

§. 1. Conventus Regum Franciæ & Angliæ. 641
§. 2. Ludovicus Rex Thomam Archiepiſcopum conſolatur. 646
§. 3. Thomas Cenſuras Eccleſiaſticas adhibet. 649
§. 4. Thomæ Epiſtola ad Cardinalem Oſtienſem. 652
§. 5. Gratianus & Vivianus Nuncii ad Regem Angliæ mittuntur. 654
§. 6. Eccleſia Germaniæ. 655
§. 7. Conventus cum Nunciis Alexandri III. 657
§. 8. Conventus Cadomenſis. 660
§. 9. Guilielmus de Campania Archiepiſcopus Senonenſis. 663
§. 10. Mandata Regis Angliæ contra Papam. 664
§. 11. Conventus ad S. Dionyſium. 688
§. 12. Altera Papæ ad Regem Angliæ Legatio. 673
§. 13. Thomas Cenſuras ſecundo promulgat. 675
§. 14. Eccleſia Hungariæ. 679
§. 15. Eccleſia Siciliæ. 680
§. 16. Epiſtola Papæ ad Soldanum Iconienſem. 684
§. 17. Mandata ad Archiepiſcopum Rotomagenſem & Epiſcopum Nivernenſem miſſa. 685
§. 18. S. Godericus Eremita. 688
§. 19. Collatio Theoriani cum Armenis. 691
§. 20. Colloquium alterum. 697
§. 21. Rex Angliæ adoleſcens coronatur. 710
§. 22. Thomæ de Coronatione querelæ. 711
§. 23. Pax inter Regem & Thomam. 714
§. 24. Thomas Acta ad Papam perſcribit. 722
§. 25. Fridericus ſe ſchisma relicturum ſimulat. 723
§. 26. Epiſtolæ Pontificis in Angliam datæ. 726
§. 27. Thomas profectionem parat. 728
§. 28 Thomas in Anglia. 734
§. 29. Thomas excommunicatos abſolvere recuſat. 737
§. 30. In Thomæ necem conjuratur. 740
§. 31. Adventus Latronum. 742
§. 32. Martyrium S. Thomæ Cantuarienſis. 744

§. 33. Regis Angliæ mœror. 749
§. 34. Legati ad Papam missi. 751
§. 35. Fulco Episcopus Estonienſis. 758
§. 36. Saladinus Ægypti Soldanus. 763
§. 37. Rex Angliæ in Hibernia. 767
§. 38. Concilium Cassilienſe. 769
§. 39. Rex Angliæ absolvitur. 772
§. 40. Concilium Abrincenſe. 779
§. 41. Thomas in Sanctorum Catalogum refertur. 781
§. 42. Regnum Hierosolymæ. 784
§. 43. Assassini. 787
§. 44. Benjamini itinera. 789
§. 45. Richardus Archiepiscopus Cantuarienſis eligitur. 801
§. 46. Bellum civile in Anglia. 804
§. 47. S. Bernardus Sanctorum numero adscribitur. 805
§. 48. S. Petri Tarentasienſis supremum tempus. 806
§. 49. Richardus Cantuarienſis ordinatur. 809
§. 50. Regis Angliæ pœnitentia. 810
§. 51. Albertus Archiepiscopus Salisburgenſis depositus. 813
§. 52. Lambertus Balbus Leodii. 815
§. 53. Concilium Londinenſe. 817
§. 54. Exemtio Monachorum. 821
§. 55. Alexandria Episcopatus. 824
§. 56. Ordo Militaris S. Jacobi. 825
§. 57. Hugucio Legatus in Anglia. 827
§. 58. Vivianus Legatus in Scotia. 831
§. 59. Joannes Saresberienſis Episcopus Carnotenſis. 832
§. 60. Petrus Comestor. 834
§. 61. Concilium Albigenſe. Manichæi. 836
§. 62. Galdini Mediolanenſis extrema. 846

HISTO-

S. THOMAS CANTUARIENSIS.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXIX.

INNOCENTIUS II. PAPA.
CONRADUS III. IMPERAT. OCC. JOANNES COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Innocentii obitus. Cœleſtinus II. Papa.

CUm Innocentius Papa jam diu cives Tiburtinos excommunicaſſet, eorumque urbem obſideret, eos tandem ad deditionem, æquis

Sæcul. XII. A.C. 1143.

Otto Friſing. Chr. c. 27.

Sæcul. XII. A.C. 1143.

conditionibus faciendam, compulit. Sed obſtrepebant Romani, memores acceptæ cladis, quam obſeſſi anno ſuperiore e propugnaculis erumpentes intulerant. Ergo jubentibus quam rogantibus propiores clamabant; neutiquam aliis conditionibus Papa Tiburtinis ignoſceret, quam ſi mœnibus ſuis dirutis omnes ex illa provincia in exilium migrarent, & furiose indignantes, quod Papa victos humane habuiſſet; ſeditionem commovent, ad Capitolium concurrunt, Senatum jam diu abrogatum reſtituunt, antiquam Romanæ Gentis poteſtatem & ſplendorem reducturi, bellum denique cum Tiburtinis reſtaurant. Papa ut poterat rebellibus reſiſtebat, hos minis terrere, alios muneribus ſibi conciliare conatus, ſatis enim intelligebat, Eccleſiam his turbis periculo exponi, ne aliquando auctoritate & Dominio ſæculari privaretur, quod a Conſtantino acceptum hucusque conſervaſſet. Saltem hæc erat illa ætate vulgaris opinio. Sed ecce, cum populi, viribus ſuperioris, inſolentiam compeſcere non poſſet, morbo correptus e vita diſceſſit, vigeſima quarta Septembris, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio, cum in Cathedra S. Petri ſediſſet annos tredecim, & menſes ſeptem, quo tempore, diverſis ordinationibus creavit Diaconos octodecim,

cim, Presbyteros viginti, Episcopos septuaginta duos. Sepultus est ad S. Joannem in Laterano, ejusque ossa deinde, opera Petri, Episcopi Albanensis, fratris sui, ad Ecclesiam S. Mariæ trans Tiberim, quam defunctus Papa reparare cœperat, translata. Sæcul. XII. A.C. 1143. *Papebr. con.*

In ejusdem Ecclesiæ sanctuario hodiedum visuntur effigies, opere musivo elaboratæ, Innocentii II. Callisti I. a quo hæc Ecclesia olim nomen acceperat, Julii Papæ, cujus etiam nomen, postquam eam e ruinis eduxisset, gessit, Sancti Cornelii Papæ, & S. Calepodii Presbyteri, quorum corpora ibi quiescunt.

Legimus in Cardinale Baronio juramentum, quod Advocati a Papa constituti præstabant; unde discimus, Judices & Advocatos Romæ fuisse, annuum censum recipientes, qui officia sua gratis exhibere tenebantur (*). Ceterum *Ap. Baron. an.* 1143.

(*) Hujus juramenti initium erat: *In Nomine Domini, Amen. Ego Advocatus juro . . .* & in fine: *Hæc omnia observabo bona fide sine fraude & malo ingenio, quamdiu Papa Innocentius vel successores sui censum, centum libras valentem denariorum Papalium nobis Advocatis & Judicibus annis singulis solvere perseverabunt.*

Hic primo occurrit, cuiquam in Curia Romana

Sæcul. XII. A.C. 1143. Sacra Sedes non plus una die vacavit; nam die Dominica, vigesima sexta Septembris, anno millesimo centesimo quadragesimo tertio, Papa electus est Guido de Castello, gente Hetruscus, Cardinalis Presbyter, titulo S. Marci, qui Cœlestinus II. dictus, Sacram Sedem haud plus quinque mensibus tenuit.

§. II.

Joannis Comneni obitus. Manuel Imperator.

Nicot. p. 27. 31. Eodem anno, sed sex ante menses, Joannes Comnenus Imperator mortalitatem exuerat, Antiochia Latinos pellere frustra aggressus. Inde per Ciliciam

Cinnamm. lib. 1. 13. 15. reversus est, ubi tempore hyemali in venatu sagittam in aprum dirigens, ejus cuspide veneno imbuta manum perstrinxit. Grassante paulatim veneno neglectum vulnus immedicabile factum est, cum pati nollet, ut sibi brachium infectum a reliquo corpore medici avellerent. Ergo sentiens se moriturum, Manuelem ex duobus filiis, qui ipsi supererant, natu minorem, sed Regno aptiorem, successorem suum designavit. Communionem accepit in Festo Paschæ die

mana salarium seu stipendium annuum a Summo Pontifice fuisse collatum.

Card. Baron. ad hunc annum.

die quarta Aprilis, atque octava ejusdem mensis occubuit, postquam annos viginti quatuor, septem menses, & dies quindecim imperasset. Sæcul. XII. A.C. 1143.

Græco vocabulo inter suos dicebatur *Calo-Joannes*, id est, Joannes pulcher. Cum compluribus ante obitum annis de Persis reportasset victoriam, Constantinopolim triumphans intravit. Plateæ tapetibus stratæ erant, quadrigæ albæ, clavis argenteis & gemmis non ultimi pretii ornatæ, quas vero Imperator conscendere recusavit; sed sanctæ Virginis effigiem, cui victoriam acceptam ferebat, imponi jussit; ipse vero, Crucem manu gestans, pedibus anteibat (*). *Nicot. p. 13.*

(*) De Joanne Comneno Natalis Alexander ex Niceta Choniate refert: *Toto Principatus tempore vita vel membris subditorum privavit neminem.* Elisabetha, Petri magni filia, Russorum Imperatrix & gloria, cum anno millesimo septingentesimo quadragesimo secundo uncta & coronata fuisset, voto se se obstringere cupiebat, quod neminem subditorum suorum, cujuscunque criminis reum, quoad ipsa imperaret, capite plexura esset. Sed obstitit consiliariorum prudentia. His diebus, legitur obiisse optima Princeps, Virgo, Imperatrix, in immensis Europæ Asiæque spatiis sapienter & feliciter Dominans, Augustæ Domus Austriacæ amica fidelis

Sæcul. XII. A.C. 1143.

Jus Græco Rom. lib. 2. p. 147.

Supereſt nobis hujus Imperatoris Conſtitutio, in qua ſummatim dicit: *Ad aures noſtras pervenit, quod aliqui Rectores Provinciarum, ubi Epiſcopi vix ſpiritum exhalarunt, omnia, quæ in Epiſcopatu invenire eſt, ſive res mobiles ſive pecunias, auferant, vel a miniſtris ſuis auferri jubeant, ſimulantes nullam ſibi in hac re partem eſſe. Quare deinceps, quæ hic ſequuntur, ſervari volumus. Epiſcopo mortuo nullus Præfectus ea, quæ Epiſcopi erant, ſive in urbe ſive ruri, diripiat. Ne quidem in Epiſcopatum, aut in alia loca ad Epiſcopatum pertinentia vel ipſi vel eorum miniſtri intrent. Si Rectores Conſtitutionem hanc noſtram violaverint, Eccleſiæ læſæ duodecim libras argenti pendent, & in noſtram indignationem incurrent. Eorum miniſtri ſex libras mulctæ nomine dent, & præterea temeritatem in cute luant. Si Clericus Eccleſiæ quidquam abſtulerit, ut ſacrilegii reus deponatur. Lege iſta, ne*

delis & potentiſſima, contra communem pacis hoſtem haud exiguum præſidium. Hæc enim, Petri Magni Magna Filia, victricibus armis effecit, ut immanis belli Auctor, cujus finem Deus ſcit, Boruſſiam, unde Regis nomen accipit, carere cogatur. Deus det, ut Carolus, ſeu Petrus III. Dux Holſatiæ, Auguſtæ defunctæ ex ſorore nepos & ſucceſſor, in Catholicorum fœdere conſtans perſeveret.

ne quis in Ecclesias aut earum ditiones Episcopo defuncto pedem inferat, ad rem quamcunque rapiendam, tam Judices, quam Quæstores, Duces, Strategi, & cuicunque officio publico præfecti, obstringantur. Si vero probare possint, Ecclesiam ære publico esse gravatam, Clericos vocent, & si de debito liqueat, ex reditibus Ecclesiæ illud solvi curent. Episcopi deinde electi sit, jura Ecclesiæ suæ tueri. Ex his cognoscimus Ecclesias vacantes diripiendi abusum tam in Oriente quam in Occidente invaluisse. Sæcul. XII A.C. 1143.

Manuel Comnenus Imperator, ubi Constantinopolim pervenit, nihil antiquius habuit, quam in Sede Patriarchali, vacante post obitum Leonis Stypiotæ, qui eam annos octo & menses octo tenuerat, alium collocare. Nominavit autem ad hanc Dignitatem Michaelem Oxitem, quod ipsi nomen à Monasterio, ex quo evocatus fuit, inhæsit. Cognomentum habuit etiam *Curcuas*, vir scientiarum profanarum rudis, sed doctrina Ecclesiastica instructus, quem & mores & vitæ austeritas commendabant. Porro Sedem Constantinopolitanam non plus duobus annis & octo mensibus tenuit. Is ergo Manuelem coronavit, annis triginta octo imperaturum. Die, qua coronam accepit, centum libras auri,

Sæcul. XII. A.C.1143.

ri obtulit, & singulis exinde annis libras ducentas Clericis misit.

§. III.

Sententia contra Bogomilos lata.

Primo sui Pontificatus anno, die Veneris, vigesima Augusti, Indictione sexta, nempe anno millesimo centesimo quadragesimo tertio, Michael Patriarcha Concilium in Palatio Thomaitensi celebravit, cui Metropolitæ duodecim, & aliquot ex primariis Imperatoris præfectis interfuerunt. In eo Basilius Metropolita Thyaneus in Cappadocia duos Hæreticos suæ provinciæ, qui Episcopos se se dicebant, scilicet Clementem Sasimensem & Leontium Balbissensem, tanquam Sectæ Bogomilorum infectos detulit. Et primo quidem probavit, eos ne quidem esse Episcopos, quandoquidem a solo Metropolita, nullis aliis Episcopis assistentibus, contra Canonum præcepta, ordinati essent; quod ipsi non inficiabantur. Hinc Concilium, condito Decreto eorum ordinationem nullam pronunciavit, & ambos ut simplices monachos habuit (*).

Leo Allatius. de cons. lib. II. c.12. p. 671.

(*) Quamquam illicite & contra Canones peracta fuerit duorum istorum Episcoporum Ordinatio, simpliciter tamen non fuit nulla, cum etiam ab uno Episcopo collata valeat. Sed tricaban-

Sæcul. XII. A. C. 1143.

Tum, eadem die, Basilio Metropolita jubente, in medium processit quidam Ecclesiæ ipsius Clericus, qui Scriptum protulit, a Clericis, a Magistratibus & incolis Thyaneis signatum, & capita accusationis contra duos monachos Clementem, & Leontium continens, in hunc ferme modum: *Hi docent, maritis a legitimo consortio uxorum suarum esse abstinendum. Sectatores suos carnes, lac, pisces, comedere, & vinum bibere, per triennium vetant, quo tempore elapso, istarum rerum usum iis concedunt. Dicunt, nullum hominem sæcularem posse salu-*

tricabantur de Ritibus externis Græci Schismatici, quos potius de rei ipsius Summa oportuisset esse solicitos, & quærere an Patriarchæ Constantinopolitani veri vel Pseudo-Episcopi essent, postquam tanto tempore non satis clara Communionis cum Ecclesia Romana indicia dedissent, Schismatici a Schismaticis ordinati. Nam etsi necdum in Concilio Generali vel Actis publicis Græci a Romana Ecclesia tunc fuerint rejecti, digna tamen foret materia, quam Canonistæ discuterent; an in Ecclesia Constantinopolitana (quippe illa tempestate Cathedras Antiochenam & Hierosolymitanam Latini tenebant) per tam diuturnum & aliquot sæculorum Schisma Sacramenta Ordinis, Pœnitentiæ &c. semper valide fuerint administrata, an Sacra Eucharistia valide confecta, an Corpus Christi rite consecratum, & quo tempore hæc valide fieri cessaverint.

Sæcul. XII. A.C. 1143.

tem ſuam conſequi, utcunque virtutem amet, niſi Monachus fiat, atque viros nolentibus uxoribus, ac uxores invitis viris, profeſſione monaſtica obſtringi poſſe. Non nullos Chriſtianos defunctos ſepultura eccleſiaſtica & precibus conſuetis privarunt, quos vivos ad pœnitentiam recipere noluerant. Quosdam ſepultos tam intra quam extra Eccleſias effoderunt, dicentes, Peccatores eſſe, quorum corpora Dæmon obſideret. Crucem adorari non ſinunt, niſi iſta inſcriptio conſpiciatur: JESUS CHRISTUS DEI FILIUS. Parvulos rebaptizarunt, dicentes, quod a peccatoribus baptizati fuiſſent. Ordinarunt Diaconiſſas, quibus Orationes recitare & Evangelium prælegere conceſſerunt; quin etiam, malum! feminæ Liturgiam cum Clemente celebrarunt. Sacras Imagines everterunt. Calumniati ſunt, quod Crux S. Michaelis, innumeris clara miraculis, aſtutia Diaboli hæc operetur. Mulieres Chriſtianas, tanquam adulteriis reas tradiderunt. Cum deinde accuſati monerentur, ut ſibi objecta, ſi poſſent, refellerent, Leontius, facta non negans, quædam eorum excuſare cœpit. Sed Concilium ſine ullo diſcrimine omnes errores in illa charta ſcriptos, & ab Actore productos, damnans, anathema illis dixit, qui eos tueri auderent, juſſitque, ut alterum exemplar

plar deſcriberetur, & ad Eccleſias peri- Sæcul. XII. A.C. 1143.
clitantes mitteretur, autographum autem Conſtantinopoli ſervaretur (*).

Eodem anno milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio, die Veneris, prima Octobris, Indictione ſeptima inchoata Michael Patriarcha aliud Concilium in Palatio Thomaitenſi, præſentibus Metro- *ibid. p. 678.*
politis tredecim & præcipuis Imperatoris præfectis celebravit. Omnibus Patribus collectis Patriarcha dixit: *Multa ad noſtram notitiam contra mores & famam Niphonis Monachi pervenerunt, vidimusque Chartam ad complures viros, qui nominantur, in Cappadociam ab eo miſſam, quam etiam ſuam eſſe coram nobis*

(*) Aus allem dieſen erhellet, daß die Griechen ſchier in allen Stücken, wenn man die Lehre von dem Heil. Geiſt ausnimmet, mit der römiſchen Kirche einig waren. Man ſieht auch daß ſie das Creuz anbeteten, in einem geſunden Verſtande. Daher der proteſtantiſche Ueberſetzer des Herrn Fleury einmal nicht erträglich iſt, wenn er in ſeinen Anmerkungen ſaget, es ſey ein abgöttiſcher Ausdruck, ſondern es iſt vielmehr ſeiner Seits ein phariſäiſches Aergerniß, und weil wir Katholiken allezeit frey bekennen, daß wir im eigentlichen Verſtande nichts als GOtt im Himmel und JEſum Chriſtum anbeten, ſo kann man das Urtheil dieſes Lutheriſchen Ueberſetzers nur als eine abgeſchmacke und einfältige Verleumdung anſehen.

Sæcul. XII. A.C. 1143.

bis cognovit. Complures etiam viri fide digni ad nos detulerunt, quod universam Ecclesiam spernat, & ceteros omnes ut Hæreticos habeat. Bis Niphon venit ad Concilium, quod censuit, opus esse longiore examine, quo accusationis capita nobis oblata probentur, & accusati doctrina perspiciatur. Timuit vero Concilium, ne errores suos aliis in perniciem animarum suarum communicaret, nisi custodiæ traderetur.

Quare, donec causa ejus accuratius discutiatur, eum ad monasterium PERIBLEPTÆ deduci jussimus, additis ad Abbatem, æconomum, cæterosque monachos mandatis, ut ipsum cellulæ intra claustra includerent, nemo exterorum ad eum accederet, excepto uno servulo, nemini ipse nec Laicis nec Clericis & ne quidem monachis colloqueretur, ad neminem literas daret, nec alios libros, quam sibi a nobis præscriptos legeret. Si clanculum cuiquam scriberet, vel institueret, sciret, se excommunicandum esse, & tanquam convictum eorum omnium, quæ contra ipsum ad nos delata sunt, habendum. *Periblepta* nomen est S. Virginis, cui illud monasterium sacrum erat, idemque sonat ac *Admirabilis.*

Cang. c. 8. p. 94.

Exinde post quinque ferme menses Michael Patriarcha in Concilio, cui Metropolitæ undecim, & Imperatoris Proce-

Proceres intererant, die Martis, vigesima secunda Februarii, Indictione septima, anno millesimo centesimo quadragesimo quarto, celebrato, Sententiam contra Niphonem pronunciavit in hunc modum: *Tandem satis explorati nobis sunt errores, quos Niphon monachus contra sanctam Communionem Mysteriorum Jesu Christi, & contra alios articulos tenet & docet, ex testimonio virorum omni exceptione majorum. Novimus, quod tanquam Orthodoxos colat illos duos provinciæ Thyaneæ Episcopos, a nobis nuper depositos, & quod eorum opiniones ipsi probentur. Nec alio opus est argumento, nam ipsum, hodie Hebræorum Deo anathema publice dicentem, bis auribus audivimus. Quamobrem decrevimus: ut Niphon cellæ includatur, & omni hominum consortio privetur. Quicumque posthac cum ipso, ullo modo, communicare ausus fuerit, ipsius erroribus infectus reputetur, & Hæreticorum pœna coerceatur.* Ceterum Niphon monachus disciplinas liberales penitus ignorabat, sed sacris literis ab ineunte ætate operam dederat. Vi illius sententiæ ei barba, quæ usque ad pedes dependebat, resecatur, ipse includitur, & toto tempore, quo Michael Oxites sedit, in custodia manere cogitur.

Sæcul. XII. A.C. 1143.

ibid. p. 681.

Cinam. II. c. 10. p. 35.

§. IV.

Sæcul. XII. A. C. 1144.

§. IV.

Cœlestini obitus. Lucius II. Papa.

Cœlestinus Papa, non ignorans, quanta solicitudine Petrus Cluniacensis inter illas in Ecclesia turbas & seditiones teneretur, datis ad eum literis certiorem fecit, quod Innocentio Papa defuncto, tertia exinde die, Cardinales Presbyteri & Diaconi in Lateranensi Ecclesia cum Episcopis & Subdiaconis congregati, Clericis populoque Romano acclamantibus, ipsum in Romanum Pontificem elegerint. Sunt ipsa Pontificis verba in epistola, sexta die Novembris data, quam, vigesima nona ejusdem mensis, in Vigilia S. Andreæ, acceptam Petrus Abbas toti Capitulo prælegi jussit. Id ipsemet refert in Responso ad Papam dato, in quo gratulatur, quod dulcis pax, quæ in omnium Antecessorum ejus usque ad Alexandrum secundum electione desiderabatur, ipsius promotionem feliciter comitata fuisset. Profitetur, se ardentissime cupere eum adire, & veteris amicitiæ fœdus renovare. Id vero non licuit, cum fatum præmaturum anno sequente millesimo centesimo quadragesimo quarto, die nona Martii, Cœlestinum Papam e vivis sustulit, postquam menses quinque & dies tredecim Pontificatum obtinuisset. Sepultus est in Laterano.

Cœlest. ep. 1. to. X. Conc. p. 1031.

Petr. Clun. II. ep. 18.

Unica

Sæcul. XII. A.C. 1144.

Unica die Sedes Romana vacavit; nam altera, decima Martii, electus est Gerardus, Presbyter Cardinalis, titulo S. Crucis in Jerusalem, dictus Lucius II. & in Dominica Passionis, die duodecima Martii, coronatus. Is patria erat Bononiensis & professione Canonicus Regularis, ab Honorio II. Papa Cardinalis & Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius creatus. Tituli sui Ecclesiam restauravit, census auxit, ibique Canonicorum Regularium Congregationem instituit. Cum Innocentius II. Papa hujus viri pietatem & in rebus gerendis solertiam exploratam haberet, eum, defuncto Aimerico, Ecclesiæ Cancellarium constituit, & moriturus ærarium omniaque Bona Ecclesiæ Romanæ eidem commisit. Ceterum Lucius Sedem Apostolicam non plus undecim mensibus tenuit.

§. V.

Ecclesia Dolensis Ecclesiæ Metropoliticæ Turonensi subjicitur.

Lucius secundus tandem litem diremit antiquam inter Archiepiscopum Turonensem & Episcopum Dolensem de Jurisdictione in Britanniæ Episcopos, quam Urbanus Papa Secundus Archiepiscopo Turonensi ante annos quinquaginta tribuerat; nam Urbani sententiam confirmavit, Bulla ad Hugonem Archiepiscopum

Sup. lib. LXIV. n. 16.

Martenne. collect. to. 1. p. 80.

Sæcul. XII. A.C. 1144.

episcopum Turonensem data, in qua dicit, Innocentium Papam hanc causam commisisse curæ Geofridi Episcopi Carnotensis, Legati sui, qui cum eam non terminasset, Episcopum Dolensem eundem Papam rogasse, ut causam hanc ad suum tribunal revocaret, idque obtinuisse. *Cum vero*, inquit Lucius Papa, *interea Innocentium Papam mors occupasset, ambo nostrum expetiistis judicium, & tu quidem, Archiepiscope Turonensis, Ecclesiæ tuæ tabulas produxisti, atque præter alia documenta etiam Urbani Papæ Bullam, cui Episcopus Dolensis nihil ratione firmum opposuit, nec ulla Pontificum Romanorum auctoritate postulationem suam munivit. Quare causa ista cum compluribus Episcopis, Cardinalibus, Abbatibus & Equitibus Romanis mature pensata, veterem Sacræ Sedis Sententiam & judicium ratum habuimus, teque tradito de manu nostra Baculo, obedientiæ ab illis Episcopis tibi debitæ Signo, investivimus, jubentes, ut tam Episcopus Dolensis, quam omnes ceteri Britanniæ Episcopi posthac Ecclesiæ Turonensi, suæ nempe Metropoli, sint subjecti. Hac sola addita exceptione, ut Frater noster Geofridus, Episcopus Dolensis, quamdiu hanc Ecclesiam reget, Pallio utatur, & soli Papæ subditus sit.*

In

In hac Bulla, in Laterano, decima quinta Maji, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, data, Pontifex illos, quorum conſilio in hoc negotio uſus fuerat, nominat hoc ordine: primo duos Epiſcopos Cardinales, tum Raimundum Archiepiſcopum Toletanum, Henricum Epiſcopum Wintonienſem, Ulgerum Andegavenſem, & tres alios Francorum Epiſcopos, tum Cardinales Presbyteros & Diaconos, poſtea Petrum Cluniacenſem duosque alios Abbates, & poſtremo Nobiles Romanos. Hodiedum Turonè Baculus ille, quo Papa hanc Inveſtituram conceſſit, aſſervatur. Ut igitur contenta in Bulla iſta exſequeretur Lucius Papa, Epiſcopos Briocenſem & Trecorienſem, ab obedientiæ vinculo, quo ſe ſe Epiſcopo Dolenſi devinxerant, datis literis abſolutos, Archiepiſcopo Turonenſi parere juſſit. Comiti quoque Geofrido & optimatibus Britanniæ ſcripſit, præcipiens, ne Judicio Romanæ Sedis obſequentibus obſiſterent. Sæcul. XII. A.C.1144.

Sub idem tempus Raimundus Toletanus, cum Romæ verſaretur, obtinuit, ut Jus Primatus in tota Hiſpania, ab Urbano II. ante annos quinquaginta ſex Eccleſiæ ſuæ collatum, confirmaretur. In Bulla Lucii, decima tertia Maji, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, data, inter alia ſtatuta,

Sæcul. XII. A.C.1144.

Diœceſes illarum civitatum, quæ Saracenorum invaſione Metropolitas ſuos amiſiſſent, Archiepiſcopo Toletano ſubdi jubentur, quamdiu illa rerum facies in Hiſpania duraret. Ceterum Lucio II. Romæ ſedente Alphonſus Dux Portugalliæ, & poſtea Rex, Eccleſiæ Romanæ in cenſum annuum quatuor uncias auri a ſe & hæredibus ſuis pendendas promiſit.

Inno. III. lib. 1. ep. 99.

§. VI.

Romanorum Epiſtola ad Conradum Regem.

Otto. Friſing. VII. Chron. c. 31.

Inter hæc Romani, ut inſtitutum ſuum exſequerentur, Senatoribus, ſibi delectis, Patricium quoque addiderunt, atque ea dignitate Jordanum Petri Leonis filium ornarunt, fidem ei tanquam legitimo Principi ſuo jurantes. Papam deinde adeunt, omniaque Jura Regalia, quibus potiebatur, tam intra quam extra urbem, Patricio ſuo debita repoſcunt. Affirmabant enim, Papam Decimis & Chriſtianorum oblationibus, antiquorum Epiſcoporum more, contentum eſſe debere. Papa prementibus Adverſariis, auxilium Conradi Regis Romanorum imploravit, dataque epiſtola, ut præſidium Eccleſiæ Romanæ in ſe ſuſciperet ſubmiſſe rogavit. Sed & Romani ſeditioſi ad Conradum dederunt epiſtolam,

in

in qua videri volunt tantum ipsius commodo servire, & Imperium Romanum sub ejus potestatem, ea ratione, qua Constantini Magni & Justiniani Imperatorum temporibus fuisset reducturi. *Eo consilio*, inquiunt, *turres & domos munitas Romanorum potentissimorum, qui tuæ Majestati cum Siculo & Papa repugnare audebant, cepimus. Quædam & iis munimenta, destructis aliis, tibi servamus. Ceterum nobis, tuo imperio faventibus, maxime adversantur Papa, Frangipanes, Petri Leonis Filii, si Jordanum Ducem & Principem nostrum excipias, Ptolomæus & complures alii.* Prosequuntur epistolam rogantes Regem, ne calumniatoribus suis aures præbeat, sed Romam veniat, majore splendore & potestate, quam omnes Antecessores sui Italiæ & Germaniæ imperaturus, sublatis omnibus, quæ Clerici hactenus posuissent, obstaculis. Et inferius: *Scimus, Papam cum Siculo* * *fœdera iniisse, eique, dato privilegio, usum Virgæ, Annuli, Dalmaticæ, Mitræ, & Sandaliorum concessisse, & promisisse, quod nullum ad eum, nisi peteret, Legatum missurus esset. Vicissim vero Siculum Papæ magnam pecuniæ vim tradidisse, ut ea, quæ contra te molitur, exsequi valeat.* Sed nec hujus Romanorum epistolæ Rex Conradus ullam rationem

Sæcul. XII. A.C. 1144.

* Rege Siciliæ.

Sæcul. XII. A.C. 1145. habuit, ſicut ante complurium aliarum, ab iisdem ad ſe ſcriptarum, quibus nullum reſponſum dedit. Contra Papæ Legatos, quos inter Guido Piſanus, Cardinalis & Cancellarius fuit, per benigne excepit.

§. VII.

Lucii Obitus. Eugenius III. Papa.

Ex quadam Epiſtola Lucii Papæ, ad Petrum Abbatem Cluniacenſem, vigeſima ſecunda Septembris, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, data, diſpicimus, eum cum Rege Siciliæ *ep. 1.* conſultaſſe, & pepigiſſe inducias. In eadem epiſtola Papa a Petro Abbate petit, ut ſibi monachos tredecim mitteret, *ep. 6.* qui Romæ ſedem figerent. His dedit Monaſterium S. Sabæ, S. Gregorii ætate fundatum, quo Regulæ vigorem reducerent, ea conditione, ut iſta Congregatio ſub Regimine Abbatis Cluniacenſis eſſet. Hæc ex Bulla, decima nona Januarii anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto Indictione octava data *Papebr. Conat.* cognoſcimus.

Lucius Papa rebus humanis eripitur, decima tertia Februarii anno eodem, poſtquam in Pontificatu menſes undecim & dies quatuor transegiſſet, atque in Eccleſia Lateranenſi ſepultus eſt.

Nec

Nec mora, altera die decima quarta Februarii Cardinales, in Ecclesia S. Cæsarii congregati, Lucio defuncto Bernardum ad S. Anastasium Romæ Abbatem subrogant. Erat natione Pisanus, quondam illius Ecclesiæ Vicedominus. Inde Ordini Cistercienſium adscriptus, aliquamdiu Claravalle sub Disciplina S. Bernardi versatus est. Cum deinde Atenulphus, Abbas Farvensis in Italia, aliquot monachos a S. Bernardo expetiisset, novam Congregationem conditurus, isque, ut obsequeretur Abbati, Bernardum Pisanum cum quibusdam aliis in Italiam misisset, Innocentius Papa illos sibi retinuit, quibus Monasterium S. Anastasii Romæ ad aquas Salvias, a se reparatum, tradidit, & Bernardum Pisanum Abbatem esse jussit, anno millesimo centesimo quadragesimo. Inde ergo evocatus & ad Papatum promotus ipsa electionis die ad Palatium Lateranense deducitur, in Apostolica Sede pro more ponitur, & Eugenius Papa tertius nominatur; qui cum sequente die Dominica in Basilia S. Petri ordinari debuisset, comperto, quod Senatores statuissent, electionem suam vi adhibita retractare, nisi Jura Senatus, quæ invaserant, eis auctoritate Apostolica confirmaret, noctis silentio cum paucis Cardinalibus Roma egressus, in

Sæcul. XII. A.C. 1145.

Vit. S. Bern. III. c. 7. n. 23. ep. ap. Bern. 343. 345.

Cod. Vatic ap. Baron.

Sæcul. XII. A.C. 1145. Arcem Monticelli se se in tutum recepit. Congregatis vero altera die cunctis Cardinalibus, qui ob metum furentis populi in diversa sparsi fuerant, ad Farvense Monasterium cum sua familia perrexit, ubi die Dominica sequente, nempe in Sexagesima, decima octava Februarii, consecratus est. Exinde in Cathedra S. Petri annos octo & quatuor menses sedit.

§. VIII.

S. Bernardi Epistolæ.

Ep. 237. Ubi electio Eugenii tertii ad notitiam S. Bernardi pervenit, ad Cardinales & Episcopos Curiæ Romanæ epistolam dedit in hæc verba: *Parcat vobis Deus, quid feciſtis? hominem ſepultum ad lucem revocaſtis. Hominem mundi tumultus fugientem iterum turbis & negotiis implicuiſtis. Qua igitur ratione, quo conſilio, defuncto Papa, repente in hominem ruſticum irruiſtis? cur excuſſa e manibus ſecuri & ligone ad Palatium traxiſtis, ut in Cathedram elevatum purpura & byſſo indueretis? Ridiculum profecto videtur pannoſum homuncionem aſſumi ad præſidendum Principibus, ad imperandum Epiſcopis, ad decernendum de Regnis & Imperiis. Non nego id miraculo potuiſſe contingere, præſertim cum ex ore multorum audiam, digitum Dei*

hic

hic fuisse. Non tamen sum securus; sed timendum est, ne modestiæ & quieti assuetus, non ea, qua oportuerit, auctoritate sui Apostolatus officia exsequatur. Quo animo nunc esse putatis hominem illum, qui, de secreto internæ contemplationis & amica cordis solitudine tanquam infans e gremio & sinu matris raptus, videt in publicum se se protrahi, & velut victimam ad insueta & invidiosa tractanda duci? Nisi Dominus supponat manum suam, opprimetur ab onere, ipsis Angelorum humeris formidabili. In Epilogo S. Bernardus Cardinales hortatur, ut opus suum conservent & electum Pontificem suis consiliis adjuvent. Sæcul. XII. A.C. 1145.

Necdum vero electo Pontifici scripserat, sperans se priorem quidquam literarum accepturum esse, quibus Electionis peractæ adjuncta edoceretur. Sed tandem amicis urgentibus, in causa Archiepiscopatus Eboracensis Eugenio scripsit. In illa Epistola dicit: *Bernardus filius meus felicissima mutatione factus est pater meus Eugenius. Superest, ut Ecclesia quoque, Domini tui Sponsa, mutetur in melius. Ne dixeris Ecclesiam tuam esse, sed memento, te ipsum Ecclesiæ factum esse obnoxium. Nihil tuum in ea tibi vindices, nisi quod pro ea, si oportuerit, sanguinem & animam dare* ep. 238.

Sæcul. XII. A.C. 1145. *tenearis. Si Christus te misit, scies te vocatum fuisse, ut ministres, non ut alii tibi ministrent. Id vero de te potissimum sperandum est, qui jam ante in monasterio didiceras, non solum tua non retinere, sed nec tuus esse. Merito igitur plura de te sperat Ecclesia quam de multis Antecessorum tuorum a longo tempore accepit, & lætatur. Numquid & ego de numero lætantium ero? lætor quidem, fateor, sed non sine tremore.*

ep. 233. 236. Tum S. Bernardus ad causam Eboracensem transiens, de qua ante biennium, datis ad Cœlestinum Papam & Curiæ Romanæ Præsules literis, conquestus fuerat, quod omisso Innocentii Papæ judicio & mandato, adhucdum Henricus diceretur in illam Sedem non sine probro Romanæ Ecclesiæ intrusus, in hac Epistola ad Eugenium Papam superioribus addit: *Utinam, priusquam moriar, videam Ecclesiam Dei sicut in diebus antiquis, quando Apostoli laxabant retia ad capturam, non autem in capturam auri vel argenti, sed ad capiendas animas! Utinam dicas cum illo, cujus adeptus es Sedem, pecunia tua tecum sit* *Act.* 8. 20. *in perditionem! O vox tonitrui! o vox magnificentiæ & virtutis! cujus terrore confundantur & convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Hoc* *Jerem.* 1. *a te exspectat Ecclesia. Constitutus es super*

super Gentes & Regna, ut evellas & de- Sæcul. XII.
struas, ut ædifices & plantes. Cum fa- A. C. 1145.
ma electionem tui notam feciſſet, multi cogitarunt: jam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt, tempus putationis advenit. Ergo animum cape, inimicos tuos, qui elatam cervicem tibi opponunt, dejice. In omnibus autem memento te hominem eſſe, memento, quot brevi tempore Romanorum Pontificum mortes tuis oculis aſpexeris, & ipſa Anteceſſorum tuorum breviſſima vita admoneat, te eos, quorum nunc Sedem occupas, brevi ſecuturum eſſe ad ſepulchrum.

Huic epiſtolæ haud diu poſt addidit duas alias, de eadem cauſa Archiepiſcopi Eboracenſis ſcriptas, in quarum prima S. Bernardus dicit: *Importunus ſum,* ep. 239.
ſed ſuppetit firma excuſatio, qua me tuear. Ajunt, me Papam eſſe, non te, & turmatim ad me confluunt, quibus negotia ſunt. Nec deſunt in tanta multitudine amicorum, quibus officium negare, non ſolum absque ſcandalo, ſed etiam absque peccato, non poſſum. In altera Eugenio ep. 240.
gratulatur, quod jam non nulla exempla, quantum juſtitiam amet, dederit.

§. IX.

Robertus Pullio Cardinalis.

Sanctus Bernardus Cardinali quoque Roberto Pulano ſeu Pullo Eccleſiæ

Sæcul. XII. A C. 1145.

Romanæ Cancellario scripsit. Erat is gente Anglus, vir doctus, qui cum Lutetiæ Parisiorum scholæ præesset, S. Bernardus ejus Episcopum rogaverat, ne eum revocaret, quod sana ipsius doctrina Parisiensibus multum prodesset. Sed in Angliam reversus, Oxonii scientiarum disciplinas, pœne collapsas, quasi postliminio restituit. Tum ab Innocentio II. Papa, cui viri merita perspecta erant, Romam vocatus, a Lucio II. autem Cardinalis, tituli S. Eusebii, & postea Ecclesiæ Romanæ Cancellarius, creatus est. Nullus ex natione Anglorum ante ipsum Cardinalium collegio adscriptus fuisse legitur. Huic ergo S. Bernardus, ubi Eugenium electum fuisse comperit, statim scripsit, gratias Deo agens, quod Papæ electo tantum auxilium præparasset. Nam Cancellarius Ministrorum præcipuus habebatur. Hortatur Cardinalem Robertum, ut ea fide ac prudentia, qua par esset, muneri suo incumberet, & caveret, ne Papa artibus impiorum, in tanta supervenientium negotiorum multitudine, deciperetur. Ceterum Robertus non ultra tres primos annos, quibus Eugenius Papa Ecclesiæ præfuit, Cancellarii officio functus est.

ep. 203. *& ibi Mabill.*

ep. 362. *al.* 334. *ibi Mabill.*

Edit. 1655.

Ad nos usque pervenit ab ipso editum Corpus integrum Theologiæ, sub titulo sententiarum, in Partes octo divisum

sum, in quo solide præcipuas quæstiones, quæ illa ætate movebantur, tam de Mysteriis Fidei, quam de Sacramentis pertractat, atque ex auctoritate Scripturæ & Patrum resolvit. At non nullas opiniones singulares fovet. Sæcul. XII. A.C.1145.

§. X.

Papa Viterbii.

Eugenius Papa electus & ordinatus ad arces munitas confugit, ut se populi Romani furori subtraheret. Inde Viterbium divertit, ubi aliquamdiu commoratus est. Interea Arnaldus de Brixia Romam venit, & rebelles, propria ferocia insanientes, multo magis accendit. Populum Romanum memorem esse oportere, ajebat, quam præclara a Majoribus suis fortitudinis exempla accepisset, quorum exercitus, Senatus sapientissimi consiliis adjuti, & disciplina militari instructi, totum orbem terrarum suæ potestati subjecissent. Capitolium e ruderibus suis esse erigendum, Senatus & Ordinis Equestris Dignitatem restituendam. Urbis principatum Papæ neutiquam esse concedendum, quem sola Jurisdictione Ecclesiastica contentum esse deceret. Ergo Romani his sermonibus concitati, conspirante Jordano eorum Patricio, officium Præfecti Civitatis

Otto Fris. VIII. Chro. c. 31. Id. II. Frid. c. 20.

Chro. c. 31.

Sæcul. XII. A.C.1145. tis Romanæ abrogant, omniumque Nobilium civiumque viros præcipuos ad ſubmittendum ſe ſe eorum Patricio compellunt. Tum etiam non ſolum Laicorum divitum turres, ſed Cardinalium quoque & virorum Eccleſiaſticorum domos dejiciunt, prædamque immenſam diripiunt. Baſilicam deinde S. Petri munierunt; ubi pie peregrinantes ad largiter offerenda munera verberibus adigebant, quæ ſibi auferrent. Quin etiam non nullos in veſtibulo Eccleſiæ, quod parcius dona inferrent, crudelem in modum necarunt.

VII. Chron. c. 32. Eugenio Papa Viterbii commorante, advenerunt Legati Epiſcoporum Armeniæ, eorumque Catholici, ſeu Patriarchæ, cujus Jurisdictioni, ſi ipſis fidem habemus, plus quam mille Epiſcopi ſuberant. Menſes octodecim in itinere conſumpſerant, cumque Viterbium perveniſſent, Papam ſalutaverunt, nomine ſuæ Eccleſiæ obedientiam in omnibus promittentes. Ad conſulendum Eccleſiam Romanam venerant, ejus ſententiam & Judicium in illis Articulis, in quibus a Græcis diſſidebant, amplexuri. Quippe aquam vino in Sancto Sacrificio non admiſcent, quod tamen Græci Latinique faciunt, quamvis panem fermentatum cum Græcis adhibeant, & Natalem Domini ac Epiphaniam una die celebrant. Papa

huma-

humaniſſime exceptos, in Sacrificii ſole- Sæcul. XII.
mniis proxime adſtare juſſit, quo facilius A.C.1145.
omnia, quæ in Miſſa ſecreto fiunt, conſpicerent. Illorum Legatorum aliquis exinde narravit, ſe, cum die decima octava Novembris in Feſto Dedicationis S. Petri Romæ, Miſſæ adeſſet, ſupra caput Pontificis, Sacris operantis, radium ſolis duasque columbas aſcendentes & deſcendentes vidiſſe, quin tamen ulla ratione deprehendere poſſet, unde illæ columbæ vel ille fulgor ad verticem Papæ pervenirent. Iſtud Epiſcopus hic Armenus coram tota Curia Romana teſtatum fecit, addens, ſe tanto prodigio ad obedientiam Sedi Apoſtolicæ præſtandam mire excitari. (*)

Otto Epiſcopus Friſingenſis, qui hoc factum literis mandavit, tunc temporis Viter-

(*) De Armenorum Legatione R. P. Antonii Pagi in Critica ad hunc annum hoc eſt judicium: *Armenii Legationem hoc anno ad Pontificem Romanum miſerunt, eumque ſuper iis, in quibus a Græcis diſſentiebant, Judicem poſtularunt. Otto Friſingenſis pauca quædam duntaxat ad Sacrificii ritum, ad cæremonias commemorat, quæ ut Armenii ſola expoſuerint, majoribus aliis ac ſpectantibus ad Fidem ſuppreſſis, ſicque Eccleſiæ Romanæ Communionem furati ſint, eorum Gentis aſtutiæ fuerit . . . Legendæ Combefiſii . . . Notæ.* In Auctario Bibliot. Patrum Tomo II.

Sæcul. XII. A.C. 1145. §. 33. Viterbii versabatur, ubi etiam dicit, se vidisse Hugonem Episcopum Gabalensem in Syria, cujus præcipue laboribus effectum, ut Antiochia Sacræ Sedi submitteretur. Ceterum querelas adversus Patriarcham suum, & Principis Antiocheni matrem movebat, dicens, sibi deberi Decimas prædæ & spoliorum, Saracenis detractorum, juxta exemplum Gen. 14. 20. Melchisedech, qui eas ab Abrahamo recepisset. Hac ergo in causa præsidium Papæ postulabat. Episcopus Gabalensis, cum sermones conferret, sæpe mentionem injiciebat cujusdam Principis Christiani sed Nestoriani, qui Presbyter Joannes dicebatur, in ultimo Oriente regnantis; is magnas de Persis victorias reportaverat, atque ad ferendum periclitanti Ecclesiæ Hierosolymitanæ auxilium venturus credebatur. Hic primo in nostris Scriptoribus vocabulum *Presbyter Joannes*, ad significandum Principem occurrit.

§. XI.

Expeditio Crucigerorum secunda indicitur.

Otto. VII. Chro. At longe majoris etiam momenti causa fuberat, ob quam Episcopus Gabalensis iter in Occidentem susceperat; nempe ut a Principibus auxilium & opem Ecclesiæ Orientali, capta ab Infidelibus

libus Edeſſa, conſternatæ, impetraret. Quippe urbem illam, nemine ſuccurrente *Zengui*, qui eam duobus jam annis obſidione cingebat, tandem in Feſto Nativitatis Domini anno milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto in ſuam poteſtatem redegit. Tunc vero incolæ, omnes Chriſtiani, nam illa civitas nunquam ante in Saracenorum manus inciderat, miſerrime cæſi. Archiepiſcopus, nomine Hugo, cum caperentur mœnia, fuga evadere conatus, in media turba impeditus ſuffocatur. Quam mortem omnes a cœlo in avaritiæ pœnam ei deſtinatam crediderunt; ingentes enim opes congeſſerat, quas ſi in ſtipendia militum impendere voluiſſet, ſervare urbem potuiſſet. Edeſſa ſuperata, Infideles Eccleſias profanarunt, præſertim illam, quæ S. Mariæ ſacra erat, illamque, in qua Reliquiæ S. Thomæ colebantur. Triſtem ſortem narrabat inter lacrymas Epiſcopus Gabalenſis, animoque conſtituerat, Alpes conſcendere, a Regibus Romanorum & Francorum Chriſtianis, ultra mare poſitis, opem flagitaturus.

Sæcul. XII. A C. 1145.

ibid. c. 30. *Tyr. XVI. c. 5.*

In manibus noſtris eſt Epiſtola Eugenii Papæ in hac cauſa ad Regem Ludovicum Juniorem, prima die Decembris, Vetrallæ prope Viterbium data. In ea Pontifex Francos, inprimis potentes hortatur & rogat, quin etiam præcipit & in remis-

ep. 1.

Sæcul. XII. A.C. 1145.

remissionem peccatorum injungit, ut ad defendendam Ecclesiam Orientis, quam Patres eorum profuso sanguine liberassent, arma caperent. Sacris militibus eandem Indulgentiam concedit, quam Urbanus Papa II. in prima Cruciatorum profectione impertitus fuerat. Eorum uxoribus, liberis & bonis tutelam Ecclesiæ promittit. Prohibet, ne contra eos, qui Crucem acceperint, de rebus, ab ipsis quiete possessis, ulla actio moveatur. Cruciatos absolvit ab usuris solvendis, pro tempore solum præterito. Potestatem facit, Feuda sua Ecclesiis vel privatis hominibus pignori dandi, si ipsorum Domini vel nolint vel non possint eis pecunias mutuas præbere. Ceterum hortatur sacros milites, ne vestitu pretioso incedant, ne canes vel accipitres venatui aptos, & quidquid soli voluptati servit, in itinere habeant.

Sup. Lib. LXIV. n. 32

Otto Fris. I. Frid. c. 24. to. X. Conc. p. 1099.

Priusquam vero hæc Epistola in Franciam fuisset delata, Rex animo constituerat Crucem accipere, ut votum impleret, quo Philippus frater ipsius natu major obstrictus, & veloci fato occupatus, se se exsolvere non potuerat. Cum quibusdam amicorum suorum aperuisset, quid decrevisset, illi suaserunt; Sanctum Bernardum advocari juberet, eumque consuleret.

Respon-

Respondit S. Abbas; nihil in tanta re statuendum esse Summo Pontifice inconsulto. Rex consilium, quod ceperat, secundo Episcopis & Proceribus in Curia, Biturigis in Natali Domini anno millesimo centesimo quadragesimo quinto, celebrata, significavit, ubi Geofridus Episcopus Lingonensis tanta dicendi vi amissæ urbis jacturam & pericula inde nascitura suis auditoribus proposuit, ut omnibus lacrymæ suborirentur, hortatus ut arma ad expeditionem sacram pararent, Ducem Regem habituri, cujus exemplum haud dubie ad plurimos pertrahendos erat potentissimum. In hunc ergo finem alius Conventus Vezeliaci ad Festum Paschæ, quod non procul aberat, indicitur, in quo bellum sacrum solemniori ritu denunciaretur, & interim Rex missis ad Papam nunciis, quid statutum fuisset, edocet. In illis Comitiis Bituricensibus Samson Archiepiscopus Remensis coronam Regi, ut in Festis solemnibus mos erat, porrexit, quare juribus suis detractum fuisse, Petrus Archiepiscopus Bituricensis apud Papam conquestus est. Sæcul. XII. A.C. 1145. *Eug. ep. 8.*

§. XII.

Papa Romæ.

Inter hæc Eugenius Papa, Romanos rebelles ad officium compulsurus, Jor- *Otto VII. Chr. a. 31. 34.*

Sæcul. XII. A.C. 1145.

danum ipsorum, ut ajebant, Patricium, cum quibusdam Sectatoribus ejus, Communione Ecclesiæ privavit. Tum Tiburtinæ civitatis, cujus inveteratum in Romanos erat odium, milite usus, usque adeo pressit, ut pacem petere coacti sint; quam non nisi duris conditionibus concessit: Patricii officium & nomen abrogarent, Præfectum Urbis pristinæ Dignitati restituerent, & Senatorum auctoritatem a Pontifice totam proficiscì, datis literis, profiterentur. Ita Romam rediit Eugenius, ubi ingenti lætitia exceptus est, quod omnium opinione maturius adesset. Venienti obviam processit populus, ramos manibus gestans, & genua cum Pontifex præteriret flectens. Tribus omnes cum vexillis suis exierant, ipsique Judæi cum Legis Libro, quem humeris impositum portabant, occurrerunt. Eugenius Romæ Festum Nativitatis Domini anno millesimo centesimo quadragesimo quinto celebravit, Palatiumque Lateranense tenebat. Sed non diu ibi commorari licuit: cum enim Romani quotidie instarent, ut Urbem Tiburtinam destrueret, ne importunam postulationem ultra audire cogeretur, visum est trans Tiberim, videlicet, quod plurimi putant, ad Arcem S. Angeli, recedere.

Cod. Vat. ap. Baro.

S. Ber-

S. Bernardus vero, cujus fama & reverentia Romæ, postquam tanta in obsequium Innocentii Papæ effeciſſet, maxima erat, data ad cives Romanos Epiſtola, eos ad obediendum Eugenio Papæ permovere conatus eſt. Inprimis excuſat, quod cum eſſet vilis & exiguus homo, populo ſublimi & illuſtri ſcribat. *Sed de cauſa*, inquit, *communi agitur, & ubi Caput affligitur, omnia membra dolent.* Exprobrat deinde, quod ſuæ ſalutis immemores in Sedem Apoſtolicam inveherentur, propriam eminentiam & gloriam obfuſcantes. Tum in memoriam reducit, quantum malum Romæ in Schismate Anacleti graſſatum fuerit, cum Eccleſiæ Urbis diriperentur, ac omni ornatu, theſauris, & reditibus privarentur. Ob oculos ponit, quam dire in illis turbis cives in cives, parentes in propinquos ſævierint. Et tandem in peroratione hortatur, ut Deo, Apoſtolis, ceterisque Sanctis Præſidibus ſuis, reconciliari ſatagerent. Sæcul. XII. A.C 1145. *ep.* 143.

Hæc Epiſtola S. Bernardi admodum pathetica eſt, atque in ea quæſtionem contra Arnaldiſtas diſſimulat, quibus, ut nobis videtur, iſtud opponendum erat, Principatum ſæcularem cum poteſtate ſpirituali conjungi poſſe, & electum Romanum Pontificem ſimul legitimum Urbis Dominum eſſe. Sed nempe non ap-

Sæcul. XII. A.C. 1145.

paret, quemquam Constantini donationem illa ætate ut dubiam ad examen vocasse.

ep. 244.

S. Abbas Conrado Regi quoque scripsit, demonstrans oportere, ut maxima concordia inter Regnum & Sacerdotium vigeret, & exhortans; Ecclesiam defenderet, Romanorum vero insolentiam & temeritatem reprimeret.

§. XIII.

Episcopatus Tornacensis.

Dum Eugenius Papa, trans Tiberim in tuto collocatus versatur, tandem causam de restituendo Episcopatu Tornacensi, tanto temporis spatio agitatam, definiit. Nam Canonici illius Ecclesiæ omnium ore edocti, quam alieno a pecuniæ cupiditate animo esset hic Pontifex, nuncios miserunt, qui eum negotii sui scientia necessaria instruerent, ipsiusque sententiam peterent. Ille respondit, facturum se, quæcunque Abbas Clarævallensis suasisset. Itaque Canonici acceptas a S. Bernardo Epistolas per suos Legatos, quorum princeps Letbertus erat, Romam miserunt. Is omnibus causæ illius adjunctis Pontifici expositis supplex postulavit, ut sententiam pronuntiaret, cumque ille literas Letberto tradere pararet, quibus Tornacenses Episco-

Narrat. Tornac. Spicil. to. 12. *p.* 483.

piscopum sibi eligere jubebantur, is re- Sæcul. XII.
spondit; nunquam se hujusmodi literas A.C.1146.
deferendas susceperum esse. Si vero
Papæ placeret, sibi de manu sua Episco-
pum consecratum dare, se cum eo Tor-
nacum reversurum esse, nec ullam esse
dubitandi causam, quin ordinatus a Sum-
mo Pontifice Episcopus honore congruo
reciperetur ab omnibus. Tandem Pa-
pa, instantissimis precibus & constantia
Letberti victus, interrogat, quem in Cu-
ria Romana Episcopum sibi expeteret,
atque Letberto id Pontificis arbitrio
committente, convocatis Cardinalibus
hac de re eorum sententiam exquirit.
Tunc autem Romæ versabatur Anselmus
Abbas S. Vincentii Lauduni, antea mo-
nachus S. Medardi Suessione, qui ad
negotia suæ Ecclesiæ expedienda vene-
rat, in Papali Curia notissimus. Hunc
ergo Eugenius Episcopum Tornacensis
Ecclesiæ nominat, quem illico Letber-
tus ceterique Legati eligunt, statimque
Papæ consecrandum offerunt. Reluc-
batur Anselmus, dicens; affligi se non
levi corporis infirmitate, & potius sibi
de propinqua morte quam de Episcopa-
tu suscipiendo esse cogitandum. At
Papa, in proposito immotus, ad se se sub-
mittendum & obediendum compulsum
solemni ritu Dominica quarta Quadra-
gesimæ, quæ hoc anno millesimo cente-

V. Herman de mirac. lib. III. c. 20. & 21. post Guib.

Sæcul. XII. A.C.1146.

simo quadragesimo sexto in diem decimam Martii incidebat, ordinavit. Tum varias ad rem confirmandam dedit Epistolas, primam ad Clericos populumque Tornacensem, in qua cunctos hunc Episcopum suum venerari jubet, eosque a fidei juramento, si quo se Episcopo Noviomensi obstrinxissent, absolvit. Altera Epistola, ad Regem Franciæ data, hortatur, ut consecratum Episcopum Tornacensem recipiat & tueatur.

Eug. ep. 63. 64. & tom. 5. Spicil. p. 565.

His duabus Epistolis dies decima quinta Martii apposita est. Scripsit quoque Papa in eadem causa Theodorico, Flandriæ Comiti, Simoni Episcopo Noviomensi, Samsoni Archiepisco Remensi, ceterisque illius provinciæ Episcopis. Nec operam perdidit; nam Anselmus, nemine se opponente, in Sedem Tornacensem receptus est. Hunc exitum habuit gravis causa, ante annos quinquaginta, Urbano II. Pontificatum gerente, moveri cœpta, atque exinde Ecclesia Tornacensis a Noviomensi separata remansit, quæ a S. Medardi ævo per annos deinde sexcentos ei juncta fuerat.

Sup. lib. LXIV. n. 48

Sup. lib. XXXII. n. 43.

§. XIV.

Sacri Milites Franciæ.

Rex Ludovicus junior accepto a Papa tali, quale exoptabat, de profectione

to. 10. Conc. p. 1100.

ne

ne Cruciata reſponſo, ampla Comitia Vezeliaci in Burgundia celebravit; ubi illa ætate S. Magdalenæ oſſa ſervari credebantur, quod Otto Friſingenſis teſtatum facit. Hic vero Conventus agebatur ad Feſtum Paſchæ, quod hoc anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto in diem trigeſimam primam Martii incidebat. Adfuere magno numero Epiſcopi & Principes Franciæ, atque cum compluribus Abbatibus S. Bernardo cura prædicandi expeditionem Cruciatam demandata. Is enim ad hoc officium præſtandum bis antea a Rege invitatus, acceptis quoque de hac re Papæ literis, operam tamen ſuam commodare recuſaverat, nec prius ad dicendum permoveri potuit, quam per literas Pontificis generales editas id diſerte juſſus. Quoniam vero Vezeliaci locus non erat, qui tantam hominum multitudinem, quanta confluxerat, caperet, extra caſtrum in campo fixus eſt Abbati ſuggeſtus ligneus, quem cum Rege conſcendit. Peroravit ergo feliciter, Rex quoque ad totam frequentiam verba fecit, lecta eſt Pontificis Epiſtola, & tandem omnes conclamare & Cruces expetere. Præparatus fuerat earum faſcis, quo brevi in petentes diſperſo, Bernardus veſtes ſuas in Cruces ſcindere easque dividere coactus eſt, multaque in illo die edidit mi-

Sæcul. XII. A.C. 1146.

Otto Friſ. c. 36.

vit. lib. III.

Bern. ep. 432

Sæcul. XII. A.C. 1146.

racula. Unacum Rege ſignum Crucis accepit Regina Alienora ejus conjux, plurimique Optimates, atque inter ceteros Alphonſus Comes S. Ægidii, & Toloſæ, Henricus filius Theobaldi Comitis Bleſarum & Campaniæ, Guido Comes Nivernenſis, & frater ipſius Reginaldus Comes Tornodori, Robertus Comes Drocarum*, Regis frater, & Ivo Comes Sueſſionenſis.

* Dreux

Inter Præſules nominantur, Simon Epiſcopus Noviomenſis, Geofridus Lingonenſis, & Arnulphus Lexovienſis.

Ut vero ſuſcipiendæ profectionis tempus & modus ſtatuerentur, alia Comitia ad Dominicam tertiam poſt Paſcha, diem vigeſimam primam Aprilis, indicta ſunt. Ad ea Petrus Abbas Cluniacenſis, vir, cujus conſilia neceſſaria videbantur, vocatus eſt. S. Bernardus quoque & Sugerius Abbas ad eum in hac cauſa literas dederunt, atque ex ipſius reſponſis diſpicimus, quantum in Eccleſiæ Orientalis periculo moveretur. Sed excuſavit, quod ad Conventum Carnotenſem venire non poſſet, tum ob male affectam valetudinem, tum quod Capitulum eadem die Cluniaci celebrandum indixiſſet. Amadæus quoque Archiepiſcopus Lugdunenſis & Geofridus Archiepiſcopus Bituricenſis ſe ſe excuſarunt, & Lugdunenſis quidem ideo abfuit, quod

Lib. 2. p. 147.

Bern. ep. 364

Petr. 6. ep. 17. &c.

Duchesne hiſt. tom. 4. ep. 134. 135.

quod ipsum Archiepiscopus Senonensis Primatem suum venerari detrectaret. Sæcul. XII. A.C.1146.

Cum vero Comitiis Carnotensibus initium datum fuisset, omnes uno impetu S. Bernardum futurum Cruciatæ expeditionis Ducem proclamant; quod munus ipse constanter a se amovit, idque data epistola Eugenio Papæ significavit, in qua præterea hortatur, ut eo quo par esset zelo tantæ molis opus urgeret, & oblata occasione duobus Ecclesiæ gladiis uteretur. *ep.* 256.

Nimirum illa verba Apostolorum ad Jesum Christum: *Domine, ecce duo gladii hic*, aliqui de duplici potestate accipienda esse putabant, de potestate temporali, quam dicebant gladium materialem, & de potestate Ecclesiastica, quam dicebant gladium Spiritualem. Porro in hoc sensu loquitur S. Bernardus cum in ista epistola dicit: *Petri uterque est gladius, alter ipsius nutu, alter ipsius manu, quoties necesse est, evaginandus. Et quidem de illo, qui Petro minus conveniebat, dictum est: converte gladium tuum in vaginam, ergo & ille Petri erat, sed non Petri manu utique educendus. Nunc vero tempus & opus esse existimo, ambos gladios in defensionem Ecclesiæ Orientis educere.* Hanc de duobus gladiis allegoriam, sequenti tempore celebratissimam, jam semel antea *Luc.* 22. 38. *Joan.* 18. 11. Ecce duo gladii hic. Luc. 22. *Geof. opusc.* 4. *Sup. Lib. LXVII. n.* 23.

Sæcul. XII. A.C.1146.

antea in Scriptis Geofridi Vindocinenſis adnotavimus. S. Bernardus eam magis extendit, & in negotio, de quo hic agebatur nempe bello Sacro, exploratum eſt, quod Papa Principes Chriſtianos ad gladium materialem contra Infideles adhibendum excitaverit. Non autem docebat S. Bernardus, Principes absque Papæ licentia nullum bellum movere poſſe (*).

Tum

(*) Es iſt das zweytemal, daß in dieſen Kirchen-Geſchichten eine Meldung von den zweyen Schwerteren, Joannis am XVIII. Capitel, vorkömmt. Die Katholiken werden von den Proteſtanten beſchuldiget, als wenn ſie in der Kirche der Geiſtlichkeit mehr einräumten, als Chriſtus der HErr ihnen beygeleget hätte. Allein dieſe Beſchuldigung iſt ohne Grund.

Mosheim und Windheim ſagen in ihrem allgemeinen Kirchen-Rechte der Proteſtanten auf der 308. Seite. Es iſt zuförderſt deutlich genug, daß den Geiſtlichen das Recht über das Volk zu herrſchen abgeſprochen iſt. Die Stellen der Schrift ſind davon ſehr deutlich.

Antwort: Das geſtehen alle Katholiken. Nun wollen wir aber hören, was hierauf Windheim der römiſchen Kirche andichtet. Er ſaget auf der folgenden 309. Seite: Wie ſehr gehet die römiſche Kirche hievon ab! .... Die römiſche Kirche giebet neue Glaubens-Lehren, ſie giebet neue Lebens-Geſetze, und zwinget

Tum suam epistolam sic prosequitur: *Ad aures tuas, nisi fallor, pervenerit, Sancte Pater, quod me in Carnotensi Concilio* Sæcul. XII. A.C. 1146.

zwinget diejenigen, die ihren neuen Gesetzen nicht folgen wollen. Diese Herrschaft ist den Geistlichen völlig abgesprochen.

Antwort. In diesen kurzen Worten beleidiget Windheim dreymal die offenbare Wahrheit. Wir wollen eines nach dem andern beurtheilen. Es heisset: Die römische Kirche giebet neue Glaubens-Lehren. Dieses Vorgeben hat keinen Grund. Sondern wenn ein Zank, oder Ketzerey in Glaubens-Sachen entstanden ist, so hat die römische Kirche diejenige Lehre, welche man von JEsu Christi Zeiten an, wo nicht so ausdrücklich, jedoch hauptsächlich zu glauben schuldig war, erläutert, und erkläret, aber keine neue Lehre vorgetragen, welches auch weder erlaubt noch möglich ist. Wer anders von der römischen Kirche redet oder denket, der weiß einmal nicht, was man in der römischen Kirche lehre. Es hat auch niemal ein Protestant das Vorgeben Mosheim oder seines Auslegers erweisen können.

Wenn aber die Gewalt, bey sich ereignenden Falle, einen Ausspruch zu geben, in der römischen Kirche nicht wäre ausgeübet worden, so hätte zur Zeit der Arianer niemand mehr gewußt, ob JEsus Christus wahrer GOtt seye, oder nicht. Daher klinget es sehr lächerlich, wenn Mosheim und Windheim ein allgemeines Kirchen-Recht der Protestanten schmieden wollen, da doch keine Kirche der Protestanten an den Ausspruch oder an die

Lehre

Sæcul. XII. A.C. 1146.

cilio (quod satis mirari non possum) Ducem & Principem militiæ elegerint. Sed certissimum habe, id nec meo consilio, volun-

Lehre einer andern gebunden ist. Ein solcher würde in Engeland einen schlechten Lohn empfangen, der öffentlich predigte die Protestanten in Engeland wären schuldig eben dieses zu glauben, zum Exempel von der Freyheit des Menschen, von dem Abendmale, und dergleichen mehr, und die heilige Schrift in Glaubens-Sachen eben so auszulegen als es die Protestanten in Deutschland, in Schweden, in der Schweiz, in Rußland, in Holland, in Ungarn, oder in Griechenland, thun, denn alle diese protestiren wider die römische Kirche. Es hat keine protestantische Kirche die Gewalt einen allgemeinen Ausspruch in der Lehre zu ertheilen, darum glaubet auch eine jede Kirche was sie will. Hingegen glauben die Katholiken, sie mögen nun in Deutschland, in Welschland, in Schweden, in Engeland in der Schweiz in Rußland, im Aufgange oder im Niedergange der Sonne wohnen, eben dasjenige was man in der römischen Kirche glaubet, oder sie sind keine Rechtglaubige mehr. Da haben wir die Einigkeit im Glauben, ein unfehlbares Zeichen der Wahrheit, welches die Protestanten nicht haben, und sich nicht einmal darum bekümmern.

Zweytens saget Windheim: Die römische Kirche giebet neue Lebens-Gesetze. Antwort, dieses Vorgeben ist wiederum ungegründet. Es sind in der römischen Kirche keine Gesetze im eigentlichen Verstande, wenn man solche mit den Gesetzen

voluntate aut consensu ullatenus factum. Nec si vellem, ulla ratione, virium mearum utique non nescius, illuc pervenire possem

Sæcul. XII. A.C. 1146.

Gesetzen der Kayser oder Königen gegen einander hält, sondern nur Kirchen-Verordnungen, ohne welche keine geistliche und Kirchen-Gesellschaft bestehen kann. Diese Verordnungen sind nicht neu, sondern in der Heil. Schrift, und in den allerältesten Zeiten der Kirche, gegründet.

Drittens, ist auch dieses wider die Wahrheit hingeschrieben, daß man in der römischen Kirche die Glaubigen zwinge neue Gesetze zu halten. Denn diese Gesetze betreffen entweder den Glauben, und da sind sie nicht neue, sondern sie erklären den alten Glauben, oder sie gehören zu der Kirchen-Zucht, welche sich insgemein auf die allerälteste Zeiten gründet, oder doch zu solchen Dingen, welche die allgemeine Kirche, nach Gestalt der Sachen, ändern kann. So ist auch in der römischen Kirche kein Zwang, als der Kirchenbann, und andere geistliche Censuren, welches wir aus den Schriften des Heil. Paulus gelernet haben, und werden heut zu Tage selten gebrauchet. Die Gottesgelehrten, wenn sie sagen dieses oder jenes sey eine Sünde, zwingen niemand, weil man ihren Meynungen folgen kann, oder solche verwerfen. Endlich wenn auch jemand des allergrösten Verbrechens in einem geistlichen Gerichte überführet worden; so wird er doch nicht nur allein nicht am Halse sondern auch nicht einmahl an einem Finger abgestrafet, man überliefert ihn der weltlichen Gewalt, und wenn

der

Sæcul. XII. A.C. 1146.

possem. Quis ego sum, ut militem in ordines ire jubeam, & ante aciem procedam? aut quid tam remotum a Monacho, etiamsi vires suppeterent, etiamsi peritia non deesset. Obsecro per illam caritatem, quam mihi debes, ne me voluntati hominum trade, sed Dei voluntatem exquire. In alia epistola, ad Papam eodem anno data, quanto successu Fidelibus Sacræ militiæ nomen dare persuaserit, significat in hunc modum: *Jussisti, & ego obedivi. Porro tua auctoritate suffulta mea obedientia usque adeo profuit, ut urbes arcesque ab incolis desertæ videantur, jamque ubique viduæ, necdum elatis maritis, conspiciantur.*

Ep. 324.

S. Bernardus Epistolam circularem quoque dedit, quibus Fideles ad sacrum bellum movendum accenderet. Hæ in diversis Exemplaribus ad Germanos, ad Anglos, ad Longobardos directæ inveniuntur. Aliamque in eundem ferme modum a Notario suo Nicolao, speciatim Comitibus & Dynastis Britanniæ inscriptam, exarari jussit. In majoris epistolæ circularis exordio Locorum Sacrorum in Palæstina Dignitatem extollit, & pe-

Ep. 365. *al.* 322.

der Landes-Fürst nicht will, so kann er weder des Lebens noch seiner Güter beraubet werden.

Also schreiben Mosheim und Windheim manches hin, welches mit der Wahrheit nicht besteht, und sie nicht erweisen können.

& periculum, ne iterum ab Infidelibus victoribus profanentur; tumque quantum utilitatis Cruciata expeditio Christianis afferat, exponit in hæc verba: *Quot peccatores, qui Hierosolymæ inter lacrymas crimina sua confessi sunt, veniam impetrare meruerunt, ex quo Patrum vestrorum pietas & fortitudo e loco sancto paganos ejecit? intuentur hoc Ecclesiæ hostes, & ringuntur.* Tum paulo infra: *Numquid sacrum hoc bellum est occasio Salutis pretiosa, & inventum altissima Dei Sapientia ac Bonitate dignum cum homicidæ, fures, adulteri, perjuri, homines omni scelerum genere polluti, ad æterni Numinis obsequium vocantur? Deus debitor vester esse cupit, quibus in mercedem laboris veniam peccatorum, & gloriam cœlestem reddat.* Omnes deinde S. Abbas hortatur, ne inposterum Christiani contra Christianos arma vertant, in perniciem animarum suarum, & fortissimi animi robur rixis noxiis consumant. Mentionem quoque facit de Indulgentia Cruciatis concessa, qua omnium peccatorum suorum remissionem, si ea corde contrito confessi fuerint, obtinere valerent (*). §. XV.

Sæcul. XII. A.C.1146.

(*) *Si ea corde contrito confessi fuerint.* Dieſe Worte des Heil. Bernardus überführen den Lutheriſchen Ueberſetzer des Herrn Fleury einer Unwahrheit, da er in der Vorrede zum erſten Theil unver-

Sæcul. XII. A.C. 1146.

§. XV.

S. Bernardus Judæorum Servator.

Ceterum admoneo vos, ſubjungit S. Bernardus, *ne omni Spiritui credatis, ſed zelum veſtrum ſecundum ſcientiam temperetis. Judæi occidendi non ſunt, neque de ſedibus ſuis ejiciendi, ſed tolerari debent. Sunt enim nobis quaſi apices viventes, ex quibus paſſionem Domini noſtri cognoſcimus. Ideoque in omnes mundi regiones diſperſi ſunt, ut tanti criminis juſtam pœnam dantes, Redemtionis noſtræ teſtes irrefragabiles exiſtant. Attamen in fine temporum convertentur, poſtquam multitudo Gentium in Eccleſiam intraverit. Si id quoque de Paganis expectaremus, eis potius parcere quam arma inferre oporteret; quia vero Infideles nos invaſerunt, æquitas poſtulat, ut illi, quibus jus eſt utendi gladio, vim vi repellant. At pietas Chriſtiana jubet, tam parcere ſubmiſſis, quam ſuperbos conterere.* Tandem S. Bernardus Cruciatis ſuadet; non alios ſibi duces, quam viros bello clariſſimos, deligant, & collectis univerſis viribus proficiſcantur, ut pericula effugerent, & ne miſere, ſicut illi, qui in prima expeditione Petrum Eremitam

Rom. II. 23.

Sup. Lib. LXIV. n. 40.

unverſchämt dahin geſchrieben; man hätte in der römiſchen Kirche die Herzens-Buße in etwas anders verändert.

Eremitam temere secuti fuerant, per- Sæcul. XII.
irent. A.C.1146.

Quod in hoc loco S. Bernardus de Judæis dicit, ad castigandam insaniam cujusdam monachi, nomine Rudolphi, pertinet, qui eodem tempore Coloniæ, Moguntiæ, Wormatiæ, & in aliis urbibus, ad Rhenum positis, bellum Cruciatum prædicabat. Is quidem magnam vitæ austeritatem exhibebat, sed deerat doctrina necessaria, quippe pro concione dicens affirmabat, necandos esse Judæos, Christiani Nominis hostes infensissimos. Quæ seditiosæ voces populum usque adeo accenderunt, ut in non nullis civitatibus Galliæ Germaniæque ingens Judæorum numerus truculenta cæde sublatus fuerit. Cum Henricus Archiepiscopus Moguntinus hac de re S. Bernardo scripsisset, ille respondit: *Homo iste nec ab hominibus nec a Deo missus venit. Quod si se monachum aut Eremitam jactat, & ex eo sibi potestatem prædicandi arrogat, sciat, quod Monachus non habet officium docentis sed plangentis, quippe cui oppidum carcer esse debet, & solitudo paradisus. Tria sane sunt in isto homine reprehensione dignissima: usurpatio prædicationis, contemtus Episcoporum, & Homicidii approbati libertas. Nonne Ecclesia majori gloria de Judæis triumphat, eos quoti-*

Otto 1. *Fris.* c. 37.

ep. 363. *al.* 323.

Sæcul. XII. A.C. 1146.

die convincens vel convertens, quam si semel & simul eos in ore gladii consumeret? Numquid incassum orat Ecclesia, postulatque a Deo, ut velamen de cordibus eorum auferat? Nempe in oratione, quæ in Paraſceve recitatur.

Claudit Epiſtolam S. Bernardus dicens, Rudolphum hominem eſſe ſpiritu arrogantiæ plenum, qui ſibi nomen juxta nomen Magnorum quæreret.

Eadem ac S. Bernardi de Judæis Petri Abbatis Cluniacenſis erat ſententia, idque cognoſcimus ex ejus epiſtola ſub idem tempus ad regem Ludovicum data, in qua felicem eventum ſuſcipiendæ ſacræ profectionis precatur. Non negat, Judæos maxime noxios eſſe Chriſtianorum inimicos, & Saracenis pejores, non vult tamen eos internecione deleri, ſed ad majus ſervari ſupplicium, videlicet ſi ſemper ſervi, ſemper pavidi, ſemper errantes & fugitivi eſſe cogerentur. Suadet deinde Regi; Judæos plecteret privando illos re illa, quæ ipſis in orbe eſſet cariſſima, nempe pecunia, eriperet eis lucrum inhumanum, quod de Chriſtianis facerent, a quibus non ſolum uſuras acciperent, ſed præterea eorum bona furarentur, furtorum conſcii & furum receptatores, præſertim ſi vaſa Eccleſiarum argentea furtim fuiſſent ſubtracta. Videlicet fures, cum inter Chriſtia-

Christianos non invenirent emptores, quia vasa sacrilege rapta, data pecunia, sua facere horrebant, ea vendebant Judæis, a quibus confracta & refusa ad usus deinde profanos adhibebantur. Sæcul. XII. A.C. 1146.

Itaque Abbas Cluniacensis Regem hortatur; puniret sacrilegos Judæos, ab iisque opes extorqueret, quibus adjutus bellum Saracenis inferret.

§. XVI.

S. Bernardus in Germania.

Sanctus Bernardus itinere in Germaniam suscepto, ad prædicandum bellum Sacrum, Moguntiam venit, ubi Rudolphum monachum, magna apud populum auctoritate pollentem, habuit. Hunc ad se accersitum & objurgatum, quod contra officium monasticæ professionis ageret, tandem ad promittendum obedientiam & reditum in suum Monasterium compulit. *Otto* 1. *Frising.* c. 39. *IV.* c. 3. *vit. S. Bernard. Lib. VI.* c. 1.

Indignabatur populus, nihilque propius fuit, quam ut seditio commoveretur; sed tamen concepta de S. Bernardo Sanctitatis opinio feroces continuit. Inde S. Abbas Francofordiam divertit ad Regem Conradum, pacem inter ipsum & quosdam Principes conciliaturus. Ibi cum Rege secreto agens suasit, ut pro salute animæ suæ, accepta Cruce, sacræ expeditioni se præfuturum edito c. 4.

Sæcul. XII. A.C. 1146.

voto promitteret. Sed Rege respondente nullum sibi hujus rei esse propositum, S. Bernardus vehementius instare non est ausus. Dum vero Francofordiæ versatur Vir Sanctus, rogatur instantissime ab Hermanno Episcopo Constantiensi, qui in illa urbe apud Regem erat, ut ad se Constantiam diverteret. Repugnat animus Claramvallem ad suos redire festinantis, a quibus avulsus jam anno propemodum integro degebat. Victas tamen manus dedit perseveranti Episcopo, & non solum suis verbis roganti, sed etiam aliorum Episcoporum & ipsius Regis preces, ut istud sibi a Bernardo impetrarent, adhibenti; quin etiam vocantis Dei nutum deprehendere sibi videbatur. In illo itinere multa edidit miracula, quorum historiam accurate scriptam habemus. Eam enim rogatus a Samsone Archiepiscopo Remensi, Philippus, S. Abbatis in illa profectione comes, literis mandavit, cum esset Archidiaconus Leodiensis; sed tunc conversus, ubi ex Germania rediit, monasticum habitum Claravalle induit. Porro ista historia, Ephemeridis modo conscripta, Acta omnia a prima dominica Adventus, prima die Decembris, anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, usque ad Feriam quintam, diem secundam Januarii, anno millesimo centesimo quadra-

c. 1.

quadrageſimo ſeptimo, complectitur. Philippus omnes illos loquentes inducit, qui ſecum iſtorum miraculorum teſtes extiterunt, videlicet, Hermannum Epiſcopum Conſtantienſem, & Eberhardum ejus Capellanum, Abbates duos Balduinum & Frowinum, Monachos duos Gerardum & Geofridum, Clericos tres Philippum, qui eſt ipſe Scripti auctor, Ottonem & Franconem, & tandem Alexandrum Colonienſem, qui ſe ipſis iter facientibus ſocium dedit. Suntque univerſim viri decem, qui hæc Miracula teſtata faciunt. Sæcul. XII. A. C. 1146.

§. XVII.

S. Bernardi Miracula.

Narrationis exordium hujusmodi eſt: *Hermannus Epiſcopus dicit: Parochus ruralis Herenbeimenſis a me ad id ipſum vocatus, mihi affirmavit, quod vir, de ipſius familia, annis decem cæcus, cum a prætereunte Crucis ſigno munitus fuiſſet, prima Dominica Adventus lumen oculorum receperit, quamprimum deinde reverſus in domum pedem intuliſſet. Idem ab alio referri audiveram, atque hæc res in tota provincia exploratiſſima eſt. Eberhardus Capellanus dicit: Narrantes audivi viros duos fide dignos, alterum Presbyterum & alterum Monachum, quod in Vico Lapenbeimenſi cæci duo eadem die*

Sæcul. XII. A. C. 1146.

per signum Crucis visum receperint. Philippus: Die Lunæ, me præsente, quidam Senex cæcus in Ecclesiam adducitur, & postquam ei manus imposuisset, exclamavit totus populus, ipsum jam solis lumen conspicere; quod vos omnes audivistis. Frowinus Abbas: vidi eum, sana oculorum acie omnia conspicientem, idemque mecum Frater Geofridus vidit. Franco: Feria tertia Friburgi, quædam mater infantem cæcum in hospitium attulit, cumque eum accepta manuum impositione, domum reportat, jubet Abbas infantem interrogari, an videret. Ipse ego puerum sequor, interrogo, an videat, respondetque, se clarissime videre. Quod deinde verum esse multis modis exploratum est. Geofridus: Ubi Ecclesiæ limen intravimus, juvenis claudus accepto Crucis signo sanatus est. Episcopus: omnes eum sanatum ante Altare stantem vidimus, cunctis Deum magno clamore laudantibus. Et paulo infra: *Quare non meministis, Friburgi prima die Abbatem præcepisse; omnes pro divitibus orarent, ut Deus velamen de cordibus eorum abstraheret, nam pauperibus ad accipiendam Crucem accedentibus, opulenti refugiebant. Sed non incassum oravimus, quippe qui opibus abundabant in illo loco, ac etiam qui maxime improbi audiebant, Sacræ militiæ nomen dederunt.*

Post

Sæcul. XII. A. C. 1146.

Post plura alia miracula, Episcopus, quæ Basileæ, die Veneris, sexta Decembris contigerint, narrat in hunc modum: *Ubi peroravit, & Cruces rogantibus distribuit, viro Dei Mulier muta offertur, cujus linguam cum tetigisset, illico soluta est, & femina expedite loquebatur. Vidi eam & collocutus sum. At claudum illum, qui prius sanatus fuerat, & ob cujus salutem populus tanto clamore lætitiam professus fuerat, quis ex vobis eum vidit? Otto: omnes eum vidimus. Eberhardus: Equites Domini mei & ego, eadem die Veneris, vidimus infantem, quem mater ejus cæcum ad diversorium sancti Viri delatum, sanis & perspicacibus oculis præditum referebat. Gerardus: Complura miracula, præsertim illa die, edita sunt, quæ ob ingentem tumultum notare non potuimus.* Tum Eberhardus, quid Feria II. Nona Decembris actum esset referens, dicit: *cum Equitibus Domini mei sermonem communicavi, & miracula viginti sex illa die edita numeravimus, quæ tum ipsi tum ego videramus. Philippus: Die Martis, cum Scaphusii essemus, complura prodigia notare nequivimus; nam intolerabilis erat tumultus. Unde Abbas cessare compulsus est, & nemini ægrotantium amplius bene precatus, fugere cæpit, ne tantæ multitudinis concursu obruere-*

Sæcul. XII. A C. 1146.

tur. Eberhardus: Ipse ego stantem ante Altare rogavi vehementer, ne cuiquam manus imponeret. Nisi enim cessasset, non videbam, qua ratione tandem de turba hominum eripi posset. Philippus: In aditu tamen Ecclesiæ femina claudicans, me præsente, sanitati restituta est. Cantum deinde jubilantis populi omnes audistis.

S. Bernardus Constantiæ. c. 3.

Die Mercurii, undecima Decembris Constantiam pervenerunt, ubi die Jovis & Veneris morati sunt. *Pauci*, dicit Abbas Frowinus, *quæ ibi acta fuerint, videre potuerunt in tanto tumultu. Vidi tamen illum cæcum, qui die Jovis ante Altare oculorum usum recepit. Eum Abbas Augiæ divitis, cujus largitionibus victitabat, adduci curaverat. Geofridus. Miracula Constantiæ patrata omnium minime novimus, quia nullus nostrum importunissimæ turbæ se audebat immiscere, & ea solummodo, quæ vidimus, scribere animus est.* Auctor deinde prosequitur, & omnia miracula, Tiguri, Rhenofeldæ, Argentorati, aliisque locis in via positis edita narrat, usque Spiram, quo Feria III. in Vigilia Nativitatis Domini, vigesima quarta Decembris, pervenerunt. In illa Civitate Conradus Rex Conventum Episcoporum indicaverat, aderatque S. Bernardus, concordiam inter quosdam Principes reducturus, quorum inimicitiis multi

detine-

detinebantur, ne ad exercitum Crucis Christi accederent. Pauca ibi edita miracula, *quia*, inquit auctor, *non dignatur DEUS gloriam suam revelare, ubi tantus est multitudinis curiosæ concursus.* Nihilominus egit ibi, quod vocabat miraculum miraculorum, cum S. Abbas persuasit Regi Conrado, ut Sacræ militiæ, assumpta Cruce, adscribi vellet. Sæcul. XII. A. C. 1146.

Etsi S. Bernardus Francofordiæ Conradum frustra monuisset de bello sacro suscipiendo, Spiræ tamen conatum renovavit, cumque eum in sermone publico nominatim exhortatus esset, etiam Feria sexta in Festo S. Joannis Evangelistæ iterum secreto institit; providendum esse, ne Regem occasio pœnitentiæ tam levis, tam brevis & honorificæ præteriret. Tandem dixit Conradus; se de hac re deliberaturum, consilio adhibiturum suos, & sequenti die, quid constituisset aperturum.

Tunc vero sub Missæ solemnia Spiritus Divinus Beati Patris animum stimulare cœpit, ut præter morem a nemine rogatus pro concione diceret. Quid multa? dixit, & in fine sermonis ad Regem conversus, tanquam si homini privato loqueretur, proposuit extremum judicium, Regem ut hominem ante tribunal Christi adstantem,

Sæcul. XII. A. C. 1146.

atque imperantem Christum & dicentem: *O Homo! quid debui tibi facere, & non feci?* tumque beneficia sua Conrado collata enumerantem, scilicet, coronam Regiam, divitias, virilem animum, corporis robur.

Conradus Imperator.

His ergo verbis Bernardus Regem ita commovit, ut sermonem interrumpens cum lacrymis exclamaret: *Agnosco tot divina beneficia. Faciam, ne deinceps ingratus inveniar, ipso præstante paratus sum ei servire, quandoquidem ipsius nomine admoneor.* Tum, populo magnis vocibus Deum laudante, accepta Cruce signatus est Rex, cui etiam Abbas de Altari vexillum tradidit, Regia manu in exercitu Domini portandum. Cum Rege Fridericus, ejus nepos Dux Sueviæ, & innumeri alii Principes Sacræ militiæ nomen dederunt.

Die Dominica, vigesima nona Decembris, cum Rex omnes Principes & milites Cruce signatos convocasset, eos S. Pater non humanis sed divinis sermonibus exhortatus est. Verba hæc sunt Philippi, quibus subjungit: *Ubi vero egressi fuimus, Rege & principibus S. Virum deducentibus, ne ab ingenti hominum irruentium impetu opprimeretur, puer claudus ei offertur; ille signo Crucis edito puerum erigit, & jubet coram omnibus ambulare. Quanta lætitia, quanta exulta-*

exultatione puerum ingredientem cuncti aſpexerint, quis loquatur? At Sanctus Abbas converſus ad Regem, *propter te,* inquit, *factum eſt iſtud, ut cognoſcas, Deum vere tecum eſſe, & gratum ei opus eſſe, quod moliris. Eadem hora priusquam exiremus de hoſpitio, puella erecta eſt, & cæca mulier lumine oculorum donata.* Compluribus aliis miraculis, quæ Spiræ patrata ſunt, ennarratis, Philippus ea referens, quæ die Martis, ultima illius anni, contigerant, ita proſequitur. Sæcul. XII. A. C. 1146.

In eodem loco prodigium editum, quod ideo nos omnes maximo refecit gaudio; quia quidam Dux Græcus aderat miſſus ab Imperatore Conſtantinopolitano. Dum hic in Oratorio Regis S. Abbati loquitur, mulier cæca ei offertur, cui cum Signum Crucis formans bene precatus eſſet, illico illuminata eſt, Græco multum obſtupeſcente. Eadem die ſub veſperam Rege, Duce Græco, multisque Principibus, Bernardum noſtrum circumſtantibus, in ejus conſpectum adducitur puer claudus, cui protinus Vir ſanctus ingenti fiducia ait: in Nomine Jeſu Chriſti præcipio tibi: ſurge & ambula. Secutus eſt optatiſſimus effectus; nam ſurgens puer libere ambulabat, & quamvis primo trementibus tibiis iret, paulatim tamen ſub oculis omnium roboratus eſt. Anſelmus Epiſcopus Havelbergenſis in fronte & faucibus graviſſime patie-

Sæcul. XII. A. C. 1147. *patiebatur, ut vix aliquid gustare posset aut loqui. Is ergo ad S. Bernardum: me etiam sanare deberes, cui ille jucunde respondens, si tantam, inquit, haberes fidem, quantam habent mulierculæ, ea tibi forte prodesset. At Episcopus, si ego, ait, fidem non habeo, salvum me faciat fides tua. Tum S. Bernardus Signum Crucis edens eum tetigit. Nec mora omnis tumor & dolor abscessit.* Complura præterea S. Abbas patravit miracula, Feria IV. prima die anni millesimi centesimi quadragesimi septimi, & die sequente, Rege, Proceribus, & tota civitate Spirensi spectantibus. Sed queritur Auctor, Commentarium, in quem relata erant, fuisse deperditum; quod indicat, Commentarios quotidie fuisse conscriptos, hanc vero narrationem ex illis fuisse collectam. Solutis Comitiis feria VI. tertia Januarii S. Bernardus Wormatiam petiit.

c. 6. 7. Hic finis est primæ Partis Diarii, & conscriptorum miraculorum, ac initium datur secundæ, ad Clericos Colonienses directæ, in quibus historia itineris ab urbe Spirensi usque Leodium continetur.

Cum S. Abbas Wormatiam advenisset, noluit ibi morari, etsi instantissime rogaretur, quia ante duos menses ad eam civitatem diverterat, & infinitæ hominum multitudini Crucem, sacri belli

belli tesseram, dederat. Cruzenaci S. Bernardus cum suis Festum Epiphaniæ Feria secunda celebravit, & Feria V. sequente, die nona Januarii, Coloniam pervenit. Quia S. Vir in ea civitate non expectabatur, non magno adeo populi concursu exceptus est. Non clam, ubi poterat, urbes intrabat, ut omnem pompam fugeret, sed istud fama prævolante raro licebat. In Sabbato pro concione dixit ad Clericos Colonienses, exprobrans dissolutos mores, mollitiem, otium, superbiam. Præterea complures veterum Prophetarum minas in ipsos cadere posse ominatus. Sæcul. XII. A.C.1147.

Die Dominica, postquam sacris operatus fuisset, in foro peroravit, quia Ecclesia populum non capiebat. *Ibidem*, inquit Auctor, *nobis præsentibus cuidam cæco lumen redditum, & mutilus, cui manus aruerat, sanatus.* Tum postquam alia retulit miracula, subjungit: *Post prandium illa die neutiquam nobis defuere miracula, quæ nobis exploratissima sunt, quippe ea diligentissima ratione pensavimus. Vir sanctus ad fenestram stabat, atque ægroti per scalam ad eum evehebantur; nemo enim audebat ostium domus aperire, ne multitudine & impetu obrueremur.* Paulo infra: *Feria secunda primo mane vir surdus auditum recuperavit, puella cæca visum, & post brevis-* c. 8.

Sæcul. XII. A.C. 1147.

S. Bernardus Coloniæ.

breviſſimum temporis ſpatium mulieri oculis captæ cœli lucem aſpicere datum eſt. Ibi vero tantus tumultus exortus, tantus innumerabilis populi concurſus fuit, ut vix Sanctus Abbas ad hoſpitium reduci potuerit, & neſciam profecto, an illa die majus ullum miraculum patratum fuerit, quam quod Abbas noſter de manibus irrumpentis populi ſanus & incolumis ereptus ſit. Ceterum quoties miraculum edebatur populus conclamabat, lingua Germanica: Chriſt, uns gnade! *id eſt, JEſus Chriſtus miſerere nobis! Kyrie eleiſon.* Die Heiligen alle helfen uns! *Omnes Sancti adjuvent nos!* Et poſt alia: *Miraculorum iſtorum ſingulorum nos omnes teſtes ſumus, quin & tota civitas Colonienſis; nec enim in angulo aut in tenebris, ſed in luce patrata ſunt. Si quis fidem non habeat, aut ſaltem rem magis perſpectam ſibi eſſe cuperet, facile miraculorum magnam partem rigido examini ſubjicere poteſt, præſertim illa, quæ in hominibus non infimæ plebis aut ignotis perfecta ſunt.*

His ſine dubio miraculis potius quam verbis & eloquentia effectum, ut Germani, qui S. Abbatis linguam non intelligebant, ejus tamen ſermones mira compunctione auſcultarent; pugnis enim pectora tundebant, & largiter fundebant lacrymas. S. Bernardus Colonia exces-

vit. lib. 3. c. 3. n. 7. lib. 6. c. 9.

excessit Feria secunda, decima tertia Januarii, & sequentibus diebus per Urbes Juliacum, Aquisgranum, & Trajectum ad Mosam iter direxit, Domino ubique ad preces famuli sui miracula operante. Sæcul. XII. A.C. 1147.

In Dominica, die decima nona ejusdem mensis Leodii diversatus est, unde postea Gemblacum, Montes & Valentinianas die vero Dominica, vigesima sexta Januarii, Cameracum venit, ubi die Lunæ commoratus, sequente die Veneris Laudunum, & Sabbato, prima die Februarii, Remos attigit. *c.* 11. *c.* 12.

Die Dominica, in quam Festum Purificationis incidebat, Catalaunum se contulit, quo Rex Ludovicus S. Abbati obvium se dedit. Aderant quoque complures Principes Franciæ & Germaniæ, ac Regis Romanorum Legati, de itinere Hierosolymitano consultaturi. *c.* 13.

Vir sanctus, illa die Dominica & Feria secunda sequente, sacro negotio totus occupatus, domo exire non potuit, & ardentissimo populi desiderio satisfacere, nam bonum commune voluntati privatorum præponendum fuit. Die Jovis sexta Februarii Claramvallem rediit, nec paucioribus in patria sua quam alibi claresceba prodigiis. Caterum triginta monachos secum adduxerat, in illo itinere a se conversos, & totidem circiter alios venturos exspectabat, quibus, voto monasticæ professionis

nis

Sæcul. XII. A.C. 1147.

nis adstrictis, præstituta dies fuerat, qua ad monasterium se conferrent. Brevi tempore Claravalle subsistens S. Bernardus ægrotos, qui ad recuperandam sanitatem veniebant, admitti vetuit, ne Fratrum quies turbaretur. Post hunc ad Claramvallem reditum in narratione miraculorum non amplius tam accurate dies, sed tantum locus, in quo patrata sunt, adnotatur.

c. 14.

§. XVIII.

Conventus Stampensis.

to. 10. Conc. p. 1104.

Dominica Septuagesimæ, die decima sexta Februarii, anno millesimo centesimo quadragesimo septimo, S. Bernardus Stampas perrexit, ubi Rex erat cum Proceribus ad capienda postrema profectionis Hierosolymitanæ consilia. Statutum, viam per Græciam eligere, frustra contrarium suadentibus multis, præsertim Regis Siciliæ Oratoribus, qui periculum ostendebant & dolos Græcorum, nec aliam a Græcis quam Græcam fidem esse expectandam (*). Deliberatum

(*) In ipsis Actis Conciliorum hæc verba leguntur: *Rex autem & sui, qui merito nullarum gentium vires timebant, fraudes utinam timuissent; sed quia non est consilium nec prudentia contra Deum, elegerunt viam per Græciam, morituri.*

tum deinde, cui Regni custodia Rege absente committenda esset. Cumque hanc electionem Rex Præsulum & Principum arbitrio reliquisset, ac illi ad consilium coiviſſent, post aliquantulam moram primus rediens S. Bernardus, & Sugerium Abbatem atque Guilielmum Comitem Nivernensem monstrans, ait: *Ecce, duo gladii hic, & satis est.* Sors hæc omnibus placuit, solo Comite Nivernensi excepto, qui se Cartusiensium professioni devoverat, & post breve tempus propositum exsecutus est, quin ipsius Regis ceterorumque omnium precibus ab instituto revocari potuerit. Itaque Regiminis onus solius Sugerii Abbatis humeris incubuit, quod ipse non ante voluit suscipere, quam districtum mandatum Summi Pontificis accessisset. Inter hæc dies profecturis indicitur ad Pentecosten, quo tempore Metis cuncti convenirent. Rex vero, ex quo Crucem Vezeliaci in Festis Paschalibus anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto acceperat, eam nunquam non vesti Regiæ assutam portabat. Sæcul. XII. A.C.1147.

§. XIX.

Sacri Milites Germani.

Eodem mense Februario, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo Rex Conradus Comitia in Bavaria *Otto I. Fris. c. 40.*

Sæcul. XII. A.C.1147.

celebravit, præsente Adamo Abbate Eboracensi, qui S. Bernardi vices gerebat. Is Missa celebrata & invocato S. Spiritu suggestum conscendit, atque recitatis Epistolis Papæ & S. Bernardi, nempe illis circularibus, de quibus mentionem fecimus, sermone brevi & familiari præsentes ad suscipiendam sacram profectionem hortatus est. Persuasit quod optabat omnibus, quippe propenso ad hanc rem animo advenerant.

Crucem illico gerere cœperunt Henricus Ratisbonensis Episcopus, Otto Frisingensis, & Reimbertus Passavienſis. Henricus Dux Austriæ, Regis Conradi frater quoque, Crucigerorum militiæ insertus est, cum Optimatibus innumeris. Illud vero portenti ac prodigii simile omnibus videbatur, quod raptorum & furum multitudo ingens ad recipiendam Crucem confluëret. Hæc enim mutatio cœlo auspice fieri credebatur. Ladislaus Dux Bohemiæ præterea, Odoacer Styriæ Marchio, & Bernardus Comes Carinthiæ haud diu post Crucigerorum agminibus se junxerunt.

§. XX.

Otto Frisingensis.

Mart. Rom. 15. Nov. vit. Ott. init. Chron.

Otto Episcopus Frisingensis, a quo narrationem superiorem accepimus, genitus erat ex Leopoldo IV. Austriæ Mar-

Marchione, qui Catalogo Sanctorum adscriptus, cultu Sanctis exhiberi solito decima quinta Novembris honoratur, ab Innocentio VIII. Papa anno millesimo quadringentesimo octogesimo quinto, post annos, ex quo obiit, ferme trecentos & quinquaginta. Matrem nactus erat Otto Agnetem Henrici IV. Imperatoris filiam, quæ primis nuptiis Friderico Sueviæ Duci juncta, ei pepererat Fridericum, in Ducatu Successorem, & Conradum Romanorum Regem. Itaque Otto Conradi frater uterinus erat. Cum Leopoldus Sanctus, Ottonis parens, filium literarum studiis admovisset, ipsum postea Capituli Neoburgensis in Austria, a se fundati Præpositum esse jussit. Sed Otto cupiens profundiore scientia imbui, Parisios venit, ubi compluribus annis versatus est. In itinere deinde constitutus, & in patriam rediturus, Regularis Disciplinæ, quam Cistercienses servabant, & virtutis, quam in Bernardo suspiciebat amore captus, professionem monasticam cum quindecim itineris sociis in Monasterio Morimundensi amplexus est, ubi postea Abbas fuit. Rex Conradus, ejus frater, anno millesimo centesimo trigesimo octavo, ex illo Monasterio evocatum ad Episcopatum Frisingensem promovit, quem annis viginti rexit, Habitum Monasticum semper

Sæcul. XII. A.C.1147.

Radevic. II. hist. c. 11.

Sæcul. XII. A.C. 1147. retinens. Otto bona Eccleſiæ Friſingenſis alienata & diſſipata collegit, ac Clericos Monachosque ad obſervandam Regulam compulit. Ceterum inter eruditiſſimos Germaniæ Epiſcopos locum tenebat, & pœne omnium primus Philoſophiæ ſtudium præſertim Ariſtotelis Logicam invexit. Vi dicendi pollebat, & ſæpe de Eccleſiæ cauſis maximi ponderis coram Regibus & Principibus diſſerebat.

§. XXI.

Alii Crucigeri ex Germania.

Otto 1. *Frid.* c. 40. Saxones quoque ſacræ militiæ ſe addixerunt, ſed non cum ceteris Germanis in Orientem peregrinaturi. Cum enim propinquas Gentes Idololatriæ addictas haberent, in eas accepta Cruce conjurarunt, quod demum anno ſequente exſecuti ſunt. At vel ſolum militandi propoſitum magni boni cauſa extitit, nempe pacis in toto pœne Occidente univerſalis. Rex vero Conradus in Aſcenſione Domini, quod Feſtum hoc anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo in diem vigeſimam nonam Maji incidebat, iter ingreſſus eſt, comitante nepote ſuo Friderico, Sueviæ Duce, qui etiam militiæ ſacræ nomen dederat, atque Hungaria, Bulgaria & Thracia peragratis, octava Septembris, ad urbem

c. 42.

c. 44. 45.

Con-

Sæcul. XII. A. C. 1147.

Conſtantinopolim caſtra metatus eſt. Alia Germanorum agmina ad ſuccurrendum Hiſpaniæ deſtinata, cum ad oras Rheni & Viſurgis exercitum navalem conflaſſent, ex urbe Colonia in octava Paſchæ vigeſima ſeptima Aprilis anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo iter exorſi ſunt. Ubi in Angliam trajecerunt, claſſem ducentorum ferme navigiorum, tum Anglis, tum Flandris militibus inſtructam conſcenderunt, & unitis viribus in Hiſpaniam vela fecerunt. In Gallæciam devecti in oppido S. Jacobi Feſtum Pentecoſtes celebrant, tumque Durium amnem intrantes ad Urbem Portugalliæ perveniunt, ubi Epiſcopum ſe nomine Regis Alphonſi *Henriquez* expectantem habuerunt. Inde in Tagum propulſi, vigeſima octava Junii, in Vigilia S. Petri in conſpectu Ulliſiponis, quam civitatem tunc Mauri occupabant, naves ſiſtunt. Hanc ergo urbem cum claſſiarii mari & Rex terra quatuor prope menſes obſediſſent, tandem in Feſto S. Urſulæ vigeſima prima Octobris initis conditionibus ad deditionem compellunt. Pacta vero hujusmodi erant: Urbs ipſa poteſtati Regis Alphonſi traderetur, ſpolia vero omnia Crucigeris cederent. Ita Ulliſſipo, urbs maxima, a Chriſtianis recepta; nec

Helm. Chro. Slav. lib. I. c. 60. 62.

Chro. Sax. ann. 1148.

Rob. de Monte. 1147.

Sæcul. XII. A. C. 1147.

ultra quidquam a Crucigeris in illis orbis partibus effectum.

§. XXII.

Ecclesia S. Genovevæ reformatur.

vit. S. Guill. Rosch. 6. April. Boll. to. 9. p. 626.

Inter hæc Eugenius Papa, Romanorum seditionibus fatigatus, in Franciam proficiscitur, & Lutetiæ Parisiorum a Rege Ludovico & Theobaldo Episcopo, antea ad S. Martinum de pratis Priore, excipitur. Obviam progressi Pontificem magna pompa ad Ecclesiam Dominæ * nostræ deduxerunt. Post paucos dies Papa Ecclesiam S. Genovevæ adiit, sacris operaturus. Ipso limen subeunte, qui supellectilem Ecclesiæ curabant, pavimentum ante Altare velo serico straverunt, super quod se se toto corpore demittens Papa oravit. Tum surgens, sacrarium intrat, vestes ad Missam celebrandam accepturus. Interim vero Papæ familiares velum, cui incubuerat, sibi tollunt, dicentes, suum hoc esse pro antiquo more, & Canonicorum famuli indignantes spolium ex eorum manibus eripere conantur, & ita, his illisque in diversa trahentibus, pretiosus pannus in fragmenta scinditur. Tum pugnis fustibusque certatum. Rex ipse cum veniisset, rixas sedaturus, in eo tumultu verberatur.

* S. Mariæ.

Papæ

Papæ domeſtici querelas ad eum deferunt, laceratas veſtes & cruentatos vultus exhibent. Tum Pontifice Regem rogante, ut rei punirentur, quia præterea illi Canonici vitæ licentia Laicis ſcandalum creabant, inter ambos convenit, S. Genovevæ domum monachis nigris, videlicet Cluniacenſibus, tradendam eſſe, eo tamen pacto, ut Canonici, antiqui poſſeſſores, quoad viverent, Præbendis potirentur. Rex, ad bellum ſacrum diſcedens, quod ſtatutum fuerat, Papæ & Sugerio Abbati exſecutioni dandum commiſit. Jamque octo Monachi ex Cœnobio S. Martini de pratis in Eccleſiam S. Genovevæ propediem recipiendi erant, cum Papa Canonicorum precibus victus, mente mutata, poteſtatem fecit Canonicos Regulares S. Victoris introducendi, quod Abbas Sugerius exſecutus eſt. Odo S. Victoris Prior poſt illam reformationem Primus ad S. Genovevam Abbas fuit.

Sæcul. XII. A. C. 1147.

Eug. ep. 13. 14. *&c.*

Rex Ludovicus junior, profectionem in terram ſanctam ſuſcepturus, pro more ad Monaſterium S. Dionyſii ſe contulit, ut iter ſuum ſanctis Martyribus commendaret, ſcipionem quoque pie peregrinantium & Auriflammam * accipe-ret. Porro ex Francia profectus eſt, Sabbato poſt Pentecoſten, die decima quarta Junii, anno milleſimo centeſimo

* Vexillum Militare.

Geſta Lud. c. 4.

Sæcul. XII. A. C. 1147.

quadrageſimo ſeptimo, eandem viam ac Rex Conradus per Germaniam & Hungariam tenens; ſed diviſis exercitibus proficiſcebantur, ob enormem hominum multitudinem & diverſum tot nationum genium, unde rixarum occaſio facile naſci potuiſſet. Utrumque Regem Legati Papæ comitabantur, & Regem Romanorum quidem Theotinus, ex gente Germanorum, Epiſcopus Portuenſis, Regem vero Francorum Guido Florentinus, Cardinalis Presbyter Titulo S. Chryſogoni.

§. XXIII.

Errores Gilberti Porretani.

to. 10. Conc. p. 1105. & 1121.

Eugenius Papa Pariſiis verſatus, in Feſto Paſchæ, quod hoc anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo in diem vigeſimam Aprilis incidebat, Conventum celebravit, in quo errores Gilberti Porretani, Epiſcopi Pictavienſis, ad examen vocati. Hic Præſul, Pictavii natus, maxima vitæ ſuæ parte in variis Franciæ urbibus Philoſophiæ ſtuduerat, & Præceptores habuerat, præter alios, duos fratres Anſelmum & Rudolphum Laudunenſes. Ipſe quoque clariſſimus Magiſter exiſtimabatur, morum gravitate conſpicuus; ſed plus juſto capiebatur ſubtilibus Dialecticæ quæſtionibus. Pontificatus Eugenii anno primo, ſcilicet mil-

Gauf. Claraval. v. Mabill. Præf. in Bern. n. 52.

leſimo

lesimo centesimo quadragesimo quinto, Gilbertus coram eo ab Arnaldo, cui cognomentum, *nunquam rides*, & Calone, Ecclesiæ Pictavienſis Archidiaconis, accusatur, quod non nullas propositiones de Sancta Trinitate, quæ adversus sanam Doctrinam pugnare viderentur, in publica Synodo protulisset. Cum duo isti Archidiaconi viæ se dedissent, Romam ituri, & Papam, in Franciam proficiscentem, Senis habuissent, ille, cognita eorum itineris causa, ipsos ad Festa Paschalia Parisiis adesse jussit, ubi propter Literatorum virorum copiam commodius huic causæ vacare posset. Archidiaconi ergo in Franciam reduces, S. Bernardum consuluerunt, atque ad postulandam Gilberti errorum damnationem excitarunt. Sæcul. XII. A C. 1147.

Concilium Parisiis præstituto tempore celebratum. Præerat Papa, compluribus Cardinalibus, S. Bernardo & magno doctissimorum virorum numero præsentibus. Producuntur contra eum duo Magistri, Adamus *de parvo ponte*, Ecclesiæ Parisiensis Canonicus, & Hugo *de Campo florido* Regis Cancellarius, qui, edito juramento, affirmarunt, quod non nullas propositiones, quæ ipsi objiciebantur, ex ipsius ore audivissent. Præterea contra Gilbertum quædam excerpta ex ejus Commentario in Boetium in medium prolata sunt. Errores præcipui

Sæcul. XII. A. C. 1147.

vero, ei objecti, sequentes erant: *Quod asseveret, Divinam Essentiam non esse Deum. Quod proprietates Personarum non essent ipsæ Personæ. Quod Theologicæ Personæ in nulla prædicarentur propositione. Quod Divina Natura non esset incarnata, sed tantum Persona filii.* Gilbertus vero Episcopus negabat, quod unquam scripsisset vel dixisset, Divinitatem non esse Deum, testesque adducebat duos ex Discipulis suis, Rudolphum Episcopum Ebroicensem, postea Archiepiscopum Rotomagensem, & Magistrum, nomine Ivonem, Carnotensem, qui Canonicus S. Victoris, ab Innocentio II. Cardinalis creatus, fuisse creditur. In hoc Conventu per aliquot dies Gilbertus Episcopus Sancto Bernardo adversariorum nullum acriorem sensit. Sed Papa hujus rei definitionem ad Concilium anno sequente in medio Quadragesimæ celebrandum distulit.

§. XXIV.

Henriciani Hæretici.

vit. Bern. lib. 3. c. 6.

Eodem anno millesimo centesimo quadragesimo septimo Eugenius Papa Tolosam cum potestate Legati misit Albericum, Episcopum Ostiensem, superiore tempore in Anglia iterumque in Syria Sedis Apostolicæ Legatum; tunc vero ad Doctrinam Henrici, Petri *de Bruis* Disci-

Discipuli, oppugnandam mittebatur. Uterque errores suos primo in Delphinatu tum in Provincia seminaverat, unde in Provinciam Narbonensem pervenerant. Id cognoscimus ex Epistola Petri Abbatis Cluniacensis, Guilielmo Archiepiscopo Embrodunensi, Udalrico Episcopo Diensi & Guilielmo Vapincensi scripta, in qua laborem & felicem eventum adversus hos Hæreticos gratulatur, & subjungit: *Cum nuper per vestras Diœceses iter facerem, inveni, quod illa pestis maximam partem cum Auctoribus suis ex vestris regionibus esset ejecta, non nulla tamen ejusdem supereſſent vestigia.* Et infra: *Vidimus, eheu! crimina hactenus inter Christianos inaudita, rebaptizari populos, Ecclesias pollui, everti Altaria, Cruces concremari, Presbyteros virgis cædi, monachos in carceres detrudi, minisque ac tormentis ad nuptias compelli. Auctores hujus Sectæ, Principibus Catholicis auxilium præstantibus expulistis, sed quædam membra, ut dixi, remanent.* Queritur deinde, Petrum *de Bruis* & Henricum in regione, ad ostia Rhodani posita, & Tolosæ fuisse receptos, atque in hac Epistola valde prolixa eorum errores refutat.

Sæcul. XII. A. C. 1147.

Bibl. Clun. p. 1120.

p. 1122.

Initio Petrus Cluniacensis auctoritatem sacrarum Scripturarum stabilitam præstat, quia isti Hæretici vel sacras literas

p. 1126.

Sæcul. XII. A.C.1147. ras omnes vel saltem earum partem rejicere dicebantur. Tumque postquam veritatem Novi Testamenti demonstravit, ex eo auctoritatem Veteris Testamenti probat. Postea ad refutandos eorum procedit errores, quos in quinque p. 1135. Capita cogit. Primo loco illum errorem ponit, quod rejiciant Baptismum parvulorum eo prætextu, quod credere nequeant, & Doctrinam capere non pos- p. 1134. sint. Atque addit hæc verba notatu digna: 1125. *Annis jam ferme quingentis tota Gallia, Hispania, Germania, Italia, denique Europa universa nullos propemodum nisi infantes baptizavit; unde, si vobis fidem habere oportet, sequitur, nullos in Europa fuisse Christianos, ideoque etiam nullam Ecclesiam, & tandem Patres nostros omnes periisse* (*). Secun-

(*) Ein auserlesenes Zeugniß wider die Protestanten. Denn so wenig als die ganze Kirche in der Lehre von der Taufe geirret, so wenig hat sie auch in andern Stücken fehlen können. Da haben wir auch wiederum an diesen Heinrichianern solche Vorläufer und Erzväter der Protestanten, welche einige aus ihnen, nach dem Zeugnisse des Herrn Mosheim in seiner Vorrede zu einem Versuch der Ketzergeschichte, mit beyden Armen umfangen, damit sie gleichwohl eine Antwort geben können, wenn man sie katholischer Seits fraget; Wo war euer Kirche vor Luther?

Secundus error hic erat, quod nec Altaria nec Ecclesias materiales admitterent. Tertius, quod dicerent, Crucem nec adorandam

Sæcul. XII. A. C. 1147. p. 1153.

ther? Denn wie wir also gleich sehen werden, so waren diese Heinrichianer in vielen Stücken ihrer Lehre mit den Protestanten einig. Zum Unglück aber, waren sie, wenn wir nur von der Taufe der Kinder reden wollen, offenbare Ketzer.

Mosheim selbst hingegen will die Ketzer voriger Zeiten für seine Väter nicht erkennen; sondern er saget in der angezogenen Vorrede: War unsere Kirche vor Luther nicht da, so war doch unser Glaube da, er stand in den Büchern der Propheten und der Evangelisten, wenn GOtt schon zugelassen hat, daß er keine sichtbare Anhänger gehabt.

Allein diese Antwort ist noch weniger erträglich, als dererjenigen Protestanten, welche die Ketzer alter Zeiten als ihre Voreltern ansehen. Denn wenn von dieser Zeit an, da die Protestanten vorgeben, es hätte das Verderben in der römischen Kirche geherrschet bis auf Luthers Ankunft (das ist über tausend Jahre) die Kirche Christi keine sichtbare Anhänger gehabt hätte, wie könnte die Wahrheit der Worte unsers Erlösers, Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam,* gerettet werden? Die Herrn Protestanten sagen ja, man müsse die Worte in der Schrift in einem einfältigen, deutlichen, unausgelegten Verstande annehmen; allein die Auslegung Mosheims, wenn

*Matth. 16. 16.

Sæcul. XII. A.C. 1147. p. 1160.

randam nec honorandam esse, sed confringendam & proculcandam. Hoc in loco Petrus impietatem eis exprobrat in hunc modum: *Postquam congestis crucibus pyram erexistis, ignem subjeciſtis, carnes coxistis, manducastis in Parasceve, & ad manducandum publice populum invitastis.*

Quartum errorem Petrus memorat; quod Henriciani dicerent, Sacrificium Missæ

---

wenn er saget, die Kirche Christi sey tausend Jahre nur in todten Büchern nicht aber in lebenden Anhängern erhalten worden, ist widersinnisch, und unbegreiflich. Wenn ein Schriftsteller jemal einen Satz behauptet, der nach der Zeit keine sichtbare Anhänger mehr gehabt, so sagt jeder vernünftige Mensch, diese Lehre sey zu nichts geworden. Nichts zu melden, daß aus der Antwort Mosheims folgen würde, Christus hätte eine bald sichtbare bald unsichtbare Kirche gestiftet. Und wie hätten diejenigen die Glaubenswahrheiten lernen können, die zu der Zeit wären gebohren worden, da der Glaube keine sichtbare Anhänger gehabt hätte, das ist, da die Kirche unsichtbar gewesen wäre, weil doch diese Wahrheiten unstreitig von niemand andern als von einer sichtbaren Kirche können vorgetragen werden. Das sind nun die Grundsätze, auf welchen Mosheims protestantische Kirchenrecht, und Windheims Erklärungen ruhen; wo aber der Grund nichts tauget, da fällt nothwendig das ganze Gebäu zusammen.

Missæ nihil esse, nec Episcopos aut Presbyteros Corpus & Sanguinem JEsu Christi consecrare. Quare Petrus Cluniacensis objicit novis Hæreticis, quod deteriores essent Berengarianis, qui non negassent, Corpus JEsu Christi in Sacramento saltem tanquam in Figura existere. Tandem quinto & ultimo in eo errabant, quod preces & suffragia pro mortuis rejicerent. Præterea dicebant, Deo illudi ab iis, qui cantu & voce elata orarent. Petrus Cluniacensis ad omnia eorum objecta prolixe respondet, veritatem, cui adversabantur, ex Scriptura & Traditione demonstrat, & postremam Epistolæ partem ad Episcopos dirigit, quorum præprimis est Ecclesiæ curam gerere, populos erudire, & compescere Hæreticos.

Sæcul. XII. A.C. 1147. 1147.

Errores Henricianorum. p. 1202.

Haud diu post Petrus *de Bruis* in Oppido S. Ægydii a Catholicis flammis traditus est, ut ob combustas Cruces pœnas daret. Is errores suos annis prope viginti prædicaverat. Henricus vero ejus Discipulus pestem propagavit, non nullis tamen mutatis, & quibusdam ad quinque capitula commemorata additis. His perspectis ex quodam libro, qui ex Henrici sermonibus collectus dicebatur, Petrus Cluniacensis ajebat, ad hunc quoque refutandum sentio me valide impelli, quia autem evidentia argumenta

Sæcul. XII. A.C. 1147.

ta mihi necdum ſuppetunt, quod Henricus hæc credat & prædicet, differo reſponſum, donec nullus dubitandi locus ſuperſit. Iſta perſcripſit in Epiſtola, ad Archiepiſcopum Arelatenſem & tres Epiſcopos ſuperius nominatos data, mittens iis primam ſuam Epiſtolam, & ſignificans, hos Hæreticos ex Septimania, ſeu Occitania, in Novempopulaniam, quæ jam tunc Vaſconia quoque dicebatur, commigraſſe.

ibid. 117.

Analect. tom. 3. p. 312. Sup. lib. LXVII. n. 24. 6.

Henricus Hæreticus Cenomanum quoque, Hildeberto in illa Cathedra ſedente, nempe ante annum milleſimum centeſimum vigeſimum quintum, venerat. Erat vero tunc Henricus, juvenis excelſa ſtatura, oculis errantibus, voce robuſta, barba promiſſa, nudis pedibus, & toto corporis habitu incultus. Sanctitatis & doctrinæ jam tunc opinio ingens. Cenomanum intraturus, duos ex Diſcipulis ſuis præmiſit, qui ex Magiſtri exemplo & conſuetudine gerebant baculos, in quorum vertice ſignum Crucis ferro fabricatum eminebat, ſpeciem pœnitentium prætendentes. Hos itaque, cum die cinerum in urbem perveniſſent, Hildebertus Epiſcopus ſumma humanitate excipit, & quia tunc ad Romanum iter ſe comparabat, Archidiaconis ſuis præcipit, ut venientem Henricum benigne ſuſciperent, eique pro concione ad popu-

populum dicere concederent. Cum facundia præditus esset, populus ad eum audiendum turmatim affluxit, & novitatis amans, seductorem amplexus est. Illico plebs, Hæreseos veneno afflata, effrænato & præcipiti in Clerum furore grassata est. Jamque a virorum Ecclesiasticorum commercio abhorrere, eorum domos velle destruere, bona diripere, ipsos lapidibus obruere, & elisis faucibus suspendere; nec stetissent intra minas, nisi Comes & Optimates insanum vulgus coercuissent. Episcopus Roma rediens cognovit, plebem esse ab Henrico depravatam, & ingemuit, cum oves Pastoris benedictionem respuerent. Sæcul. XII. A.C. 1147.

Ergo Hildebertus Henrico ex sua Diœcesi ejecto, duos ex ejusdem Discipulis, qui morum ejus & doctrinæ infamiam fastidiebant, recepit (*). Hæc in Diœcesi Cenomanensi facta leguntur.

Ergo

(*) De infami hujus Henrici vita Natalis Alexander ex Chronico Cenomanensi Sæculo XII. pag. 137. refert: *Nihilominus sacrilegos conventus apud S. Germanum & S. Vincentium agebat Henricus, in quibus novi dogmatis virus effundebat, & fœminas, quæ minus caste vixerant, adhortabatur: coram omnibus vestes suas cum crinibus nudæ comburerent . . . nec curarent sive caste seu inceste connubium*

Sæcul. XII. A. C. 1147.

Ergo Albericus Legatus, ad Henricianam Hæresim expugnandam missus, Geofridum Episcopum Carnotensem & S. Bernardum, ut ut ob corporis infirmitates reluctantem, Legationis & itineris socios adscivit. Sed etiam S. Bernardum, ut aliquando ad se inviseret, sæpe rogaverat. Præmisit vero S. Bernardus Epistolam, ad Alphonsum S. Ægidii & Epist. 241. Tolosæ Comitem datam, in cujus ditione Henricus versabatur, & quantam perniciem invexisset descripsit in hunc modum: *Basilicæ sine plebibus, plebes sine Sacerdotibus, Sacerdotes sine debita reverentia sunt. Ecclesiæ Synagogæ reputantur, Sacramenta non sacra censentur, Festa non celebrantur. Moriuntur homines in peccatis suis, heu! nec pœnitentia reconciliati, nec sacra Communione muniti. Parvulis Christianorum Baptismi gratia negatur. Sed nunc audi, quis ille sit. Homo apostata est, qui relicto Religionis habitu* (nam Monachus extitit) *ad spurcitias carnis, tanquam canis ad vomitum, rediit. Tum, pudorem inter cognatos & notos non sustinens,*

sortirentur. &c. Et alia relatu indigna. In fine hujus Articuli subjungit Alexander: *Porro Petrum de Bruis & Henricum tanquam Patriarchas suos Lutherani, Calvinistæ, Anabaptistæ, venerantur.*

ſtinens, factus Gyrovagus mendicare cæpit, & quia literas didicerat, prædicavit, ut ex Evangelio quæreret, unde ventrem paſceret. Si quid ſupra victum a ſimplicioribus matronis elicere poterat, id ludendo aleis aut certe in uſus turpiores effundebat. Frequenter ſiquidem, poſt diurnum populi plauſum, nocte inſecuta cum meretricibus inventus eſt Prædicator inſignis, & interdum etiam cum conjugatis. Inquire, ſi placet, Vir Nobilis, quomodo de Luſunenſi civitate exierit, quomodo de Cenomanis, quomodo de Pictavis, quomodo de Burdegalis. Tam fœda ubique reliquit veſtigia, ut ei jam nuspiam aditus pateat. Hactenus S. Bernardus.

Sæcul. XII. A.C. 1147.

§. XXV.

S. Bernardus Toloſæ.

In hac profectione in Occitaniam S. Bernardus ubique tanquam Angelus de Cœlo recipiebatur, cumque complura itidem operaretur miracula, catervis hominum pœne obruebatur, diu noctuque ejus Benedictionem poſtulantium. Hæc Geofridus tunc monachus & poſtea Abbas Claræ-vallenſis in vita S. Bernardi, & in Epiſtola, quam in hoc ipſo itinere concinnavit, nam S. Abbatis comes aditus erat, diſerte narrat, & complura miracula Bergeraci, Cadurci, Toloſæ,

vit. Lib. 3. c. 6.

vit. lib. 7. in fi.

Sæcul. XII. A.C.1147.

in oppido *Folio viridi*, aliisque locis edita sigillatim recenset. Inter illa vero nullum illustrius, quam quod Sarlati in Territorio Petrocorienſi patravit. Postquam pro concione dixisset, ut mos ubique erat, offeruntur ei complures panes benedicendi. Tunc vero S. Abbas elevata manu, & signum *Crucis formans*, ait: *ex hoc cognoscetis, vera esse, quæ nos vobis prædicamus, falsa autem, quæ vobis Hæretici prædicant, si ægroti vestri, qui de hoc pane gustaverint, sanentur.* Geofridus Episcopus Carnotensis, S. Abbati proximus adstans, cum timeret, ne tantam rem temere promitteret, addidit: *Sanabuntur, si fidem necessariam habuerint.* Sed S. Bernardus reposuit: *Non istud dico; sed qui de hoc pane gustaverint, certissime ab infirmitate sua liberabuntur, ut sciant, nos vera docere, & vere a Deo missos advenisse.* Et mirum dictu, tot homines, qui benedicti panis particulas comederunt sanitati restituti sunt, ut prodigii fama in totam illam provinciam spargeretur. Vir Sanctus autem, ad suum Monasterium rediturus, per oppida propinqua viam dirigens, Sarlatum præteriit, ne intolerabilis populi concursus molestiæ esset.

Tom. III. Analect. p. 467.

Ex quadam Epistola a Monacho, nomine Heriberto, ad omnes Fideles data, disci-

discimus, qui homines Hæretici Petrocorienses fuerint. Mores suos ad vitæ Apostolicæ normam se componere jactabant. Carne non vescebantur, nec potabant vinum. Centies in die genuflectebant, pecuniam nullam habebant. Orantes *Gloria Patri* nunquam pronunciabant. Affirmabant, eleemosynam dare non esse opus alicujus meriti, quia Christiani non deberent habere, quod aliis largiri possent, nec quidquam possidere. Nihili faciebant Missam & Communionem, & si quis eorum ad decipiendum populum Missam celebrabat, Canonem non recitabat, nec communicabat, sed Hostiam vel post Altare vel in Missale conjiciebat. Nec Crucem nec imaginem Domini Nostri adorabant, dicentes, esse Idololatriam. Complures Viros nobiles, quibus ut bona sua relinquerent, persuaserant, multos viros Ecclesiasticos, Monachos & Moniales perverterant. Omnium antea rudissimi, intra octo dierum spatium his Præceptoribus ad eum sapientiæ gradum perveniebant, ut convinci non amplius possent. In carcere custodiri non posse, & miracula patrare dicebantur. Istorum hominum princeps & caput erat quidam Pontius, ut conjicere licet, Henrici Discipulus. Sæcul. XII. A.C.1147.

Sæcul. XII. A C. 1147.

Gaufr. ep. n. 10.

Albiga civitatum illius provinciæ nulla magis ista hæresi depravata fuit; unde postea tota Secta Albigensium dicta est. Legato sub finem Junii illuc pervenienti, populus, ut contumeliam inferret, cum asinis & tympanis obviam processit, cumque signum ad Missam celebrandam datum fuisset, vix triginta homines adfuere. At S. Bernardum post biduum supervenientem populus, magnam lætitiam professus, suscepit. Altera vero die in Festo S. Petri tanta hominum multitudo ad concionem confluxit, ut eam Ecclesia, etsi ampliſſima esset, non caperet. Vir Sanctus omnes Doctrinæ eorum errores commemorans, & a Sancto Altaris Sacramento initium ducens, in singulis capitibus, quid Hæretici dicerent, tum quid Fides Catholica doceret, explicavit, & tandem interroganti, quam doctrinam eligerent, universus populus professus est, se Hæresim abominari & cum gaudio ad veritatem Catholicam redire. *Ergo ad Ecclesiam revertimini*, inquit S. Bernardus, *atque ut cognoscamus illos, quos sincera pœnitentia subit, manum ad cœlum elevent.* Tunc vero nemo fuit, qui non dexteram ad sidera tenderet. Atque ita soluta est concio. Geofridus hoc factum tanquam maximum in hoc itinere S. Viri miraculum refert.

S. Bernardus Albigæ.

Tolo-

Toloſani deinde advenientem S. Bernardum, devote exceptum, poſt paucos dies tanto impetu coluerunt, ut omnes eum conſpicere, omnes attingere geſtirent. Ceterum pauci in illa civitate Henrico favebant; ſed aderant quidam Textores, qui Ariani dicebantur, & multi, præcipuique hujus civitatis Viri, Hæreſi adhærebant. Vocatur Henricus, Ariani quoque vocantur, promittitque populus, neminem exinde ipſos recepturum eſſe, niſi modo venirent, & quid ſentirent publice edicerent. Henricus aufugit, & Ariani ſe ſe occultarunt; unde Toloſana civitas ab Hæreſi penitus liberata videbatur. Non nulli Optimatum pollicebantur, ſe Hæreticos ex urbe ejecturos eſſe, iisque nullum præſidium conceſſuros. Legatus autem contra Hæreticos eorumque Fautores ſententiam pronunciavit hujusmodi: Eos nec ad proferendum contra quemquam teſtimonium, nec omnino ad agendum in Judicio recipiendos eſſe, nec cuiquam licere cum iis communicare. In illa ſententia toti populo vita Henrici flagitioſiſſima prodebatur; ipſum in Concilio Piſano omnes Hæreſes, quas adhuc prædicabat, ejuraſſe, atque S. Bernardum, ut eum liberaret, promiſiſſe, ſe pœnitentem in ſuum monaſterium Claramvallem velle ſuſcipere. Sæcul. XII A.C. 1147.

Sæcul. XII. A.C. 1147.

S. Bernardus Henricum fugientem ſecutus, in illis oppidis, quorum cives ille ſeduxerat, prædicavit. Non nullos viros nobiles invenit, non tam errore quam prava voluntate obſtinatos, nam, Clericos exoſi, cavillationibus Henrici delectabantur. Ille tanta diligentia quærebatur, ut vix in ullo loco tuto ſubſiſtere poſſet, & tandem captus eſt, vinculis oneratus ac Epiſcopo traditus. At jam S. Bernardus ex illa provincia diſceſſerat. Mora quidem longiore opus fuiſſet, ad tot errores radicitus evellendos, ſed non ſatis virium erat, ad tolerandum tantum laborem, nec diutius abeſſe ſuſtinebat a cariſſimis Fratribus ſuis Claræ-vallenſibus, qui multis datis literis Patris reditum urgebant.

Toloſæ S. Bernardus ad S. Serninum (ita Monaſterium Canonicorum Regularium nominabatur) hoſpitabatur. Cum Canonicorum aliquis, medicinæ peritiſſimus, in paralyſin incidiſſet, & usque adeo per ſeptem menſes fuiſſet debilitatus, ut in dies mortem expectaret, S. Abbatem rogavit, ut permitteret, ſe in cubiculum, ejus cellæ proximum, deferri. Nec pauciorum quam ſex virorum opera ad eum illuc deportandum fuit neceſſaria. Inviſit ad eum Abbas, cui peccata ſua confeſſus ægrotans, rogare eum deinde cœpit, ut ſe ſanaret.

Bene-

Benedixit ei Vir Sanctus. Tumque de cubiculo egrediens intra se dicebat: *Vides, Domine! homines istos miracula petere, itaque sine miraculis operam perdemus.* Illico paralyticus surgit, veloci cursu Sanctum consequitur, ejusque pedes affectu devotissimo osculatur. Cumque quidam frater festinantem conspexisset, præ timore exclamavit, ratus, sibi spectrum occurrere. Hujus rei fama per urbem sparsa, ad spectaculum plurimi accurrunt, Episcopus & Legatus primi adsunt. Itur ad Ecclesiam, Paralytico ante ceteros omnes gradiente, *Te Deum Laudamus*, decantatur. Canonicus ille sanitati restitutus S. Bernardum Claramvallem redeuntem comitatus, & Monachorum Institutum amplexus, a S. Abbate postea in patriam suam remissus est, ubi Abbatiali dignitate effulsit. S. Bernardus domum redux, data ad Tolosanos epistola, hortatus est; in amore sanæ Doctrinæ perseverarent, & Hæreticos, nullis concessis induciis, persequerentur, donec patriam suam tanta peste purgassent. Monet, quod viva voce antea mandaverat, ne Prædicatores exteros aut ignotos reciperent, sed solum a Papa missos vel ex licentia Episcopi Tolosani concionantes auscultarent.

Sæcul. XII. A.C. 1147.

ep. 242.

Sæcul. XII. A.C. 1147.

§. XXVI.

Hæretici Colonienſes.

Analect. tom. 3. p. 452 ap. Bern. to. 1. p. 1487.

* Steintel-denſis.

Sub idem tempus S. Bernardo Evervini Præpoſiti Steinfeldenſis * in Weſtphalia, Ordinis Præmonſtratenſis, epiſtola redditur, in qua certiorem faciebat, Coloniæ ante breve tempus quosdam Hæreticos fuiſſe deprehenſos, quorum duo, videlicet eorum Epiſcopus ipſiusque ſocius a populo, invitis Clericis, ad rogum damnati, ultimum ſupplicium mira conſtantia ſubiiſſent. *Iſtorum vero Hæreſis*, inquit, *bujusmodi eſt. Dicunt, inter ipſos ſolos Eccleſiam exiſtere; quod ſoli, veſtigia Jeſu Chriſti ſequentes, vitam Apoſtolice inſtituerent, & nihil in hoc mundo poſſiderent. Vos autem, inquiunt, Bonis terreſtribus ita affixi eſtis, ut illi quoque, qui inter vos perfectiſſimi habentur, Monachi & Canonici Regulares, Bona propria communi dominio teneant. Nos ſumus Jeſu Chriſti pauperes, errantes, & de civitate in civitatem fugientes, ſicut oves in medio luporum, cum Apoſtolis & Martyribus perſecutionem patientes, quamvis tota vita noſtra vacemus jejunio, abſtinentiæ, orationi, & labori, quo diu noctuque ad comparanda nobis neceſſaria atterimur.*

Tum Evervinus ſic proſequitur: *Non comedunt lactaria, nec quodcunque ex utrius-*

utriusque sexus conjunctione originem trahit. Celant suam Doctrinam de Sacramentis; nihilominus tamen coram nobis confessi sunt, quod, quotiescunque alimentum accipiunt, putent, se per virtutem Orationis Dominicæ conficere corpus & Sanguinem Jesu Christi, ut eo nutriantur, cum ipsi sint membra & Corpus Jesu Christi. Dicunt, Sacramenta nostra nihil esse nisi umbram & traditionem humanam. Illud quoque confessi sunt, quod præter Baptismum aquæ, credant se etiam per ignem & Spiritum Sanctum suos baptizare, atque hunc Baptismum per impositionem manuum conferri. Hoc ritu apud ipsos ex Ordine Auditorum ad Ordinem Credentium transitur, & deinde ad Ordinem Electorum per eorumdem Baptismum; nam noster Baptismus ipsis in nullo pretio est. Damnant Matrimonium; qua autem causa, qua ratione permoti legitimas nuptias rejiciant, ex iis exprimere non potui, sive id aliis palam facere ipsos pudeat, sive ipsi causam ignorent.

Sæcul. XII. A.C. 1147.

Alii præterea patriam nostram infestant Hæretici, quibus nulla in re convenit cum prioribus; quippe eorum discordia causa fuit, quod & hos & alios falsa docere deprehenderimus. Hi autem posterioves dicunt; super Altare Corpus Jesu Christi neutiquam confici, quod nulli amplius

Sæcul. XII. A.C. 1147.

amplius Sacerdotes consecrati in Ecclesia existant. Quandoquidem, ajunt, Romani Pontifices, negotiis sæcularibus impliciti, potestatem suam amiserunt, eamque Archiepiscopis & Episcopis communicare non potuerunt, qui & ipsi vitam sæcularem degentes, nequeunt alios consecrare. Ita Sacerdotium ex Ecclesia tollunt, aut in solo prædicationis ministerio constituunt. Rejiciunt Sacramenta solo Baptismo excepto; quin etiam hunc solis adultis conferunt. Damnant nuptias, nisi inter adolescentes utriusque sexus virgines initas. In oratione Sanctorum in cælo nullam fiduciam ponunt, dicuntque, jejunia aliaque macerationis opera nec justis nec peccatoribus esse necessaria. Omnes ritus Ecclesiasticos, a Jesu Christo & Apostolis non institutos, superstitiosos putant. Negant purgatorium, sicque preces & oblationes pro mortuis abrogant.

Apostolici Hæretici.

Tum Evervinus S. Bernardum ad hos errores Scripto refutandos excitat, & subjungit: *Qui ex eis ad Ecclesiæ sinum redierunt, dixerunt nobis, magnam fratrum suorum multitudinem in toto ferme mundo existere, quin etiam non paucos ex Clericis & monachis nostris. Qui vero flammis consumti sunt, in causæ suæ defensionem afferebant, Hæresim istam a tempore Martyrum in Græcia & in aliis Regioni-*

Regionibus latuisse. Quidam eorum Papam habent, alii nec Papam nostrum nec quemquam alium reverentur. Apostolicos se ipsos nominant, & secum mulieres circumducunt, easque affirmant esse continentes, exemplo illarum feminarum, quæ proficiscentes Apostolos sequebantur. Ex hac narratione dispicimus, Hæreticos hos Colonienses Manichæos fuisse, quales erant Epusenses & Antwerpienses, quorum suo loco meminimus. Sæcul. XII. A C. 1147. *Sup. L. LXVII. §. 29.*

S. Bernardus, ut aliquid Evervini precibus daret, dum Canticorum explicationem prosequitur, duos Sermones in hos Hæreticos direxit. Primo, *Serm. 65.* in eorum nequitiam invehitur, cum solertissime se occultarent, atque ut laterent securius, perjurium adhibere non dubitarent, illi ipsi, qui omne juramenti genus damnarent. *Magis nocet*, inquit, *Pseudo-Catholicus quam manifestus Hæreticus.* Et postquam istorum Hypocrisin castigavit, qui Boni videri in fide & in moribus cupiebant, illud acriter exprobrat, quod mulieres circumducerent, quæ nec uxores ipsorum erant, nec propinquæ, & ostendit, quod etiamsi hæ juvenculæ castissimæ essent, quod earum custodes scilicet jactabant, nihilominus peccatum scandali neutiquam abfuturum. *Ceterum*, inquit, *homines rustici sunt, & literarum ignari, qui non viros*

sed

Sæcul. XII. A.C. 1147.

sed tantum feminas, quibus ipsi earum Magistri nihilo sapientiores sunt, decipere possunt. Nihil novi ab iis proferri audivi, nisi antiquorum Hæreticorum nænias, jam sæpe diuque examini subjectas & a nostris Doctoribus confutatas (*).

In sequente sermone S. Bernardus docet, hos Hæreticos illos esse, quos S. Paulus venturos prædixit, Hypocritas, prohibentes nubere, & abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione. *Tolle de Ecclesia*, inquit, *honorabile connubium, nonne reples eam concubinariis, incestuosis, impudicis, mollibus, & quocunque abominando libidinantium genere? Elige ergo utrumlibet, & dic aut universa hæc monstra hominum salvari, aut numerum Salvandorum ad paucos continentes redige.* Illos deinde S. Pater oppugnat, qui inter solos Virgines matrimonium contrahi posse somniabant ex auctoritate S. Pauli, concedentis viduis, ut secundo nubant, quin imo, si quædam adjuncta id suadeant, eas matrimonium inire jubentis (**). De abstinentia vero a carnibus

Serm. 66. 1. *Tim.* 4. 3.

1. *Cor.* 7. 36.

(*) Quæ hic S. Bernardus sui ævi Hæreticis exprobrat, ita etiam nostræ ætatis Protestantibus congruunt, ut nihil magis.

(**) Verba S. Bernardi in hoc loco sunt sequentia: *Primos parentes*, inquit Hæreticus, con-

Sæcul. XII. A. C. 1147.

bus ait: *Hinc quoque Hæreticos se probant, non quia abstinent, sed quia superstitiose abstinent. Nam & ego interdum abstineo, sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis meis. Num redarguimus Paulum, quod castigat corpus suum, & in servitutem redigit?* Et infra: *Si a præceptis Medicinæ hæc abstinentia proficiscitur, non reprehendimus curam corporis, si modo non nimia fuerit. Si abstinentia ex vitæ Spiritualis amore nascatur, virtutem approbamus, qua carnem domas, frenas libidinem; verum si ex Manichæorum insania ortum trahat, quamcumque Dei creaturam immundam dicentium, exsecror blaspbemiam.*

1. Tim. 5. 14.

1. Cor. 9. 27.

De Hæreticorum Erroribus.

S. Bernardus deinde probat, quod isti Hæretici perperam se ipsos Apostolicos & Sectam suam Ecclesiam dicant, cum

conjunxit Deus, quia Virgines ambo erant .... Quis tibi dixit propterea a Deo conjunctos, quia Virgines erant? .... an non Virgines erant? inquit. Erant sane, ... quamquam ne hoc quidem nominatim dictum reperies, quod Virgines essent, quamvis essent. Sexuum expressa diversitas est non Virginitas, cum dictum est: Masculum & Feminam creavit eos. Gen. 1. 27. Merito quidem. Non enim maritalis copula corporum requirit integritatem, sed Sexuum aptitudinem. Bene proinde ipsam instituens Spiritus Sanctus Sexum expressit & Virginitatem tacuit.

Sæcul. XII. A.C. 1147. cum pauci essent & occulti, at e contrario Ecclesia per totum terrarum orbem diffusa & semper visibilis sit. Alios quoque eorum errores de Baptismo parvulorum, de Purgatorio, de potestate Pastorum & Ministrorum Ecclesiæ, etiamsi peccatores sint, refutat. Dicit, nullam esse obstupescendi causam, quod Hæreticorum obstinatio Martyrum constantiam imitetur. Tandem accurate adeo ad omnia capita Epistolæ, ab Evervino scriptæ, respondet, ut, illam duobus hisce sermonibus conscribendis occasionem dedisse, exploratissimum fiat.

§. XXVII.

Cosmus Patriarcha Constantinopolitanus deponitur.

Catalog. Jus Gr. R. p. 302. Constantinopoli Cosmus Patriarcha, Hæresis Bogomilorum, quæ ab Apostolica non multum differebat, suspectus deponitur. Cosmi Antecessor Michael Oxites, anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, dimisso *Nicet. lib.* 2. *n.* 3. Pontificatu, postquam in Cathedra Constantinopolitana annos duos & menses octo sedisset, ad suum Monasterium & Insulam Oxiam reversus est; ubi, in vestibulo Ecclesiæ prostratus, cervices suas omnium monachorum intrantium pedibus proculcandas exposuit, dicens,

quod

quod imprudens, relicta Monasterii quiete, quam ab ineunte ætate amaviſſet, Solium Patriarchale conſcenderit, in quo nemini deindè profuiſſet. Sæcul. XII. A.C.1147.

Michaeli ſubrogatus eſt Cosmus Atticus Diaconus, in Inſula Ægina natus, vir virtutis amantiſſimus, ſed ſimplex. Niphonis monachi, ante annos duos Sententia Synodali, quod Bogomilorum Hæreſi infectus eſſet, damnati & incluſi, totus captus, querebatur, quod innocens damnatus fuiſſet, eumque non ſolum libertati reſtituit, ſed ipſum lateri ſuo hærere volebat, cum ipſo orabat, & ad menſam convivam adhibebat. Unde tanta auctoritate munitus Niphon rurſus Doctrinam ſuam in cætibus & in foris publicis audacter prædicare cœpit, Hebræorum Deum contumelioſe rejiciens. *Chron. lib.2. c. 10. p. 35. Sup. n. 3.*

Plerique ſimplicitatem Patriarchæ vituperabant. Monebant amici, monachi hujus ſocietatem ipſum Patriarcham impiæ doctrinæ ſuſpectum reddere. Adverſarii autem in Patriacham publice invehebantur, ac a Deo & Imperatore vindictam poſtulabant. At Cosmus hujusmodi ſermones flocci faciebat, Niphoni mira obſtinatione addictus; cum enim juſſu Imperatoris ſecundo comprehenſus a miniſtris in cuſtodiam raperetur, Patriarcha ex Eccleſia pro-

Sæcul. XII. A.C.1147.

rupit, Niphonem de manibus illorum, quibus eum abstrahere imperatum erat, liberaturus, vel unacum ipso sponte in carcerem ingressurus.

Manuel Imperator tunc bello impeditus, cum rediisset Constantinopolim, ut istam in Ecclesia dissensionem componeret, ex singulis Episcopis ad se seperatim vocatis scisscitatur, quid de Niphonis Religione sentirent. Respondent sincere omnes; impium esse hominem. At Patriarcha omnium ultimus interrogatus, in dilaudando Niphone totus fuit, dicens, virum denique esse, cujus virtutem & pietatem nullus alius consequeretur.

Ap. Allat. 2. Cons. c. 12. p. 683.

Ergo res hæc in Judicio discutitur. Nam Imperator in Palatio Blachernarum Principes propinquos suos, præcipuos Imperii Præfectos, & omnes Præsules, tunc Constantinopoli præsentes, convocavit, cumque Imperator audientibus cunctis iterum ex Cosmo Patriarcha quæsivisset, quæ ipsi de Niphone monacho insideret opinio, ipse vero, nihil dissimulans, respondisset; se judice, Niphonem esse virum Orthodoxum, adjiciens etiam: *Solus ego, sicut alter Loth, in Sodomis habito*, sic prodens, quantum ceteros omnes, a sua sententia dissidentes, sperneret, tanquam proprio ore convictus deponitur, ac Episcopatu indi-

indignus proclamatur. Huic Sententiæ triginta & unus tum Metropolitæ tum Archiepiſcopi ſubſcripſerunt, primoque loco Conſtantini Cæſarienſis in Cappadocia nomen viſitur; nam Concilio poteſtate Exarchi & Protothroni præfuit. Sæcul. XII. A.C. 1147.

Cosmus haud plus decem menſibus Sedem Conſtantinopolitanam tenuerat, tumque menſe Decembri, eodem anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo Patriarcha electus eſt Nicolaus Muzalon, olim Archiepiſcopus Cyprenſis, qui ante annos triginta ſeptem, ut vitæ quietæ dulcedine frueretur, ſeceſſerat. Alii dicebant, eum ſolummodo a ſupremo regimine abſtinuiſſe. Is Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ annis tribus & menſibus quatuor præfuit. Anno ſequente milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo, juxta Chronologiam Græcorum, ſexies milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione undecima, menſe Februario, Manuel Imperator, ut ſibi cœleſte auxilium in bello contra Rogerium Regem Siciliæ conciliaret, edita Bulla Aurea, Eccleſiis omnium Bonorum immobilium poſſeſſionem confirmavit, & quemcunque, ſi quis eſſet, in titulis tabulisque defectum ſupplevit.

Catalog. Jus Gr. Rom.

Manuel Conſt. I. Jus Græco Rom. lib. 12. p. 149.

Sæcul. XII. A.C. 1147.

§. XXVIII.

Profectio duorum Regum Crucigerorum.

Nicet lib. 1. n. 4. p. 41. Cinnam. lib. 2. n. 12. p. 37.

Inter hæc ambo Reges Conradus & Ludovicus ſinguli in ditiones Manuelis Imperatoris pervenerunt, quem innumerabiles Germanorum Francorumque exercitus in extremas compellebant anguſtias. Miſit de ſuis, qui venientium itinera explorarent; quamvis vero illi affirmarent, nullo alio conſilio ſe adeſſe, quam ut, impetrata tranſeundi licentia, Terram Sanctam inviſerent, & oppreſſum Orientem ab Infidelium jugo liberarent, nihilominus Græci viribus deſtituti, & ſuſpicione agitati, certiſſime credebant, veniſſe Occidentis populos, ut ſe Imperio Orientis exuerent. Sed nec Crucigeri ita diſciplina militari continebantur, ut omnem Græcorum metum pellerent. Manuel igitur intelligens, ſe vi aperta nihil effecturum, ad fraudes converſus eſt, & poſtquam verba dediſſet in ſpeciem humaniſſima, Crucigeros per anguſtos calles iter facientes ab immiſſis copiis ſterni juſſit. Porro Germanis, urbes petentibus, ut alimenta emerent, clauſæ portæ objiciebantur. Tum Græci, in mœnibus ſtantes, funem demittebant & Crucigerorum pecuniam recipiebant. Ac demum ſuo arbitrio,

arbitrio, quod videbatur, vel panem vel alias escas dabant. Sæpe accepta pecunia ex oculis eorum se proripientes nihil reddebant, sæpe farinæ, quam ipsis venumdabant, exquisita perfidia calcem admiscebant. Tam tetri facinoris auctor Manuel Imperator esse dicebatur. Illud vero constat, eum nummos cudi jussisse, minore quam fas erat, valore, qui sacris militibus, si qua forte venderent, in pretium redderentur. Denique nullius generis nequitiæ pepercit, qua vel per se vel per suos noceret, sicque Crucigerorum posteri miserando Patrum suorum exemplo discerent, in terras Imperii Græci pedem non inferre, nisi perire vellent. Hæc verba a Niceta, Scriptore Græco, accepimus. Sæcul. XII. A.C. 1147.

Rex Conradus mense Septembri anno millesimo centesimo quadragesimo septimo Constantinopolim pervenit, Hellespontum trajecit, & cum exercitu in Natoliam processit, acceptis viæ ducibus, quos ei Manuel Imperator dedit. Ubi in hosticum delati sunt, Præfecti militares a Græcis monentur; annonam comportarent in aliquot dies, quibus per loca deserta procedendum esset, ut compendio uterentur, tum enim ad mœnia Iconii urbis, in fertilissimo solo positæ perventuros. At ignaros locorum in vias impeditas, & aversas deduxerunt, *Otto* 1. *Fris.* c. 47. *Guil. Tyr.* *Lib. XVI.* c. 19. 20. *Gest. Lud.* *Duchesn.* to. 4.

Sæcul. XII. A. C. 1147. ubi ab hostibus facillime vinci possent. Tempore, quod Græculi præstituerant, consumto, Rex Conradus jurgari cœpit, quod adhuc procul ab Iconio hærerent. Et illi affirmare, quod intra triduum civitatem Iconiensem visuri essent. Sed, malum! nocte sequente fuga se se proripientes, Germanorum exercitum in sterili regione & impervia destituunt, cum nec unum hominem in tanta multitudine reperire esset, qui modum aut viam evadendi sciret.

§. XXIX.

Sacra Expeditio male vertit.

Sultanus Iconiensis Turca Seliucida, a Manuele Imperatore per nuncios monitus, universas vires collegerat, quibus Crucigeros exciperet. Tunc ergo in Germanos cum equis suis inedia usque
c. 22. adeo debilitato, ut vix armis portandis sufficerent, irruit. Atque ita de exercitu septuaginta millium virorum gravis armaturæ & peditum infinita prope multitudine vix decima pars ferrum hostium evasit. Hanc cladem Crucigeri mense Novembri anno millesimo centesimo quadragesimo septimo acceperunt. Rex Conradus, fuga elapsus, Niceam se recepit, ubi Regem Ludovicum habuit, qui paulo serius ac Conradus Constantinopolim perveniens, & humanissime

manissime exceptus fretum cum exercitu trajecerat. Inde cum ambo Reges Ephesum usque junctis agminibus iter fecissent, Conradus Constantinopolim reversus est, ibi hyematurus. Ludovicus Francorum Rex, usque ad Mæandri ripas progressus, primo prælio Turcas fudit; postmodum vero cum copias longo terrarum spatio divisas duceret, postremum suorum agmen totum amisit, mense Januario, anno millesimo centesimo quadragesimo octavo. Sæcul. XII. A.C. 1148. c. 26.

Tum mutilato exercitu Antiochiam pervenit, ubi Regem Raimundus Princeps summo honore recepit; sperabat enim, se ejus viribus adjutum Principatus sui fines proferre posse. Sed Rex in itinere Hierosolymam suscepto retardari non ferens ajebat, nihil antiquius sibi esse oportere, quam voto suo se se exsolvere. Ita Principem Antiochenum acriter offensum reliquit. Rex Conradus vero, hyeme Constantinopoli transacta, itinere maritimo Acriam delatus est, unde Hierosolymam petiit. Cumque sub idem tempus Alphonsus, Comes Tolosanus, in terram Sanctam appulisset, paulo post, veneno, ut ferebatur, accepto, Cæsareæ extinctus est. Ceterum ubi nuncii, Regem Franciæ advenire, monuerunt, Hierosolymitani Fucherium Patriarcham ad eum mittunt, *Chron. Sax. an. 1147.*

Sæcul. XII. A.C. 1148.

timentes ne vel Antiochiæ vel Tripoli moras traheret. Nam Rex Hierosolymæ, cunctique Latini in Oriente Principes, maximam spem de adventu utriusque Regis conceperant. Igitur postquam ambo Reges Sacra loca invisentes edita vota impleviſſent, indictis Acriæ Comitiis generalibus, ad deliberandum conveniunt, qua potiſſimum ratione bellum Infidelibus inferendum esset.

Tyr. Lib. XVII. c. 1.

In illo Conventu adfuere Rex Conradus, Otto Episcopus Frisingensis, ipsius frater, Stephanus Episcopus Metensis, Henricus Episcopus Tullensis, Comitis Flandriæ frater, Theotinus Legatus Papæ apud Conradum Regem. Ex Germanorum Principibus, Henricus Dux Austriæ, Regis frater, Fridericus Dux Sueviæ, ejusdem nepos & complures alii. Ex Francis aderant Rex Ludovicus, Geofridus Episcopus Lingonensis, Arnulphus Episcopus Lexoviensis, Guido Florentinus Cardinalis Legatus Papæ. Principes Laici, Robertus Comes Drocensis Regis frater, Henricus ejus Gener, Comitis Campaniæ filius, Theodoricus Comes Flandriæ, Regis Hierosolymæ affinis, & plures alii. Rex Hierosolymæ quoque Baldinus tertius cum Regina Meliſenda Matre sua his Comitiis intererat. Præterea Fucherius Patriarcha, Balduinus Archiepiscopus Cæsariensis, Robertus

tus Archiepiscopus Nazarenus, quinque alii Episcopi Latini in Palæstina, Robertus Magister Equitum Templariorum, Raimundus Magister Equitum Hospitalariorum, & quidam Principes Laici. In hoc conventu statutum est Damascum obsidere, & dies, qua confluerent copiæ, Tiberiade vigesima quinta Maji præstituta. Sæcul. XII. A. C. 1148.

Ergo Damascus milite cingitur & ad tantas redigitur angustias, ut jam incolæ fugam meditarentur; cum data pecunia quosdam ex Latinis ad proditionem pellexerunt, qui tetra perfidia ceteris persuaserunt, aptiorem, ut mentiebantur, castris locum ex parte adversa esse deligendum; ubi deinde deficiente commeatu obsidionem solvere coacti sunt. Præterea Flandriæ Comitis & Principis Antiochiæ mutua invidia hanc expeditionem sufflaminasse dicebatur; quippe uterque Dominium Damascenæ civitatis, si caperetur, ambiebat. Nec mora, Rex Conradus in Germaniam iter ingreditur. Rex Ludovicus, postquam reliquo illius anni tempore in Syria commoratus fuisset, & Hierosolymæ Festa Paschalia anni sequentis millesimi centesimi quadragesimi noni celebrasset, in Franciam rediit (*). Hic fuit secundæ pro-

(*) Rex Francorum Ludovicus cum suis non tam

Sæcul. XII. A. C. 1148.

fectionis in Palæstinam infortunatus exitus. Exinde Res Latinorum, in Oriente degentium, in deteriora ruere cœperunt; cum enim jam experti essent Infideles, summos conatus illorum Principum, qui inter Christianos potentissimi habebantur, in cassum cecidisse, devictos vilipendere & ridere cœperunt, quorum antea vel solis nominibus auditis expaveſcebant.

§. XXX.

Sacri Milites Saxones.

Haud multo magis favente fortuna Sacrum bellum contra Paganos in Septentrione positos gestum est. Nam illud quoque auctore Papa & quibusdam viris Religiosis prædicantibus susceptum, eo consilio, ut illi populi superbas cervices sub jugum Christi flectere compellerentur, vel omnino extirparentur. Expeditionis Sacræ duces se præbuerunt Fride-

Chronogr. Sat. an. 1148.

Saxo Gramm. lib. 13. *p.* 229.

tam flagitiose proditus ac vexatus fuisse a Græcis legitur ac Conradus Imperator. Cujus rei ratio haud dubie est, quod Græcorum Imperatore magis ab Imperatoribus Romanorum quam a Regibus Franciæ sibi timerent, memores, nulli Principum Occidentis id juris esse in omnes provincias, quæ olim Romani Imperii partes extitissent; si illud Germani Imperatores repetere voluissent.

Fridericus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Epiſcopi Halberſtadienſis, Monaſterienſis, Merſeburgenſis, Brandeburgenſis, ex Moravia Olomucenſis, & AbbasCorbejenſis. Præterea in alia Germaniæ parte arma ceperunt Albero Archiepiſcopus Bremenſis, Dietmarus Epiſcopus Verdenſis, Henricus Dux Saxoniæ, & complures alii Optimates, cum quadraginta virorum millibus. Rex quoque Daniæ cum Regni ſui Epiſcopis milites terra marique contraxit, totusque exercitus centum virorum millibus conſtare ferebatur. Tot agmina in Sclavos moverunt, ut cædes & latrocinia ulciſcerentur, quibus illi Chriſtianorum terras, præſertim Danorum, vaſtaverant. Ergo Infideles in diverſis locis oppugnantur, omnia terrore implentur, corrumpuntur ſegetes, multæ urbes incendio deſtruuntur, & præter alias etiam urbs *Malebon*, cum Idolorum templo, haud procul ab urbe poſito. Ubi vero pernicies tribus menſibus tenuit, qui Principibus Germanis, illi Regioni propinquis, a conſiliis erant, monuerunt Dominos ſuos, ſi hanc provinciam perderent, tributa & vectigalia quoque amiſſuros eſſe, quæ ex ea accipere adſueviſſent. Ita primum remiſſius bellum moverunt, & tandem pacem inierunt, iis conditionibus, ut Sclavi Religioni Chriſtianæ

Sæcul. XII. A. C. 1148.

Helm. Cron. Slav. lib. 1. c. 63.

c. 66.

Sæcul. XII. A. C. 1148.

Christianæ nomen darent, & captivos ex Danorum gente dimitterent. Tum multi quidem Sclavorum baptizati sunt, sed non conversi, & ex captivis senes, ceteraque mancipia, ad laborem inepta reddiderunt, illis, quæ valido erant corpore, retentis. Itaque magna ista contra paganos molitio omni ferme fructu caruit; quippe primis diebus Sclavi, pejora prioribus ausi, nec promissum de Baptismo, nec pacem cum Danis servantes, eorum terras furiose infestarunt.

§. XXXI.

Concilium Remense.

to. 10. Conc. p. 1107.

Eugenius Papa Concilium Remense statuto tempore celebravit, eique vigesima secunda Martii, Feria II. post Dominicam IV. Quadragesimæ initium dedit. Adfuere Episcopi ex Francia & Germania, atque etiam Theobaldus, Archiepiscopus Cantuariensis, etsi id ei Rex Stephanus diserte prohibuisset; quare gratiam apud Papam iniit. Advenere quoque non nulli ex Hispania Episcopi, quos inter duo Archiepiscopi Toletanus & Tarraconensis eminebant.

Rob. de M. ad Sigeb.

Eug. ep. 74. 82.

In hoc Concilio in conspectum Episcoporum adductus est Vir genere nobilis, qui *Eon de Stella* vocabantur, literarum propemodum rudis. Is se filium Dei esse dicebat, ac etiam vivorum mortuorum

Ott. Fris. c. 44. 45.

que

que Judicem, stolide abusus nominis sui qualicunque affinitate cum voce *Eum*, quæ in conclusione Exorcismorum, *per Eum qui judicaturus est*, & orationum *per eumdem Christum* &c. adhibetur. Hac fabulâ, a specie veritatis tantopere abhorrente, nihilominus magnam populi multitudinem in extremis Franciæ partibus, nempe in Britannia & Vasconia, seduxit. Quin etiam ope Dæmonum prodigia edere ferebatur. Postquam non nulli Optimates Eonem * in suam potestatem redigere frustra conati fuissent, tandem ab Archiepiscopo Remensi cum Discipulorum suorum præcipuis captus est. Sistitur in Concilio, ubi ab Eugenio Papa varia interrogatus, cum nihil nisi a sana ratione alienissima respondisset, stultus magis quam Hæreticus judicatur (*) Archi-

Sæcul. XII. A. C. 1148.

* Al! Eudonem.

(*) Illud in Actis Concilii Remensis a Binio collectis narratur in hunc modum: *Cum ergo staret Eon in conspectu Concilii, interrogatus a Summo Pontifice quisnam esset, respondit: ego sum ille, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & Sæculum per ignem. Habebat autem in manu sua baculum inusitatæ formæ, in superiori scilicet bifurcum. Interrogatus quid sibi vellet baculus ille: Res, inquit, grandis Mysterii est. Quamdiu enim, sicut nunc videtis, duobus Cælum capitibus suspicit; duas orbis partes Deus possidet, tertiam mihi partem cedens. Porro si eadem duo superiora capita baculi submittam usque ad terram, & inferiorem ejus partem, quæ simplex est, erigam ut Cælum*

Sæcul. XII. A.C. 1148. Archiepiscopus Remensis, qui Eonem ad Concilium deduxerat, suis precibus ei vitæ gratiam obtinuit, Sugerio autem Abbati, Franciæ Rectori, injunctum, ut eum custodiret; ergo in arctum carcerem mittitur, ubi haud diu post animam reddidit infelix. Quidam ex ejus discipulis, potestati Sæculari traditi, vivi flammis consumi, quam insaniam dimittere maluerunt.

In Concilio Remensi complures Canones conditi, qui ex Conciliis præcedentibus plerique repetuntur, & in diversis exemplaribus diverse referuntur. Notatu digniores sunt sequentes: Clericus, qui Ecclesiæ alienæ reditus percepe-

c. 2.

Martenne Coll. tom. 1. p. 232.

rit Anathemati subjaceat, donec omnia injuste percepta restituerit, & Sacerdotes, qui ibi interim ministraverunt, degradentur.

Presbyteri Capellaniam Dominorum non suscipiant, nisi ab Episcopo Diœcesano licentiam acceperint, atque ejus præceptis per omnia, edito Sacramento, obedire promiserint. Iidem Presbyteri in munitionibus & turribus Divinum officium celebrare non præsumant, si id in Ecclesia illius loci prohibitum fuerit.

Si

Cœlum suspiciat; duabus Mundi partibus mihi retentis, tertiam tantummodo partem Deo relinquam. Ad hæc universa Synodus risit.

Si quis in Clericos manus injecerit, in carcerem vel in vincula miserit, vel obsides retinuerit, anathema sit. In loco autem in quo detenti fuerint, & in omnibus civitatibus castellisque Domini, eos detinentis, officium divinum cesset. Non celebretur officium Divinum in loco, in quo excommunicatus existit, etiamsi Rex adsit. Curiæ Capellani, qui id ausi fuerint, aut illorum locorum Presbyteri, deponantur, & Beneficiis suis priventur. Sæcul. XII. A.C.1148. c. 7. 8.

Episcopi vel Clerici ita vestiti incedant, ut varietate colorum, superfluo ornatu, aut scissura vestium laicorum non aspectum offendant. Superius S.Bernardi querelas contra hunc abusum memoravimus. Matrimonia Ecclesiasticorum, in Sacris Ordinibus constitutorum, Religiosorum & Monialium, nulla sint. Canonissæ, ceteræque Moniales Clausuram & vitam communem servent. Laici Decimas Ecclesiasticas, sive eas ab Episcopis vel Regibus sive a quocunque alio acceperint, non possideant. Auctoritate quoque Apostolica prohibetur, ne ullus Ecclesiarum Advocatus nec per se ipsum, nec per quemquam sibi subditum, præter jus & Beneficium antiquitus constitutum, sibi aliquid accipere vel usurpare præsumat. Ecclesiæ Presbyteris mercenariis & conductis non committantur

to. 10. Conc. c.2

Sup. L. LXVII. opusc. 11. c. 2.

c. 7. 8. &c.

Sæcul. XII. A.C. 1148.

tantur; sed unaquæque Ecclesia proprium habeat Sacerdotem, cui de Bonis Ecclesiæ tantum Beneficii præbeatur, undè congrue valeat sustentari, nec a Regimine, nisi Episcopi, in cujus Diœcesi est, vel Archidiaconi judicio Canonico depelli possit. Hic Institutionem Parochorum Titularium habemus (*).

c. 15. Incendiariis in pœnitentiam injungebatur, ut Hierosolymæ vel in Hispania in Servitio Dei per annum perseverarent. Nempe militia contra Saracenos Servitium Dei dicebatur.

c. 18. Nemo, quicunque ille sit, Hæreticos Vasconiæ aut Provinciæ (scilicet Manichæos) recipiat vel tueatur. Quod si quis præsumpserit, anathemate feriatur, & in ejus terris divina officia interdicantur.

Roger. par. post. p. 798. Conjectura est, in hoc Concilio Remensi Eugenium Papam litem inter Archiepiscopum Cantuariensem & Episcopum Menevetanum seu S. Davis exortam discuti jussisse. Henricus primus Rex Angliæ

(*) Hic Parochorum, ut bene Fleurius monet, Institutionem videmus. Atque etiam notandum est, Parochis congruam sustentationem fuisse assignatam & Titulo Beneficii collatam, sine reflexione ad stipendia Missarum, quæ res in medio Sæculi XII. adhucdum erat penitus ignota.

gliæ, Wallia in suam potestatem redacta, omnes Episcopos quoque illius provinciæ Archiepiscopo Cantuariensi subjicere aggressus, Ecclesia Sancti Davis vocante, ad eam Sedem Bernardum, Regii Oratorii Clericum, promoveri, & sua auctoritate Cantuariæ consecrari curavit, exegitque, ut juramento promitteret, nunquam se Jus Metropolis repetiturum esse, quo Ecclesia S. Davis antehac potita fuisset. Henrico Rege defuncto, Bernardus Episcopus Eugenium Papam adiit, Jus Metropolis Ecclesiæ suæ vindicaturus. Cumque diu in Curia Papali hoc negotium fuisset prosecutus, Theobaldus Archiepiscopus quoque advenit, querelas movens, quod Bernardus se potestati & Jurisdictioni Ecclesiæ Cantuariensis vellet subtrahere. Quare Pontifex utraque Parte, litem contestante, audita, effato interlocutorio Archiepiscopum Cantuariensem in possessione permanere jussit, ad decidendam vero causam utrumque in Festo S. Lucæ anni sequentis adesse præcepit. Id dispicimus ex epistola Papæ, Meldis vigesima nona Junii, nempe anno millesimo centesimo quadragesimo octavo post Concilium Remense, data. Nulla alicubi occurrit Sententia, quæ hanc litem diremerit. Verum Episcopus S. Davis Suffraganeus Cantuariensis

Sæcul. XII. A.C. 1148.

Eug. ep. 2.

Sæcul. XII. A. C. 1148. Archiepiscopi, ut ante fuit, manſit.

§. XXXII.

Errores Gilberti damnantur.

Otto. 1. Fris. c. 56. *Gaufr. ep. ad Card.* *Alb. & Lib. 3. vit. S. Ber. c. 5. Sup. §. 29.*

Postquam Canones fuissent promulgati, & antequam Concilium Remense solveretur, Papa causam Gilberti Porretani, anno superiore in Concilio Parisiensi agitari cœptam, decidit. Itaque primum Præsules Rerum Ecclesiasticarum peritissimos & propinquos convocavit, quos inter eminebant Geofridus *de Loroux*, Archiepiscopus Burdegalensis, Ecclesiæ Pictavensis Metropolita, Milo Episcopus Teruanensis, & Joscelinus Episcopus Suessionensis, omnes Doctrinæ opinione clarissimi. Adfuere etiam Sugerius Abbas & S. Bernardus. Porro ista in Hebdoma Passionis agebantur, & in cubiculo Pontificis Episcopi conferebant. Gilbertus prima die plurimos Textus Patrum, quorum integra volumina a suis afferri jusserat, prælegit, conquestus, quod sui Adversarii non nisi fragmenta afferrent truncata. Tum Papa, tædio affectus, abrupte petiit, ut ediceret, an crederet, Essentiam Divinam Deum esse. Responditque Gilbertus, quod non crederet. Et protinus S. Bernardus: *Tenemus, quod quærebamus, cito literis mandetur hæc Confessio.*

fessio. Jussit id ipsum Papa. Henricus Pisanus, tunc Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus & postea Cardinalis membranam, calamum, atramentum attulit. Cumque scribere cœpisset, Gilbertus conversus ad S. Bernardum, *id quoque*, ait, *quod tu affirmas scribatur; Divinitatem nihil esse præter Deum.* Cui iterum S. Bernardus pacato animo: *Scribatur stilo ferreo & adamantino, quod Essentia Divina, Divina Forma, Natura, Bonitas, Sapientia, Potentia vere Deus sit.* Aliisque diu de hoc asserto disputantibus S. Bernardus adjecit: *Si hæc forma Deus non est, melior Deo est, quia Deus ab ea Essentiam suam accipit.* Sæcul. XII. A. C. 1148.

De aliis quoque capitibus, quæ in Scriptis Gilberti Porretani reprehensione digna videbantur, multum disputatum. Jamque cunctis in diversa abituris dixerunt Cardinales: quæ exposita fuerunt: audivimus. Nunc qua ratione quæstiones iste solvendæ sint, deliberabimus. Complures ex præsentibus hæc verba offenderunt; unde altera die Archiepiscopi decem, cum magno numero Episcoporum, Abbatum, Doctorum, id est cum tota Ecclesia Gallicana, apud S. Bernardum congregati, ajebant, Cardinales, qui sibi solis hujus causæ judicium reservasse viderentur, ferme omnes Gilberto favere, *quamvis ipsius*

Sæcul. XII. A.C. 1148.

errores eis non probarentur; quare necessarium est, addebant, *ut eis cum Propositionibus Gilberti nostræ Fidei confessionem mittamus, sicque majore cognitione causam hanc judicent.* Ergo quatuor Articulos in chartam referunt, quatuor Gilberti propositionibus oppositos, iisdem verbis, quantum fieri poterat, usi, quibus Fidei suæ Confessionem, ipsius erroribus adversantem, explicabant. Huic Symbolo matura deliberatione composito omnes Episcopi, ceterique, qui separato Conventui interfuerant, subscripserunt. Summa autem hæc erat.

Primo, credimus simpliciter naturam Divinitatis esse Deum, & Deum esse Divinitatem suam. Credimus, non nisi ea Sapientia, quæ est ipse Deus, sapientem esse, non nisi ea magnitudine, quæ est ipse Deus, magnum esse, & sic de ceteris. Secundo, cum de tribus Personis divinis loquimur, ipsas unum Deum, unam Divinam substantiam esse fatemur. Et e converso, cum loquimur de substantia divina, in tribus Personis eam esse dicimus. Tertio, credimus, solum Deum æternum esse, nec ullam aliam rem, sive Relatio, sive Proprietas, sive alio nomine indicetur, æternam esse, quæ non sit Deus. Quarto, credimus, ipsam Divinitatem & Naturam Divinam in Filio

esse

esse incarnatam. Ceterum hujus Symboli auctores non illud timebant, ne Cardinales contrarium pronunciarent, sed ne aliqui eorum efficerent, ut sine ulla Definitione Concilium solveretur. Tum tres viri electi, Hugo Episcopus Antissiodorensis, Milo Morinensis *, & Sugerius Abbas S. Dionysii, qui Confessionis Libellum Papæ & Cardinalibus traderent, dicerentque: Dignitatis vestræ reverentia cohibiti, sermones non tolerabiles dissimulavimus, donec audivimus, quod de hac causa judicaturi sitis. Tenetis confessionem Gilberti scriptam, convenit ut teneatis & nostram, atque non de parte sed de partibus judicetis. Verumtamen id discriminis interest, quod ille confessionem suam vobis tradens promiserit, paratum se esse corrigere, si quid vobis aliud videretur; nos vero hujusmodi conditionem penitus excludimus, & edicimus, nos in ista confessione esse perseveraturos, ac omnino nihil mutaturos. Papa sine cunctatione respondit Delegatis, & omnibus, qui eos miserant, renuntiare præcepit, quod ab eadem ipsorum confessione Romana Ecclesia in nullo prorsus dissentiat, & si aliqui Personæ favere visi fuissent, ipsius tamen Doctrinam nullatenus tueantur.

Sæcul. XII. A.C.1148.

*Teruanensis.

Sæcul. XII. A.C. 1148.

Itaque totum Concilium Remis in Palatio, quod, ob figuram duplicis patibuli, *Tau* dicebatur, convenit, ubi Episcopus Pictavienſis de ſingulis articulis interrogatus libere retractavit, dicens; *Si aliter dicitis, & ego. Si aliter ſcribitis & aliter creditis, & ego.* Tunc vero Papa, conſentiente toto Concilio, illa Capitula damnavit, diſtricte præcipiens, ne eumdem librum legere vel transſcribere etiam ſic reprobatum quis auderet, niſi prius eum Romana Eccleſia correxiſſet. Cumque reſponderet Gilbertus Epiſcopus: *Ego corrigam ad arbitrium veſtrum*, dixit Papa: *non tibi committetur hæc correctio.*

Præterea quædam chartæ, alios etiam errores continentes, quas Gilbertum docuiſſe Diſcipuli ejus teſtatum faciebant, publice laceratæ ſunt. Ceterum in hac cauſa Gilberti Porretani potius ſecutus ſum narrationem Monachi Geofridi, poſtea Abbatis Claræ-vallenſis, in Concilio Remenſi præſentis, quam Scripta Ottonis Friſingenſis, tunc in Syria agentis, qui Gilberto plus æquo favere videtur (*).

Haud

(*) Ex deſcriptione Ottonis Friſingenſis, de eo, quod Epiſcopi Franciæ cum S. Bernardo Symbolum Fidei obtulerint, & adjecerint, ſe

in

Haud diu post S. Bernardus, Commentarios suos in Cantica prosequens, fortiter oppugnat recentiores Dialecti- Sæcul. XII. A.C.1148.

 cos, *Serm.* 80. n. 6.

in illa Confessione nihil unquam mutaturos, ista referuntur; *Quod Gallicanæ Ecclesiæ factum tam graviter Sacer Cardinalium Senatus accepit, ut cum magna mentis indignatione curiam intrarent .... & una voce Pontifici suo dicerent: scire debes, quod a nobis, per quos tanquam per cardines Universalis Ecclesiæ volvitur axis, ad Regimen totius Ecclesiæ promotus .... jam deinceps te non tuum sed nostrum potius esse oportet .... Sed quid fecit Abbas* * *tuus & cum eo Gallicana Ecclesia? nobis inconsultis fidem suam scribere præsumpserunt .... Quos Romanus Pontifex blando mitigans alloquio, Abbate ad se vocato .... de hoc facto inquirit .... cui ille humiliter; se vel Dominos Episcopos nihil de præfatis Capitulis definivisse &c.* * S. Bern.

Hic dicunt Cardinales, quod per eos tanquam per Cardines Universalis Ecclesiæ volvatur axis. Transeat in suo sensu; certum tamen est, quod Cardinales auctoritatem, jurisdictionem & potestatem a solo Summo Pontifice habeant, a quo ad hanc dignitatem & officium libere adsciti sunt. Verum Episcopi, etiamsi Romano Pontifici sint subordinati, sunt tamen totius Ecclesiæ Catholicæ Judices nati, & a Spiritu Sancto instituti. Act. cap. 20.

Ceterum in eo errasse videtur Gilbertus, quod putaverit, illud salvari non posse, solum

Sæcul. XII. A. C. 1148.

cos, seu magis Hæreticos, ut ipsos appellat, dicentes, Attributa Divina, Magnitudinem seu Potentiam, Bonitatem, Sapientiam, Justitiam Dei non esse Deum, id ipsum de Divinitate etiam affirmantes. *Si Divinitas*, inquit Bernardus, *Deus non est, vel aliquid aliud, vel nihil est? Si aliud est, vel est aliquid Deo minus, vel majus, vel æquale?* Tum singularum istarum propositionum errorem ostendit. De Magnitudine Dei deinde differens, ait, *Deus non alia ratione magnus est, quam illa magnitudine, quæ cum Deo una res est. Secus enim ista Magnitudo ipso Deo major esset.* Aug. V. Trin. c. 10. *Hæc loquor*, addit, *accepta ex ore S. Augustini, qui terribilis Hæreticorum malleus fuit.* Memorat deinde Gilberti errores in Concilio Remensi fuisse damnatos, at protestatur, quod ejus personam non

---

lum Dei Filium fuisse incarnatum, si Natura & Essentia Divina, tribus Personis communis, in filio carnem assumpsisset.

In Natali Alexandro de Gilberto Porretano ad Sæc. XII. istud legitur p. 181. *Quamobrem a Gilberti Porretani errore vel nihil vel parum discrepat opinio Scoti; qui circa notionem & intelligentiam nostram per se ab Essentia Divina differre proprietates, & inter se se ipsas existimat.* Tandem Gilbertus Episcopus Pictavienſis errantium & pœnitentium numero, non autem Hæreticorum catervis merito accenseri potest.

non damnet, cum humili mente Episcoporum judicio acquieverit. Sæcul. XII. A.C.1148.

§. XXXIII.

Milo Episcopus Teruanensis.

Milo Episcopus Teruanensis, cui præter alios in Concilio Remensi causæ Gilberti Porretani examen commissum est, inter illustrissimos Franciæ Præsules non ultimum locum tenebat. Is in oppido *Selincourt*, Diœcesis Ambianensis in lucem editus, postea Institutum Præmonstratense sub regimine S. Norberti amplexus est, qui eum haud diu post primum Abbatem Monasterio S. Joscelini in Silva, quod hodie domus S. Martini dicitur, anno millesimo centesimo vigesimo secundo fundato, in Diœcesi Ambianensi, præfecit. Exinde, annis octo elapsis, Sancto Joanne Episcopo Teruanensi ad meliorem vitam translato, cum magna populi pars Balduinum, Theodorici Flandriæ Comitis fratrem natu minorem, sibi Episcopum exoptaret, sed eum Rainaldus Archiepiscopus Remensis, atque illius provinciæ Suffraganei, tanto oneri ferendo imparem repulissent, Clerici Milonem Abbatem sibi Episcopum elegerunt, qui Innocentio Papa II. nam tunc in Francia versabatur, electionem confirmante, Die Dominica, decima quinta Februarii, *Bibl. Præm. p. 459.*

Sæcul. XII. A.C. 1148. anno milleſimo centeſimo trigeſimo primo, ab Archiepiſcopo ordinatus, illam Sedem annis viginti ſeptem tenuit. Ceterum complura Monaſteria Ordinis ſui Præmonſtratenſis condidit, & ab eximiæ humilitatis ſtudio commendatur.

§. XXXIV.

Guilielmus Archiepiſcopus Eboracenſis deponitur.

vit. ap. Broll. to. 20. p. 138. In Concilio Remenſi Guilielmus Archiepiſcopus Eboracenſis depoſitus. Innocentio Papa defuncto, quo ſedente ordinatus fuerat, S. Bernardus data ad electum Papam Cœleſtinum II. vehementiſſima Epiſtola, eum excitavit ad ſtabiliendam Anteceſſoris ſui ſententiam, quam neutiquam ut par fuiſſet executioni mandatam dicebat, quia Archiepiſcopus conſecratus fuiſſet, etſi Decanus Eboracenſis juramentum pro ejus cauſa edere detractaſſet. Guilielmum hominem eſſe infamem affirmare non dubitat, bisque in Sedem Archiepiſcopalem, ſemel a Rege & ſecundo a Legato intruſum. Ad Cardinales quoque S. Abbas Epiſtolam dedit, acerrimo ſtilo, atque ex utraque diſpicimus, quam gravibus præjudiciis mens ejus ex aliorum dictis occupata fuerit in Archiepiſcopum, virum ſanctitate conſpicuum. Quare, cum hic

Sup. Lib. LXVIII. §. 77.

ep. 235.

ep. 236.

Præſul

Præsul, Nunciis Romam missis, solemni ritu petiisset, Pallium sibi concedi, denegavit illud Papa, eumque ad dicendam causam Romam venire jussit. Non simili rigore in Archiepiscopum Lucius Papa II. usus est, nam cum eum Henricus Episcopus Wintonienſis Pontifici reconciliasset, obtinuit, ut Pallium Archiepiscopo, nepoti suo, mitteretur, per Imarum Cardinalem, qui cum Legati potestate in Angliam trajecit. Verum Guilielmus Legatum adire neglexit; cum enim more Principum fuisset educatus, licet multis virtutibus clarescceret, socordiam tamen non nunquam non satis abigebat, fugiebatque laboris molestiam. Ita Pallium accipiendi occasionem elabi passus est. Eugenio Papa deinde in Sedem Apostolicam evecto, Guilielmus Archiepiscopus ad eum se contulit, Pallium petens, favebatque ipsi Cardinalium Collegium; sed S. Bernardus, datis in hac causa duabus ad Papam Epistolis, omni virium contentione obsistit. Quare intelligens Archiepiscopus se Romæ nihil agere, in Siciliam ad Regem Rogerium affinem suum navigavit. Inter hæc in Anglia quidam Viri nobiles, Guilielmo sanguinis propinquitate juncti, indignantes Archiepiscopum Romæ nihil impetrare potuisse, prædium Abbatiæ Fontanensis igne vastant; quod factum Euge-

Sæcul. XII. A.C. 1148.

ep. 239. 240.

Sæcul. XII. A.C. 1148.

Eugenii Papæ animum multo magis exacerbavit. Tandem Clerici Ecclesiæ Eboracensis in Concilio Remensi veteres querelas adversus Guilielmum Archiepiscopum repetunt, duce quodam Henrico Murdaco, novo Abbate Fontanensi, viro quondam sub Turstaino Archiepiscopo in Ecclesia Eboracensi totaque provincia sanguinis nobilitate, Dignitatibus, & divitiis, quibus abundabat, eximio; sed deinde relictis omnibus Claravalle sub disciplina S. Bernardi monachum indutus, virtutum splendore & Regulæ amore inter fratres eminuerat.

Ergo in Concilio Remensi Guilielmus Archiepiscopus accusatur, quod nec Canonice electus, nec legitime consecratus esset, sed Regis auctoritate intrusus. Cumque hujus rei convictus fuisset, Albericus Episcopus Ostiensis contra eum sententiam Depositionis, nomine Papæ, protulit, addita causa, quod ante electionem a Stephano Rege nominatus fuisset. Verumtamen ista sententia, adversante consilio majoris partis Cardinalium, pronunciata est. Tum Papa, datis ad Guilielmum Episcopum Dunelmensem, atque ad Capitulum Cathedrale Eboracense literis, intra quadraginta dies alium Archiepiscopum eligi jussit. Ipsi in vigilia S. Jacobi vigesima quarta Julii conveniunt, & major quidem Canonicorum

nicorum pars Hilario, Episcopo Cice- Sæcul. XII.
strienſi, ſua ſuffragia contulit, ſed ceteri A.C. 1148.
Henricum Murdacum Abbatem elegerunt, quam electionem Papa, cum Antisſiodori verſaretur, confirmavit, & Dominica ſecunda in Adventu, die decima quinta Decembris, Treviris exiſtens Henricum ſuis manibus conſecravit.

Guilielmum Archiepiſcopum, ex Sicilia revertentem, Epiſcopus Wintonienſis, ejus Avunculus, in ſuum recepit Palatium. Optionem fecit; eligeret ipſe quamcunque ſuæ ditionis domum, & tot domeſticos, quot vellet, qui ipſi eo, quo Archiepiſcopum coli deceret modo, famularentur. Guilielmus prædium in Territorio hujus Epiſcopi poſitum elegit, ubi in ſolitudine nulli rei, niſi pœnitentiæ intentus, verſatus eſt. Depoſitionis probrum ſumma patientia tulit, non conquerens, nec Adverſariis ſuis iraſcens, nec illis aures præbens, qui ſe contra inimicos incitarent. Lectioni & orationi totus vacabat, ſuperioris vitæ errata ſincere emendans.

§. XXXV.

Saviniacum Ciſtercio jungitur.

In eodem Concilio Remenſi adfuit Serlo, Abbas Saviniacenſis, numero quartus, petiturus, ut ſua Congregatio Ciſtercienſi jungeretur. S. Vitale defuncto

Sæcul. XII. A.C.1148.

cto, Monachi Saviniacenſes una voce Abbatem ſibi elegerunt Geofridum, Virum nobilem, Bajocis natum. Qui Monachum in Abbatia Cerafienſi illius Diœceſis profeſſus, deſiderio poſtea majoris perfectionis impulſus cum Serlone *de Valbodon* *, amico ſuo, quem ad amplectendum idem Inſtitutum pertraxerat, diſceſſit, & Saviniaci Diſciplinæ S. Vitalis ſe ſe tradidit. Poſt annos exinde tres, nempe circa annum milleſimum centeſimum decimum ſextum, Geofridus primum Prior Saviniacenſis, & tandem Abbas, licet invitus, anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo eligitur. Diſciplinæ rigorem, prius jam magnum, auxit, & munificentia complurium Optimatum adjutus permulta fundavit monaſteria, ac inter alia Vallem Cerniacenſem in Diœceſi Pariſienſi anno milleſimo centeſimo vigeſimo octavo, Fucardi Montem in Diœceſi Rotomagenſi anno milleſimo centeſimo trigeſimo, & Alnacenſe * in Diœceſi Bajocenſi anno milleſimo centeſimo trigeſimo primo. In Anglia quoque complura monaſteria condidit, obiitque anno ſalutis milleſimo centeſimo trigeſimo nono, poſtquam Abbatiam Saviniacenſem totamque Congregationem annis ſexdecim rexiſſet. Complura miracula in vita & poſt fata edidiſſe fertur.

* Vallis Bodonis

Orderic. lib. 8. p.

* Aulnaiæ.

Geofri-

Geofrido ſubrogatus eſt Evanus, cognomento Anglus, ſcientia & pietate inſignis, primis S. Vitalis Diſcipulis adſcriptus, cui, cum uno non plus anno Saviniacenſibus præfuiſſet, ſucceſſit Serlo, S. Geofridi Diſcipulus, anno milleſimo centeſimo quadrageſimo. Sæcul. XII. A.C.1148.

Is quatuor Abbatias eodem anno fundavit, atque inter alias Domum Dei Trappenſem in Diœceſi Sagienſi *, quæ annis abhinc quinquaginta celebratiſſima evaſit. Magna ſubditos conſtantia regebat, ſingulis annis Capitula generalia convocans; quia vero non nulli Abbates Angliæ, neglectis mandatis non veniebant, Serlo, Abbatibus Franciæ & quibusdam Angliæ ad conſilium vocatis, monaſterium ſuum totamque ſuam Congregationem S. Bernardi Diſciplinæ ſubjicere ſtatuit. Hunc ergo in finem, cum ad Concilium Remenſe cum Osmundo Abbate Babeccenſis monaſterii, quod erat Saviniacenſium colonia, ſe contuliſſet, ipſum S. Bernardus in conſpectum Pontificis deduxit, quo propoſitum approbante, eodem anno milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo, ad Capitulum generale Ciſtercienſium, S. Bernardo auctore, admiſſi ſunt. Congregatio Saviniacenſis autem tunc temporis triginta tribus virorum monaſteriis, non computatis Virginum familiis, conſtabat. *Chron. Sav. to.2. Miſc. Baluz. p.311 Martenne.*

* Sées

Hanc

Sæcul. XII. A.C. 1148.

Hanc conjunctionem Eugenius Papa, Bulla Remis anno milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo, undecima Aprilis, data confirmavit. Repugnabant equidem quidam in Anglia Abbates, ſed tandem poſt multas querelas omnes ſe ſe Monaſterio Claræ vallenſi ſubmiſerunt.

Collect. to. 1. p. 61.

Ipſe Serlo in iſtud Monaſterium ſe recepiſſet, niſi obſtitiſſet S. Bernardus, qui ei quemdam monachorum ſuorum Theobaldum nomine miſit, ut Saviniacenſes Ciſtercienſium mores doceret. Illi, dimiſſo veſtitu cineracei coloris, album, ceteraque omnia apud Ciſtercienſes uſitata receperunt. S. Bernardo ad Superos translato, Serlo Claramvallem convolavit, ubi anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo ſancto fine quievit. Non nulli Sermones ab eo compoſiti ad noſtram usque ætatem pervenerunt. Hic finis fuit Congregationis Saviniacenſis, cujus Hiſtoriam potiſſimum accepi ex Commentario, a Reverendo Patre Domino Claudio *Auvry* illius Abbatiæ Priore mihi amice communicato.

Bibl. Ciſterc. to. 6. p. 107.

§. XXXVI.

Primatus Toletanus.

Mariana X. hiſt. c. 20. Sup. lib. LV. n. 25.

Raimundus Archiepiſcopus Toletanus Remos ad Concilium proficiſcens, cum Pariſios & ad Monaſterium S. Dionyſii

nysii divertisset, comperit, ibi servari Reliquias S. Eugenii Martyris, qui primus Toletanorum Episcopus fuisse dicebatur. Ex quo sequitur, S. Gerardum Brognienſem non totum, sed solummodo corporis partem ante annos centum & viginti abstuliſſe. Exinde Rex Ludovicus junior brachium a corpore avulsum Regi Castiliæ dono dederat. Ubi Raimundus Archiepiscopus Remos pervenit, nomine Domini sui, Regis Castiliæ, querelas movit, quod Eugenius Papa Titulum Regis Portugalliæ Alphonso Henriquez ea conditione concessisset, ut censum annuum quatuor librarum auri ad ærarium Pontificis conferret, qua re jura Regni Castiliæ læderentur. Querebatur præterea Archiepiscopus Toletanus, quod Archiepiscopus Bracarensis ipsiusque Suffraganei Primatum Ecclesiæ Toletanæ agnoscere recusarent. Verisimile autem est eos ideo Superiorem detrectasse, quod Portugallia Regni prærogativam consecuta esset.

Sæcul. XII. A.C. 1148.

Roderic. Tolet. VII. hist. c. 6.

Ut his querelis satisfaceret, Eugenius Papa, data ad Alphonsum VIII. Regem Castiliæ Epistola, dicebat, nunquam sibi voluntatem fuisse Dignitatem aut jura Regni ipsius minuendi, promittebatque, se expeditionis contra Infideles in Regno Castiliæ suscipiendæ Fautorem futurum. Nempe, ut conjicio, pollicebatur, se il-

ep. 74.

Sæcul. XII. A.C.1148.

lam Indulgentiam, quæ Crucigeris in Oriente tribui solebat, militantibus in Hispania daturum esse. Tum in illa Epistola subjungit: *Præterea ut Bracarensis Episcopus ejusque Suffraganei Toletano Archiepiscopo tanquam suo Primati obediant, mandavimus & volumus observari, atque ideo Bracarensis sententia suspensionis tenetur innodatus.* Et inferius: *Ad indicium autem bonæ voluntatis & gratiæ nostræ, qua te prosequimur, Rosam auream, quam singulis annis Romanus Pontifex Dominica quarta Quadragesimæ portare consuevit, per Episcopum Segovienſem tibi transmittimus. Quia vero Episcopos & Abbates Regni tui Concilio Remensi interesse jussisti, id precibus tuis damus, eosque, qui non venerunt, a prolata suspensionis sententia absolvimus.* Hæc Epistola in Territorio Lingonensi vigesima septima Aprilis data est. In alia Epistola Eugenius Papa mentionem facit, quod, rogatus ab eodem Rege, Archiepiscopo Compostellensi privilegium concesserit, quo sibi procedenti Crucem præferri jubere posset. De Rosa aurea, quam Papa in Dominica quarta Quadragesimæ benedicebat, alibi mentionem fecimus.

ep. 75.

Sup. lib. LXIV. n. 36

Bernardus quoque Archiepiscopus Tarraconensis Ecclesiæ Toletanæ Primatum venerari nolebat, iisdem motus argu-

argumentis, quæ Bracarensis afferebat, nempe quod in alio Regno degeret, sub potestate Raimundi Berengarii, qui ex Comite Barcinonensi Rex Arragoniæ anno millesimo centesimo trigesimo octavo salutatus fuerat. Bernardus Concilio Remensi interfuit, ubi Papæ eum compellere volenti, ut Archiepiscopum Toletanum tanquam suum Præpositum reciperet, respondit; sibi nuper Archiepiscopo electo jura sua necdum satis perspecta esse, promisitque, se postquam ad Ecclesiam suam rediisset, hac de re suorum consilia exquisiturum esse. Sæcul. XII. A.C. 1148. ep. 82.

Tandem Archiepiscopus Bracarensis Raimundo Archiepiscopo Toletano se subjecit, quod ex quadam Eugenii Papæ Epistola discimus. Raimundo autem jam sene paulopost, videlicet die Mercurii nona Augusti anno millesimo centesimo quinquagesimo satis functo successit Joannes Episcopus Segoviensis, qui cum Eugenium Papam adiisset, impetravit, ut Primatus suus, Bulla decima tertia Februarii anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo data, confirmaretur. Episcopatus Ecclesiæ Toletanæ Suffraganei, Oxomanus, Segoviensis, Saguntinus, Palentinus recensentur. Adjicit Pontifex reliquas Ecclesias, quæ antiquis temporibus Toletanæ subjacebant, ad Caput suum redituras esse, cum Domi- ep. 72.

Sæcul. XII. A.C.1148.

nus Omnipotens eas Christianorum restituerit potestati. Eidem Archiepiscopo Pontifex illas subdit Diœceses, quæ Saracenorum irruptione Metropolitas suos amiserant, donec iterum in Christianorum ditionem redigantur. Præterea Papa aliis quoque Episcopis Hispaniæ universim & speciatim Bernardo Tarraconensi scripsit jubens, ut Joannem Archiepiscopum Toletanum Primatem suum venerarentur. Non vero apparet, Tarraconensem eo adductum fuisse, ut Toletano obedientiam promitteret.

ep. 80. 79.

ep. 83.

Inter Epistolas Eugenii Papæ aliqua occurrit, ad Clericos populumque Toletanum directa, in qua dicit, ad notitiam suam deveniſſe, quod illi, qui Mozarabes nuncuparentur, Archiepiscopo obedientiam denegarent, Ecclesias de manu Laicorum reciperent, & in Sacramentis Missarum, aliisque Divinis Officiis, Tonsura quoque Clericali & vestimentis antiquam suam consuetudinem, a ritu Ecclesiæ Romanæ diversam, sequerentur. Hinc Papa districte jubet, ut diserte moneantur; deinceps in nulla re a Catholica Ecclesia dissentire non præsumerent, & Præsuli suo obedientiam exhiberent, nisi ex illa provincia ejici vellent. Ceterum Mozarabes erant veterum Christianorum posteri, qui sub Musulmannorum Dominatu in Hispania

reman-

remanserant. Inde autem dispicimus, quantum antiquis suis consuetudinibus inhæserint, illis non obstantibus, quæ ante annos sexaginta acta fuerant. Sæcul. XII. A.C.1148.

Sup. Lib. LXIII. n. 56.

§. XXXVII.

Revelationes S. Hildegardis.

Concilio Remensi soluto, Eugenius Papa III. Treviros cum duodecim Cardinalibus, multis Episcopis & Abbatibus comitantibus, venit, invitatus ab Adalberone ejusdem civitatis Archiepiscopo, qui Papam cum ceteris qui aderant omnibus in cibo ac potu ex propriis sumptibus per menses tres copiosissime sustentavit. Papa Synodum ibidem celebrante, eo se contulit Henricus Archiepiscopus Moguntinus, cum Clericorum suorum præcipuis, Papam consulturus de Revelationibus Hildegardis Monialis, sanctitatis opinione clarissimæ. Ea lucem primo aspexerat anno millesimo nonagesimo octavo, parentibus genere & virtute conspicuis, qui filiam prima ætate Dei servitio manciparunt, hoc augurio potissimum permoti, quod parvula Hildegardis, quamprimum loqui incepit, tam verbis quam signis proderet, se quædam insolita conspicere. Ubi ad annum vitæ decimum octavum pervenit, cellulæ inclusa est Disembergæ, nempe in Monte S. Disibodi, cum quadam

to. 10. Conc. p. 1128 ex Trith. Chro. Hirs. an. 1150. vit. S Hild. lib. 1. c. 4 ap. Sur. 17. Sep. c. 1.

Sæcul. XII. A.C. 1148.

piissima Virgine, nomine Jutta, quæ Hildegardem ad omnem innocentiam & humilitatem instituit, ac Psalterium simpliciter legere docuit. Ipsa in via virtutum proficiebat, sed tantis capitis doloribus aliisque infirmitatibus premebatur, ut raro erecta ingredi posset. Nihilominus vero usque ad annum octogesimum secundum vitam produxit.

Hildegardis, annos nata quadraginta duos & septem menses, vidit Cœlum aperiri, ignemque lucidissimum, non urentem, sed leniter calefacientem, caput suum, cor, totumque pectus, penetrare. Protinusque scientiam Psalterii, Evangelii, ceterorumque veteris & antiqui Testamenti librorum accepit, ita ut sensum explicaret, quamvis verba secundum regulam Grammaticæ non intelligeret, nec linguæ Latinæ nec Grammaticæ gnara. Post complures exinde annos vocem audivit se jubentis ea scribere, quæ visura & auditura esset. Sed sexus sui verecundia, & timore prohibebatur, ne vulgi rumoribus & temerariis judiciis occasionem præberet. Verumtamen motu interno stimulata, & diuturno morbo cruciata, angustias suas cuidam monacho, conscientiæ suæ moderatori aperuit, qui rem ad Abbatem suum detulit. Abbas saniore Congregationis suæ parte ad consilium adhibita,

ta, postquam etiam Hildegardem interrogasset, præcepit, ut quæ jubebatur literis mandaret. Illa ergo tunc primum scripsit, & ecce, subito sanatur & lecto se proripit. Cum res hæc Abbati neutiquam a prodigio abesse videretur, noluit eam inter Monasterii sui parietes perire, sed Moguntiam profectus Archiepiscopo Clericisque quæ vidisset exposuit, & Scripta Hildegardis obtulit. Sæcul. XII. A.C. 1148.

Hæc itaque Archiepiscopum ad consulendum Papam impulerunt, qui ut omnia accurate exploraret, ad monasterium Hildegardis misit Alberonem Episcopum Virdunensem, Albertum ejus Primicerium, aliosque viros doctos, ut ex ipsius Sanctimonialis ore, sine tumultu aut vana curiositate cuncta perciperent. Respondit illa magna animi simplicitate & candore. Quod cum Episcopus ad Papam retulisset, is sibi Scripta Hildegardis afferri jussit, eaque manibus suis tenens præsente Archiepiscopo, Cardinalibus, omnibusque Clericis legit, tumque illa etiam narravit, quæ a se ad eam missi retulerant, cunctis qui hæc audiebant Deo gratias agentibus. S. Bernardus quoque præsens, quæ de Sancta hac Virgine sciebat, manifestavit. Ad eam enim inviserat, cum Francofordiam diu ante petiisset. Epistolam etiam ad eam dedit, in qua gratiam a Cœlo acceptam c. 4. ep. 366.

Sæcul. XII. A. C. 1148.

ei gratulatur, hortaturque, ut Divinis favoribus digne reſpondeat.

Ergo S. Bernardus cum omnibus præſentibus Papam rogare, ut tantam gratiam, quam Deus, ipſo S. Petri Cathedram tenente, Eccleſiæ ſuæ exhibuiſſet, evulgaret, ſuaque auctoritate confirmaret. Eugenius Papa eorum conſilium amplexus, datis ad Hildegardem literis, hortatur, ut acceptam a Deo gratiam humilitate conſervare ſatageret, & quæ in ſpiritu viſura eſſet, ſalvis prudentiæ legibus revelaret. Præterea licentiam tribuit, qua in loco, ſibi cœlitus indicato, cum ſororibus ſuis, conſentiente Epiſcopo, monaſterium conderet, ibique intra clauſtra ſecundum Regulam S. Benedicti degeret. Hic vero locus Mons erat S. Ruperti prope Bingium ad Rhenum, leucis quatuor infra Moguntiam poſitus, ita dictus a quodam Dynaſta, qui in Sæculo nono luce fruebatur, poſt obitum vero, illo honore, quo Sancti ſolent, die decima quinta Maji colitur. Hildegardis itaque in hunc locum cum Virginibus octodecim, nobili genere ortis, quæ famam ipſius ſecutæ ſe ei junxerant, migravit, ibique Prima Abbatiſſa ſorores rexit. (*)

Boll. to. 14. p. 503. Trith. Chro. Span. an. 1148.

§. XXXVIII.

(*) In Chronico Hirſaugienſi pag. quadringenteſima vigeſima ſecunda hæc leguntur: *Scri-*

Sæcul. XII.
A. C. 1148.

§. XXXVIII.

Papa Claravalle.

Eugenius Papa, in Franciam reversus, Claramvallem divertit, ubi humilitatis studio & Regularis observantiæ amore, eximium toti Congregationi exemplum dedit. Nulla linea sed lanea tunica ad carnem tegebatur, diu noctu-

vit. S. Bern. lib. 2. c. 8. n. 50.

Scripserunt ad Hildegardem literas seu Epistolas multi se orationibus illius commendantes & monita ex ore ipsius Divina præstolantes, inter quos nunc memoriæ occurrentes isti fuerunt: Conradus Rex III. Fridericus Imperator I. Eugenius Papa III. Anastasius Papa IV. Adrianus quoque Papa IV. Adriani quoque Successor Alexander Papa III. Patriarcha Jerosolymitanus, Patriarcha quoque Aquilegiensis Henricus. Arnoldus & Christianus, Moguntini Archiepiscopi & Trevirenses. Archiepiscopi Colonienses. Archiepiscopi Bremenses. Archiepiscopus Salzburgensis. Archiepiscopus Magdenburgensis. Archiepiscopus Ravennensis . . . Tum recensentur Episcopi Germaniæ & Franciæ quatuordecim. Abbates triginta duo, & Præpositi Regulares sexdecim. Abbatissæ etiam multæ, Presbyteri Sæculares, Monachi & Conventus, Philosophi & Magistri doctissimi . . . *Quibus omnibus Christi famula literas ad interrogata misit Responsales, quemadmodum per Divinam Revelationem didicit singulis esse rescribendum.*

Sæcul. XII. A.C. 1148.

que cucullo vestitus. Ut Majestatis decus servaretur, segmentata ei circumferebantur pulvinaria, lectus ejus palliis splendidis operiebatur, & cortina ambiebatur purpurea, sed revolutis operimentis nihil, nisi paleæ, superinjecta stragula lanea, suberat. Cum toti Congregationi loqueretur, lacrymas non tenebat nec suspiria, hortabatur, consolabatur, morabatur inter eos non Domini sed fratris speciem referens. Verum tot homines, qui Curiam Summi Pontificis sequebantur, pauper monasterium diu alere non valuit. Adfuit tamen Eugenius eodem anno Capitulo Abbatum Cisterciensium generali, non ut Præses aut Papa, sed tanquam hujus Ordinis membrum.

Tandem in Italiam reversus, feliciter emenso itinere, Romam pervenit.

§. XXXIX.

S. Gilbertus Sempringamensis.

Gilbertus Sempringamensis ad hoc Capitulum advenit, & Congregationem, quam nuper instituerat, Ordini Cistercienſi juncturum se esse pollicitus est. Erat is ex gente Anglorum in provincia Lincolnienſi anno milleſimo centeſimo octogeſimo tertio natus, cui, postquam literis operam dedisset, parens duas Parochias

vit. Monast. Angl. to. 2. p. 669.

rochias Sempringamenſem & Tiringtinenſem, quarum Eccleſiarum ipſe Patronus fuit, contulit. Verum congruam ſuæ ſuſtentationi partem ex una Parochia percipiens, cunctos alterius reditus ſpargebat in pauperes. Necdum Ordinibus erat initiatus, nec illas Parochias alio jure quam Perſonatus poſſidebat, ut illa ætate loquebantur, officio enim Parochi fungebantur Vicarii, ſecundum abuſum, tunc vigentem, quo perceptio redituum & officium ſeparabantur. Atque hic ipſe eſt abuſus, quem, ut memoravi, Eugenius Papa in Concilio Remenſi damnavit. Gilbertus poſtea Curiam Alexandri Epiſcopi Lincolnenſis ſecutus, ab eo Presbyter invitus ordinatus eſt. Cumque ei etiam Epiſcopus munus Archidiaconi in Eccleſia ſua committere pararet, recuſavit honorem Gilbertus, dicens, nullam breviorem ad infernum viam quam per officium Archidiaconi ſe ſcire, ſi animam ſuam perditam vellet. Videlicet Archidiaconi adminiſtrabant Jurisdictionem Eccleſiaſticam, quod ingens erat avaritiæ irritamentum.

Sæcul. XII. A. C. 1148.

Boll. 4. Febr. to. 3. p. 565.

vid. Cang. Gloſſ. perſona.

Quia igitur Gilbertus facultates ſuas in pauperes effundere ſtatuerat, piamque fundare Congregationem; & viri deerant, qui tanto diſciplinæ rigori, quantum ipſe exoptabat, colla ſubmittere

Sæcul. XII. A.C. 1148.

tere vellent, septem egregiæ virtutis Virgines collegit in Parochia sua Sempringamensi, easque prope Ecclesiam S. Andreæ, consilium & auxilium præstante Alexandro Episcopo, cellulis solemni ritu inclusit, in clausstro perpetuo vitam exacturas. Necessaria accipiebant per fenestram, quæ eis quædam puellæ inopes deferebant, veste sæculari utentes. Postea vero, non nullis eximiæ prudentiæ viris consilium suggerentibus, has quoque puellas, satis institutas & probatas, editis votis, habitum Regularem induere jussit. Viros etiam dedit, qui agriculturæ & graviori labori vacarent; Virginibus autem vitæ rationem duram, & vestimenta aspera præscripsit, quod summam humilitatem & mundi contemptum profitentes decebat.

Cum novum institutum omnibus probaretur, complures Angliæ Optimates Gilberto fundos & census obtulerunt, quibus similia Monasteria conderet. Multas Opes Alexander Episcopus, & multo majores Rex Henricus contulit; sed Gilbertus hæc beneficia tremebundus & quasi vi compulsus accipiebat, quin aliqua etiam rejiciebat, quod esset paupertatis amantissimus, timeretque, ne sibi ambitio & superbia subreperent, si tantam vim hominum suo nutui & potestati subjectam conspiceret.

Eo

Eo igitur Consilio Gilbertus ad Capitulum Cistercienſium venit, Eugenio Papa præſente, tot familiarum curam, quod onus viribus ſuis majus exiſtimabat, ab humeris ſuis depoſiturus, & in Ciſtercienſes rejecturus, quorum caritatem in ſuſcipiendis hoſpitibus noverat, & in obſervantia Diſciplinæ monaſticæ, utpote in primo fundati Ordinis ſui fervore, diligentiſſimos non ignorabat. Ei vero Papa ceterique Abbates Ciſtercienſes reſponderunt, non ſibi licere alterius Inſtituti Religioſos regere, & multo minus feminas. Quamobrem omnium ſuffultus conſilio Papa Gilberto præcepit; ut, de gratia Dei confidens, opus quod inchoaſſet, perficeret. Excuſabat ſe ille, dicens, quod annos vitæ numeraret ſexaginta quinque, & tanto oneri ferendo par non eſſet. Sed Pontifici viſum, eum eo magis implendo muneri idoneum eſſe, quo magis difficilem animarum curam refugeret. Edixit etiam Eugenius, dolere ſe, quod viri eximiam pietatem non antea habuiſſet ſibi perſpectam, quem Archiepiſcopali Eccleſiæ Eboracenſi præfeciſſet. In illo itinere Gilbertus arcto amicitiæ fœdere S. Malachiæ Hiberno, & S. Bernardo junctus eſt, ſæpe cum his ſolis nullo alio arbitro verſatus. Uterque hoſpiti Baculum paſtoralem, quo uti ſolebat, dono dedit,

Sæcul. XII. A.C. 1148.

Sæcul. XII. A. C. 1148.

dedit, & S. Bernardus Stolam quoque & Manipulum adjecit.

Gilbertus, in Angliam redux, viros Ecclesiasticos adjutores adscivit, qui secum illas Moniales regerent, atque ita ipso Auctore duæ Congregationes exortæ sunt, ista Virginum, servantium Regulam S. Benedicti, altera Canonicorum Regularium, sub Regula S. Augustini militantium, utrique dedit Constitutiones scriptas, ab Eugenio Papa ejusque deinde Successoribus confirmatas. Tum, Deo labori ipsius benedicente, Monasteria tredecim, nempe Canonicorum quatuor, & Monialium novem, plus quam duo millia animarum complectentia, condidit. Præterea Gilbertus complura Hospitia ad suscipiendos ægrotos, leprosos, viduas, orphanos ædificavit. Rigidam tenebat vitæ rationem, carnibus nunquam vescebatur; & in Adventu ac in Quadragesima a piscibus quoque abstinebat, ad mensam vasa lignea vel argillacea, & cochlearia cornea adhibebat. Nunquam vestibus pelliceis utebatur, eodemque pallio in hyeme ac in æstate tegebatur. Color vestimenti ejus cineraceus erat, diuque nec habitum induit, nec Regulam Canonicorum Regularium professus est. Cum vero ejus Discipuli Magistrum monuissent, timendum esse, ne sub hoc præ-

prætextu, si ipse fatis functus fuisset, eis Præpositus vel alterius instituti, vel Sæcularis imponeretur, vestem Canonicorum recepit de manu cujusdam viri ex sua Congregatione, quem majora merita super alios extollebant, ei obedientiam promisit, edidit vota Religionis, eumque quoad in vivis fuit, tanquam suum Præpositum coluit. Sæcul. XII. A. C. 1148.

§. XL.

Stephanus Obasinensis.

Stephanus quoque, Abbas Obasinensis, Eugenium Papam apud Cistercienses commorantem, simili impulsus consilio adiit. Is in Territorio Lemovicensi parentibus mediocris fortunæ natus, postquam Scientiæ rerum Ecclesiasticarum vacasset, in Sæculo tamen remansit, familiæ suæ & pauperum curam gerens. Sed postea Presbyter ordinatus, totum se Deo dicare statuit, cœpitque rigidam vitæ rationem amplecti, & magna vi fructuque prædicare. Ex lectione, cui ad erudiendos alios vacabat, natum est ei desiderium, relictis omnibus, in paupertate perfecta Jesum Christum sequendi. Cum igitur hac de re Stephanum Mercuriensem *, olim S. Roberti de Casa Dei Discipulum, consuluisset, suasit ille Vir Sanctus, ut quantocius pium propositum exsequeretur

Vit. 4 Miscel. Baluz. p. 69. Boll. 8. Mart. to. 6. p. 800. c. 2.

*Mercoeur.

Sæcul. XII. A. C. 1148. tur. Stephanus jam tunc ſocium habebat quemdam Presbyterum, nomine Petrum, Sanctæ Simplicitatis Virum, qui pari modo ſe Deo conſecrare animo c. 3. conſtituerat. Itaque Feria quinta poſt diem Cinerum convocatis propinquis, ut vale ultimum dicerent, lautiſſimum convivium exhibuerunt; quæ vero Bona ipſis ſupererant pauperibus elargiti ſunt.

Sequente nocte in oratione perſeverarunt, petentes a Deo fortitudinem, qua id exſequerentur, quod faciendum eſſe ſuggeſſiſſet. Tum virorum Religioſorum habitum induti, nudis pedibus incedentes, antequam illuceſceret, relinquunt patriam, ſponte exules futuri. In illa vicinia quidam Eremicola cum aliquot diſcipulis degebat, nomine Bertrandus, apud quem cum decem menſibus nullo promiſſo obligati divertiſſent, majoris perfectionis deſiderio abierunt.

Poſtquam cunctas Religioſorum domos in illis regionibus luſtraſſent, nec tamen, quod optabant, inveniſſent, ſubſtiterunt Obaſini, loco deſerto, ſilvis & rupibus circumdato, quem amnis modicus alluebat. Cum in Paraſceve illuc perveniſſent, illa die & ſequente Sabbato nihil prorſus cibi ceperunt. In Feſto autem Paſchæ ad propinquam Eccleſiam ſe contulerunt, ubi cum alter eorum calceos commodatos accepiſſet,

Miſſæ

Missæ Sacrificium obtulit, & alterum Sacra Communione refecit. Inde nemine eos ad prandium invitante subtristes ad suum desertum revertuntur. Sed ecce, quædam mulier ex propinquis pagis medium panem attulit & vasculum lacte plenum, ex quo ambo tam sapide refecti sunt, ut tota sua vita numquam magis. Compluribus diebus absque alio alimento, nisi radicibus aliisque, quæ in ista eremo sponte nascebantur durarunt, postea vero eorum necessitati accolæ, caritate moti, succurrerunt, præsertim pastores, quibus ipsi, ut beneficium redderent, pabulum spirituale cœlestis Doctrinæ præbebant. Sæcul. XII. A. C. 1148.

Haud diu post, Petrus consilium approbante Stephano, cum quodam Clerico, nomine Bernardo, qui eorum societatem amplexus fuerat, Lemovicum se contulit. Cumque ibi Episcopo Eustorgio instituti sui rationem explicassent, eamque ille laudasset, Crucem ab ipsis allatam benedixit, Missas celebrare, & Monasterium construere indulsit, eo pacto, ut in omnibus traditionem Patrum sequerentur. Ergo claustra & cellas viris Religiosis necessarias ædificant, jam enim tunc temporis discipulos habebant, quamvis paucos, quod extremum vitæ rigorem sectarentur. In officio divino Regulam Canonicorum, in iis c. 7.

Sæcul. XII. A.C.1148.

vero, quæ ad mores ſpectant, Eremitarum inſtitutum ſervabant. *Quamvis enim*, ſubjungit hujus Hiſtoriæ Scriptor, qui illa ipſa ætate luce fruebatur, *Canonici in Cantu Regulæ ſatisfaciant, ſuperflua tamen & delicata menſæ eorum inferuntur fercula, diu otiantur, & raro vel nunquam laborant.* Quam quietem in monachis cum Vir Sanctus ſummopere averſaretur, ſuis præſcripſit, ut omne tempus, quod poſt lectionem & Officium Divinum ſupereſſet, manuum labori darent. Quin etiam in hyeme aliqua noctis parte laborabant, cum alii, quibus præceptum erat, coram laborantibus Pſalmos recitarent.

Nova Inſtituta.

p. 88.

Stephanus Petro, ſociorum ſuorum primo, perſuadere conabatur, proficiſcendum eſſe ad Saracenos, & dandum aliquid piiſſimæ ſpei, fore, ut non nullos converterent, vel Martyrii laurea donarentur. Sed aliam mentem indidit ei Petrus, dicens, potius ipſis adlaborandum eſſe, ut mores illorum, qui fidem jam accepiſſent, emendarent, quam apud Infideles operam perdere, qui forſan Prædeſtinatorum numero non eſſent adſcripti. Monaſterio Obaſinenſi extructo, inter ambos orta eſt lis, cui eorum novæ domus regimen ſuſcipere congrueret, quilibet enim alteri honorem deſtinabat. Ut certaminis finis eſſet,

n. 10.

n. 14.

esset, ambo deducuntur in conspectum Sæcul. XII.
Geofridi Legati, Episcopi Carnotensis, A.C 1148.
tunc in illa regione versantis, qui re satis
pensata Stephanum Præpositum esse jus-
sit. Is cum fama percepisset, quod
inter Viros Religiosos Cartusiensibus c. 24.
nulli perfectiores essent, ad eos invisit,
& illo tempore ad eos pervenit, quo
vis ingens nivis liquefactæ complures
cellas unacum monachis e loco suo avul-
sas diripuerat. Tum Stephano Obasi- c. 26.
nensi Priorem Cartusiensem, nempe
venerabilem Guidonem, quod sibi præ
ceteris Institutum esset eligendum con-
sulenti, Prior respondit: *Cistercienses nuper supervenientes viam tritam sequuntur, eorumque statuta ad maximam perfectionem tendentibus sufficere possunt. Nobis vero suscipiendorum Fratrum numerus præscriptus est, & Bonorum, quæ possidere liceat, metæ positæ sunt. Vobis itaque, qui modo complures viros ad serviendum Deo collegistis, & alios quoque recipere cogitatis, vita Cænobitica potius eligenda videtur.*

Ex Cartusia reversus Stephanus, cellarum numerum Obasini auxit, ad eos recipiendos, qui quotidie adveniebant, se se ejus Disciplinæ tradituri. Hos inter fuit quidam Vir nobilis, qui cum prius in Sæculo suos suorumque mores ad honestatis regulas composuisset, se ipsum

Sæcul. XII. A C. 1148.

cum uxore, cum liberis, tota familia, Bonisque omnibus Stephano addixit. c. 29. Nam feminas quoque suscipiebat, & plurimas convertebat, non vulgaris modo c. 30. conditionis, sed etiam ex primis stirpibus natas, talesque, quarum vita luxu, mollitie & infrunita licentia infamis fuerat. Has ipse ad obeundos vilissimos labores assuefaciebat. In domo separata habitabant, sed eas postea in locum remotiorem misit & arctiore clausura custodivit. Ceterum hujusmodi mulieres intra breve temporis spatium centum quinquaginta numerare fuit.

Postquam igitur Stephanus Regulæ monasticæ se subdere, Aimerico Episcopo Claromontano potissimum auctore, statuisset, quosdam e suis Dalonam misit, unicum monasterium in illa regione Regulam observans, quam a Cisterciensibus acceperat, etsi illi Ordini necdum ullo vinculo junctum esset. c. 2. Inde ergo monachos advocavit, qui suos instruerent; ipse vero in Dominica Palmarum anno millesimo centesimo quadragesimo secundo Benedictionem Abbatialem accepit a Geraldo Episcopo Lemovicensi, qui etiam omnibus ejus discipulis, Clericali Ordine insignitis, habitum monasticum dedit, ceteris vestem, qua antea utebantur, retinere jussis. Tunc vero Episcopus cum Clericis suis & Abbas ordi-

ordinatus cum monachis ſuis, ſolemni ritu procedentes, Sanctimoniales feminas ad monaſterium ipſis præparatum deduxerunt, ubi Abbas eas includens ſignificavit, nulli earum unquam quoad viverent quocunque demum prætextu inde pedem efferre licitum fore. Sæcul. XII. A.C. 1148.

Eccleſiæ earum fabrica in hunc modum erat diſpoſita, quem adhucdum in antiquis Virginum monaſteriis deprehendimus, nempe pars ad orientem ſpectans, in qua ſtabat Altare, extructo muro a reliquo ædificio ſeparabatur; qua autem Septentrionem ſpectabat, porta erat, per quam monachi ad cantandos Nocturnos & Miſſam celebrandam intrabant. Murus cellas Monialium ab Eccleſia dividens feneſtram habebat clathratam cum ſipario introrſum dependente, per quam monialibus, etiam ægrotantibus (nam morti licet proximæ illuc deferebantur) Sacerdotes S. Communionem præbebant. Ita monachi his feminis omnia ſpiritualia Caritatis obſequia exhibebant, intra domus limen nunquam ingredientes. Ceterum habebant fratrem laicum, qui eis omnia ad vitam neceſſaria procurabat.

Monachi Dalonenſes, ad Obaſinenſes inſtituendos adſciti, dure eos habebant nec ſatis juxta prudentiæ & diſcretionis leges agebant, quaſi vero recentes diſcipuli c. 7.

Sæcul. XII. A.C 1148. discipuli subito omnes consuetudines Monasticas arripere potuissent, quas nunquam ante didicerant. Querelas ergo deferunt ad Stephanum Abbatem, cujus lenitati & caritati adsueverant. Ille fratres ut poterat ad patientiam exhortabatur; verum comperto, quod Eugenius Papa in Francia degeret, & Concilio Remensi soluto Cistercium divertisset, illuc se contulit, jam diu enim se huic Ordini subjicere cupiebat. Cum c. 12. ergo Stephanus Abbas conspectum Pontificis subiisset, & quid consilii cepisset, exposuisset, ille Rainardo Abbati Cisterciensi, eximiæ virtutis viro, accersito, Stephanum enixe commendavit, quem deinceps filii loco haberet, & Ordini suo adscriberet. Rainardus igitur Stephanum Abbatibus in Capitulo generali congregatis offerens, *En vobis Abbatem*, inquit, *exiguæ staturæ & vultus prope temnendi, sed virum Spiritu Sancto plenum.* Tum, expositio Papæ mandato, Stephanum una omnium voce receptum, Domui Cisterciensium, quam Matrem exinde cum omnibus suis coleret, aggregarunt.

Illud vero difficultate non carebat, quod in Domo Obasinensi non nullæ consuetudines vigerent, moribus Cistercienſium adversæ, inprimis, quod Regimen feminarum in se susceperint. Sed hæc

hæc in gratiam Stephani dissimulabantur, & Rainardus, qui eum tenero affectu prosequebatur, edixit, hujusmodi diversitatem paulatim esse abolendam. Ergo Stephanus lætissimus Obasinum revertitur, itineris socios habens illos Cistercienses, quos ei Abbas Disciplinæ Regularis Magistros dederat, videlicet Monachos duos Presbyteros & duos fratres laicos. Hi, Dalonensibus multum dissimiles, leniter, familiariter, & magna prudentia Obasinenses instruxerunt, at illam mutationem & relaxationem concedi maxime doluit Stephanus, qua ægrotis secundum Regulam carnes apponere jussus est. Post hanc cum Cisterciensibus conjunctionem Monasterii Obasinensis fama & discipulorum multitudo crevit, unde plures aliæ Congregationes ortum traxerunt. Stephanus vero exinde annos circiter undecim usque ad annum millesimum centesimum quinquagesimum nonum in vivis agens, ad æterna translatus est octava Martii, postea catalogo sanctorum Virorum Ordinis sui insertus. Sæcul. XII. A. C. 1148. p. 177.

§. XLI.

S. Malachiæ Obitus.

Sanctus Malachias Hiberniæ Archiepiscopus jam diu Pallium accipere cupiebat, ut Sedis suæ decori honori-

Sæcul. XII. A.C. 1148.

que consuleret, nihilque ad magnificos Ecclesiæ Ritus pertinens omitteret. Illud ipsi missurum se Innocentius Papa promiserat, multumque affligebatur Malachias, quod neglexisset, Innocentio in vivis agente, Nuncios dirigere, qui id sibi afferrent. Cum itaque comperisset, Eugenium Papam Hiberniæ jam existere propiorem & in Francia degere, occasione oblata uti statuit, nullus dubitans, quin Pontificem haberet sibi faventem, carissimæ ejus familiæ Claræ-vallensis filio. Ergo convocata Synodo, causis variis, quæ offerebantur, tridui spatio compositis, die quarta consilium de petendo Pallio aperit, quod omnibus probabatur, ea conditione, ne ipse Archiepiscopus iter aggrederetur, sed quemquam suorum mitteret ad Papam. Verumtamen cum intelligerent, Malachiam animo constituisse, ut ipse iret, nec adeo longam in Franciam esse profectionem, ultra Archiepiscopo repugnare ausi non sunt.

vit. per S. Bern. c. 31.

Itaque Malachias viæ se commisit, & ubi in Angliam pervenit, aliquamdiu iter suum prosequi prohibitus est, quod Rex Stephanus inimico esset in Eugenium Papam animo, quem sibi adversum credebat. Cum vero nuncii S. Bernardo indicarent, Archiepiscopum monasterii Claræ-vallensis liminibus proximum esse, incre-

incredibili gaudio exsiliens, se ipso fortior, ad portam intrantis amplexum procurrit. At Papa prius inde recesserat, jamque vel Romæ vel non procul ab illa civitate erat. Quare Archiepiscopus in illa Sancta Claræ vallensium familia commorari compellitur, dum itineris comites in Anglia detentos expectat, & omnia ad profectionem Romanam comparat. Ecce vero, quarta vel quinta post adventum suum die, cum Missam Conventualem in Festo S. Lucæ celebrasset, febri correptus lecto affigitur. Cuncti in Congregatione solatium, obsequia, auxilia, ut poterant, certatim conferebant, quibus ille, *frustra estis*, inquiebat, *in vestri tamen gratiam non nihil auxilii admittam.* Noverat enim se brevi moriturum, affirmabatque, se eodem anno & illa die, qua jam diu exoptabat, animam redditurum esse, videlicet in die animarum, quia magnam fiduciam ponebat in auxilio, quod mortui a vivis illa die accipiunt. Diu etiam ante dixerat, si in itinere sibi moriendum esset, cupere se Claravalle vita defungi. Sæcul. XII. A.C. 1148.

Petiit oleo sacro ungi; cumque tota Congregatio ad hunc ritum peragendum necessaria proferret, noluit segniter decumbens expectare venientes, sed ex superiore cubiculo descendit, & accepta

Sæcul. XII. A.C. 1148.

extrema Unctione atque Viatico, per eosdem gradus ascendit. Facies ejus non erat mutata, nec credere poterant, instare mortis diem. Sed omnibus alia successit sententia, pridie Festi omnium Sanctorum sub noctem, ubi omnibus constitit ad extrema esse deductum, totaque Congregatio ad eum collecta est. Ipse postquam cunctis manuum impositione benedixisset, & singulos Deo commendasset, tandem eadem nocte post secundam diem Novembris anno millesimo centesimo quadragesimo octavo, cum inter vivos ambulasset annos quinquaginta quatuor, expiravit. S. Bernardus ipsa die orationem funebrem pronunciavit, & paulo post defuncti vitam scripsit, a Congano Abbate, totaque Cisterciensium Congregatione, cui in Hibernia præerat, rogatus. Eo autem consilio vitam S. Malachiæ literis mandavit S. Bernardus, ut eximiæ virtutis exemplum illa ætate, in qua tam rari, præsertim inter Episcopos, Viri Sancti reperiebantur, hominum memoriæ imprimeretur. Successor S. Malachiæ in Episcopatu Dumiensi fuit Christianus, ejus Archidiaconus, Abbas Millefontanus, qui primus omnium Regulam Cisterciensium in Angliam invexerat.

de S. Mal. serm. 1.

Rob. de monte vulg. an. 1148.

Sup. lib. LXVIII.

§. XLII.

§. XLII.

Sæcul. XII. A.C. 1149.

Anſelmi Havelbergenſis Colloquium cum Græcis.

Anſelmo Epiſcopo Havelbergenſi, in Saxonia inferiore, Tuſculi menſe Martio anno milleſimo centeſimo quadrageſimo nono Papa apud ſe commoranti præter alia commemoravit: *Ante paucos dies venit ad me Epiſcopus, Legatus Imperatoris Conſtantinopolitani, cujus Epiſtolam mihi reddidit, Græce ſcriptam. Is Epiſcopus in libris Græcorum verſatiſſimus, eloquentia præditus, in qua ingentem ponit fiduciam, nobis complura objecit de Doctrina & Ritu Græcorum, omnia defendens, quæ Eccleſiæ Romanæ adverſantia credunt, ſpeciatim eorum opinionem de Proceſſione Spiritus Sancti & de Azymis. Quare, cum ſciam, quod olim nomine Lotharii Imperatoris Legatione Conſtantinopoli functus fueris, & in illa commoratione de his capitibus Fidei publice & privatim cum Græcis contuleris, rogo te; ſcribe tractatum quin potius Dialogum, qui cuncta, quæ utrinque dicta ſunt, complectatur.* Superius memoravimus, Joannis Comneni Legatos anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo ad Conradi Imperatoris curiam adveniſſe; hinc conjecturæ locus eſt, quod Conradus viciſſim

Prol. to 13. *Spicil. p.* 88.

Sup. lib. LXVIII. n. 40.

Sæcul. XII. A.C. 1149.

cissim Anselmum Episcopum Constantinopolim cum Legati auctoritate miserit.

Anselmus, ut Papæ mandato obsequeretur, misit ei Tractatum cum Titulo *Anticimenon*, id est, *Collectio Objectionum*, in qua colloquia & disputationes suas cum Græcis habitas, quantum memoria adhuc suggerebat, refert, non autem iis alia tribuit, quam quæ dicebant, Græci, ut quidam alii, qui cum eos non satis attente audivissent, iis non nulla a Græcorum sententia aliena affingebant.

Huic Tractatui Anselmus aliud Opusculum præposuit de Perpetuitate & Concordia Ecclesiæ, ut illis responderet, qui a multitudine Ordinum Religiosorum & varietate Statutorum scandalum accipiebant (*). Tum ad rei summam, de

(*) Dieser ohne Zweifel sehr gelehrte und orthodoxe Bischof aus Brandenburg Anselmus, welcher ein Werklein de Perpetuitate Ecclesiæ, oder von der beständigen Sichtbarkeit der Kirche wider die Feinde der Ordensmänner geschrieben, begrif gewiß das Weesen der Kirche JEsu Christi besser als zu unsern Zeiten der Herr Mosheim, der in der Vorrede zu einem Versuche der Ketzergeschichte saget, man könne die Katholiken mit der überklugen Antwort abfertigen; Es könne nur ein Unsinniger fragen: Wo war euer Kirche vor Luther?

de qua Græci & Latini dissentiebant, progrediens ait: Sæcul. XII. A C. 1149.

Cum Constantinopoli versarer, & sæpe Græci multa me interrogarent, egoque vicissim aliqua ex ipsis quærerem, visum est Imperatori Calo-Joanni, & Patriarchæ, celebrandum esse Colloquium publicum; ad quod etiam in regione Pisanorum prope Ecclesiam Sanctæ Irenis convenimus. Constituuntur Silentiarii (scilicet Præcones, qui multitudini silentium imperarent) *Arbitri & Notarii, qui utrinque dicta, integra fide, in chartam referrent. Præter Græcorum vulgus aderant complures Latini ac inter ceteros Jacobus Venetus, quidam Pisanus cognomento Burgundio, & Moyses Bergomensis, qui munus interpretis obibat. Adversarius mihi delectus erat Nechites Archiepiscopus Nicomediensis, ex duodecim Didascalis seu Doctoribus, literarum studio præfectis, præcipuus, quem de quæstionibus difficilibus consulere solebant.* Lib. 2. c. 1. Cang. C. P. lib. 4. p. 149.

Tractatur Quæstio de Spiritu Sancto, exprobravitque Latinis Nechites, quod in Deo plura principia admitterent, cum dicerent, Sanctum Spiritum a Patre & Filio procedere. Anselmus respondit, quod ex utroque procedat, tanquam ex unico principio. Nechites auctoritate Evangelii compulsus fatebatur, c. 2. 3. c. 19.

Sæcul. XII. A.C.1149.

tur, Sanctum Spiritum esse de Filio, mitti a Filio, accipere a Filio & ab eodem habere, quæ dicit; sed nolebat affirmare eum a Filio procedere, quia Evangelium id disertis verbis non affirmat. Verum respondebat Anselmus: *Evangelium disertis verbis contrarium quoque non dicit. Vosque ipsi creditis, quæ Concilia credenda esse statuerunt, Filium esse consubstantialem Patri, Mariam esse Matrem Dei, atque Spiritum Sanctum adorandum esse, etsi hæc verba in Scriptura non reperiantur, & ideo creditis, quia in Conciliis hæc Doctrinæ Capita magis explicata & explanata invenitis, propter Hæreticos, qui illa negabant* (*). Tum Anselmus illos refutat, qui dicebant, Spiritum Sanctum procedere a Patre per Filium. Tandem vero Nechites professus est, persuasum sibi esse, Anselmum vera docere, sed adjecit, fieri non

c. 20. c. 22. c. 26. c. 27.

(*) Hoc argumentum Anselmi Havelbergensis Brandeburgici etiam contra Protestantes valet, dicentes, omnia credenda in Sacra Scriptura sine interpretatione ullius hominis inveniri; nam hæc ipsa Capita ab Anselmo Græcis objecta, Spiritum Sanctum a Filio procedere, Mariam esse Matrem Dei, & Spiritum S. adorandum esse, Protestantes credunt, licet ea in S. Scriptura non legantur, & sine interpretatione humana erui non possint. Nempe plura affirmant, quam probant.

non posse, ut verba illa: *Spiritus Sanctus a Filio procedit*, in Ecclesiis Græcorum sine maximo scandalo proferrentur. *Quare*, inquit, *Concilium Generale Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis auctoritate Papæ & consentientibus Imperatoribus convocandum esset, in qua hæc quæstio ceteræque definirentur.* Idem sibi in votis esse edixit Anselmus, quod totius conventus acclamatio comprobavit. Sæcul. XII. A.C. 1149.

Hebdomada sequente Collatio altera in Ecclesia S. Sophiæ habita est, in qua cum sermo esset de Primatu Ecclesiæ Romanæ, Nechites Archiepiscopus præter alia dixit: *Non denegamus Ecclesiæ Romanæ locum primum inter sorores suas* (id est inter Ecclesias Patriarchales) *& fatemur, eam Concilio Oecumenico præesse. At profecta illa Ecclesia suo fastu nos a se repulit, cum, res potestate sua majores ausa, Imperium ac Ecclesias Orientis & Occidentis in adversas partes divisit.* *Lib. 3. c. 1.* *c. 8.*

Quare cum Romani sine nobis cum Episcopis Occidentis Concilium celebrant, hi absque omni dubio tenentur maxima reverentia recipere, & servare Decreta, quæ ipsis suadentibus & consentientibus condita sunt. Nos vero, quamvis in Fide ab Ecclesia Romana divisi non simus, cur Decreta recipiamus, nobis insciis, scripta

Sæcul. XII. A.C. 1149.

scripta? Si enim Papa, Jovis tonantis more, mandata sua de excelso Majestatis throno ad nos mittere vult, si de nobis, nostrisque Ecclesiis nobis inconsultis decernere, judicare, leges dare, quis Episcoporum non dicet, Episcopum Romanum Fratris animum abdicasse? quis Christianorum in Oriente ipsum Patris affectum abjecisse non existimabit? si tam grave jugum subeundum esset, sola Ecclesia Romana libertate, ut ipsi videretur, gauderet, sola omnibus aliis Leges ferret, ipsa nullius legibus subjecta.

Quid ergo nobis prodesset literas didicisse, quid Scripturæ Sacræ studuisse, quid intellectum a Deo accepisse? nam sola Papæ auctoritas, ut dicitis, hæc omnia superflua & inutilia efficit. Solus erit Episcopus, solus Doctor, solus Pastor, qui Deo soli gregis, sibi soli commissi, rationem redditurus est. Quin potius, si Romanus Papa Operarios habere cupit, qui secum in Vinea Domini laborent, ita Primatum suum conservet, ut Fratres suos, quos JEsus Christus in sinu Ecclesiæ non ad servitutem, sed ad libertatem genuit, non spernat. Omnes 1. Cor. 5. 10. *enim nos, inquit Apostolus, coram Tribunali JEsu Christi stabimus, omnes rationem actuum nostrorum dabimus. Omnes, inquit, nec Papam, nec se ipsum, quamvis Apostolus sit, eximit. Nec etiam*

tiam in aliquo Symbolo legimus, nobis præcipi, nominatim Ecclesiam Romanam, sed Ecclesiam Sanctam Catholicam & Apostolicam confiteri. Hæc sunt, quæ de Ecclesia Romana sentio, quam tecum revereor; non autem tecum credo, quod eam in omnibus sequi teneamur, aut quod Ritus noster relinquendus sit, ut consuetudinem Romanorum in administratione Sacramentorum recipiamus, nec rationem nec auctoritatem Scripturarum pensantes, sed eorum vestigia clausis oculis prementes, quocunque nos proprio suo spiritu ducere præsumant. Judicent, qui inter Græcos Latinosque sapientia præstant, an nobis tutum esset & honestum tanta vecordia Romanis subesse. (*)

Sæcul. XII. A. C. 1149.

Hæc

(*) In his ultimis exaggerandis nimius est Nechites Nicomediensis, nemo enim a Græcis exigebat, ut tam serviliter Romanis obedirent. Ceterum hic Tractatus Anselmi Havelbergensis rebus Ecclesiæ Orientalis plurimum lucis affundit. Inprimis contra Protestantes probatur, quod Græci Communionem Ecclesiæ Romanæ in totum non rejecerint, cum Nechites Archiepiscopus dicat, Concilium Generale auctoritate Papæ esse convocandum, nullatenus autem Romanæ Ecclesiæ fidem, cum dicat: *Nos vero, quamvis in Fide ab Ecclesia Romana divisi non simus*, cum denique Primatum agnoscat. Querelis autem Græcorum locum dare videbatur, quod

Sæcul. XII. A.C.1149. Hæc vehementius in Ecclesiam Romanam declamantem Archiepiscopum Græcum non tulit Anselmus, dixitque: *Si tibi æque ac mihi perspecta esset Ecclesiæ Romanæ Religio, sinceritas & candor, æquitas, humilitatis studium, sapientia, discre-*

duo Concilia Lateranensia Oecumenica in Occidente, Græcis non vocatis, celebrata fuerint. Ceterum cum dicit Archiepiscopus Nicomediensis, nullibi præcipi, ut Christiani Romanam Ecclesiam confiteantur, sed Sanctam, Catholicam & Apostolicam, si hujus Ecclesiæ Communionem & fidem rejici posse putat, a se ipso prius dicta destruit & immaniter fallitur; nam relicta Principis Apostolorum Cathedra, Ecclesia non erit Sancta, nec Catholica, nec Apostolica, nec una, nec visibilis, nec necessaria auctoritate prædita, denique, qualis omnium Protestantium est, nulla.

Porro Natalis Alexander de Anselmo Havelbergensi Episcopo, qui hunc Tractatum scripsit, hoc fert judicium: *Auctoris eximiam eruditionem cum summa pietate & modestia conjunctam opus testatur**. Tandem ex ejusmodi pretiosis antiquitatis monumentis, quale est hic Tractatus, querelas Græcorum contra Romanam Sedem continens, qui hodie de Potestate Summorum Pontificum scribunt, observare possunt, quænam asserenda, quænam vitanda sint, ne Protestantium Principibus populove qualiscunque prætextus Romanam Ecclesiam multo magis aversandi præbeatur.

* *Sæc. II. pag. 267.*

discretio, caritas in omnes mortales, præsertim vero ejusdem Ecclesiæ in discutiendis causis Ecclesiasticis industria, & in ferendis sententiis innocens libertas, non ita locutus fuisses, sed ultro Romanorum Communionem amplexus, obedientiam etiam præstitisses. Sæcul. XII. A.C. 1149. Ecclesia defenditur.

Tum Anselmus originem Patriarchatus Constantinopolitani repetens commemoravit molimina Episcoporum in tertio Concilio Generali, illorumque, qui Concilio Calcedonensi intererant, quibus S. Leo vigore Pontificali se se opposuit. *Sup. lib. XVIII. n 7. XXVIII. n. 30. 33.*

His in illo Conventu, atque etiam de potestate Apostolorum & de Primatu Papæ pertractatis, Quæstio de Azymis mota est, qua de re utriusque partis unum judicium fuit, hanc diversitatem, nec bonam nec malam, solummodo in Concilio universali tolli posse. Quæsivit deinde Anselmus, cur Græci vinum purum consecrarent, & aquam post Consecrationem affunderent? ad quod Nechites respondit, ita ex pluribus causis magis convenire. *c. 10. 12.*

Illud vero ut putidam calumniam rejecit, quod aliqui dicerent, Latinos rebaptizari, quia scirent eos a Græcis oleo benedicto aspergi, dubitantibus an Sacramentum Unctionis * acceperint. *c. 21.*

Tandem secundi hujus Colloquii, sicut antea primi, exitus fuit, quod *c. 22.*

* nempe Confirmationis.

Sæcul. XII. A. C. 1149.

omnes dicerent: *Utinam Concilium Generale ad concordiam perfectam inter Ecclesias Orientis & Occidentis reducendam celebraretur!*

Eug. ep. 6. ex Otto Fris. 1. Frid. c. 61.

Ceterum Eugenius Papa, comperto, quod Rex Conradus a sacro bello reversus in Longobardia versaretur, Hartwico Archiepiscopo Bremensi & Anselmo Episcopo Havelbergensi illuc missis, qui Principem suo nomine salutarent, Epistolam deinde scripsit, qua eum adversam fortunam in illa expeditione expertum consolabatur. Hæc Epistola Tusculi anno millesimo centesimo quadragesimo nono data est.

§. XLIII.

Epistola S. Bernardi ad Sugerium Abbatem.

ep. 376.

Cum Robertus Ludovici Regis frater & Henricus Comitis Campaniæ filius, ex Palæstina reversi, duello equestri diem post Festa Paschalia anno millesimo centesimo quadragesimo nono præstituissent, ubi pugiles non sine vitæ periculo decertarent, S. Bernardus data ad Sugerium Abbatem, cujus, Rege absente, maxima erat in Francia auctoritas, Epistola, *Animadverte*, inquit, *quo animo viam Hierosolymam aggressi sint, qui prava hac voluntate revertuntur. Huic malo*

vel

vel suasione vel vi, totis viribus, te oppo- Sæcul. XII.
ne. Id ego de vi Censurarum & Disci- A.C. 1149.
plinæ Ecclesiasticæ accipiendum esse censeo. Tum iterum S. Bernardus: *Nos autem idem scribimus Archiepiscopo Remensi & Senonensi, Episcopis Suessionensi & Antissiodorensi, Comitibus Theobaldo & Rodulpho. Tanta mala averte amore Regis, & Papæ, ad quem Regni custodia pertinet.* Nempe Papæ Crucigerorum & rerum quas possidebant Tutela commissa erat. Ceterum Theobaldus & Rodulphus, de quibus hic mentio, erant Campaniæ & Virmanduorum Comites.

§. XLIV.

Henricus Episcopus Belvacensis.

Henricus, alter Regis Ludovici junioris frater, Roberto major, qui Regis Patris voluntate Clericis adscriptus, complura pinguia Beneficia, ac inter alia Præfecturam Thesauri S. Martini Turonensis, Abbatiam Dominæ Nostræ Stampis, & Archidiaconatum Aurelianensem tenebat, quadam die Claramvallem se contulit, S. Bernardum de causa aliqua temporali consulturus. Cumque etiam totam Congregationem inviseret seque monachorum precibus commendaret, S. Abbas monita salutaria Principi juve-

Mabil. ad ep. 278. S. Bern. Metrop. Rem. lib. 3. c. 1. vit. S. Bern. lib. 4. c. 3. n. 15.

Sæcul. XII. A.C. 1149.

ni ſuggerens, addidit: *Confido in Domino, nequaquam in eo te ſtatu morituram, in quo nunc poſitus es, & veloci experimento probaturum, quantum tibi iſtorum oratio, quam expetiiſti, proſit.* Quod prædicebat Bernardus, eadem die impletum eſt; convertitur Henricus, & locum ſibi inter Fratres dari rogat, exultantibus monachis, amicis autem & familia ipſius ita lugentibus, ac ſi mortuum cernerent.

Plus quam ceteri omnes ejulabat quidam Andreas Pariſienſis, Henricum, Dominum ſuum, ebrium, Henricum Principem inſanum vociferans, nec injuriis, nec conviciis, nec blasphemiis parcens. Contra Henricus pro iſtius potiſſimum hominis converſione S. Bernardum precabatur. Cui S. Abbas, audientibus multis, *dimitte*, ait, *hominem: modo anima ejus in amaritudine eſt, nec ejus ſalutis periculum ſolicitum te teneat; nam certe tuus eſt.* Cumque, ſpe concepta, Henricus multo magis inſtaret, ut vir Sanctus Andream converteret, ille, ſeverius eum intuitus, *quid hoc eſt*, inquit, *numquid non jam dixi tibi? tuus eſt Andreas.* Audiens hæc Andreas, nam & ipſe adſtabat, ſecum tacita cogitatione volvebat, ut poſtea faſſus eſt, *nunc falſum te eſſe Prophetam ſcio; nunquam enim, quod modo futurum dicis, fiet.*

fiet. Hoc tibi ego coram Rege & Principibus in celebri quocunque conventu exprobrare non parcam, ut tua omnibus falsitas pateat. Die altera abibat Andreas, mala omnia imprecans monasterio, quod sibi Dominum suum rapuerat, sæpius exclamans: *Utinam vallis ista cum omnibus monachis, debiscente terra, absorberetur!* Sed illa tantum die in itinere processit, nam nocte proxima victum se & Spiritu Dei quasi coactum sentiens, non exspectato diluculo, celeriter ad monasterium rediit. Sæcul. XII. A. C. 1149.

Henricus, Claravalle professionem monasticam edens, Beneficia sua Ecclesiastica cum reditibus Fratri suo Philippo, natu minori reliquit. Et inter monachos aliquamdiu in sancta illa domo versatus, Episcopus Belvacensis, exeunte anno millesimo centesimo quadragesimo nono eligitur. Hac super re Petrus Cluniacensis se consulenti S. Abbati Bernardo respondit in hunc modum: *Si electio peracta est a Clericis populoque, Metropolita ejusque Suffraganeis consentientibus, si, ut mihi relatum est, sæpe rogatus fuisti, ut electionem approbares, si Papa, literis ad Archiepiscopum Remensem datis, significavit, eam sibi placere, quid superest, nisi ut voluntatem tuam Dei voluntati, quam tam luculenter manifestat, subjicias? cave igi-* *Rob. de M. vulg.* *V. ep. 8.*

Sæcul. XII. A.C. 1149.

tur, ne Ecclesiæ Belvacensis ærarium longiore mora, & sumtibus in itinera expendendis accidatur. Si putas, Henrici scientiam Doctrinæ Ecclesiasticæ non sufficere, cogita, Deum, qui huic Principi magna contulit Beneficia, eum deinceps etiam majoribus cumulare posse. Tandem judico, hoc negotium quantocius ad finem esse perducendum. Petri Cluniacensis Suffragium ad Henricum in Dignitatem Episcopalem asserendum multum contulit. Quod ex manuscripto Nicolai monachi, qui S. Bernardo ab Epistolis erat, discimus.

ap. Pet. 6. ep. 7.

§. XLV.

Liber primus de Consideratione.

In eadem Epistola ad Petrum Abbatem Nicolaus dicit, mittere se ipsi Librum Abbatis Claræ-vallensis Papæ inscriptum, scilicet Librum primum de Consideratione. S. Bernardi animum subiit hoc Opus scribere, quod ipse in Prologo profitetur, ut Eugenium Pontificem ædificaret & consolaretur, quem semper Patris affectu complectebatur. In capite primo condolet Pontifici, quod a deliciis vitæ monasticæ abstractus nunc immensa negotiorum mole pœne obruatur. Hortatur vero, ut effectum consuetudinis timeat, quæ animum indurat, facitque

Prolog.

c. 1.

c. 2.

que ut in mediis malis positus nihil sen- Sæcul. XII.
tiat. Tum postquam miseram indurati A.C.1149.
cordis conditionem depinxit, subdit:
En, quo te trahent maledictæ negotiorem turbæ, si ita totum te illis tradas, tu tibi ipsi nihil relinquas. Et infe- c. 3.
rius: *Quæso te, quanta molestia, a mane usque ad Vesperam litigantes audire? sed nec liberæ sunt noctes. Vix relinquitur necessitati naturæ, quod corpusculo sufficiat, & rursum ad jurgia surgitur. Nunquam requies.* Tum ite- c. 4.
rum: *Nec mihi reponas illam Apostoli* 1. Cor. 9.
vocem, cum essem liber ex omnibus, omnium servum me feci. Longe est istud a te. Numquid hac ille servitute hominibus famulabatur in acquisitione turpis quæstus? Numquid ad S. Paulum de toto orbe confluebant ambitiosi, avari, Simoniaci, sacrilegi, concubinarii, incestuosi, & quæque istiusmodi hominum monstra, ut ipsius Apostolica Auctoritate Honores & Dignitates Ecclesiasticas vel obtinerent, vel retinerent? quin potius servum se fecerat Apostolus, ut plures lucrifaceret Christo, non ut lucra augeret avaritiæ. Quid servilius indigniusque, præsertim Summo Pontifici, non dico omni die sed pæne omni hora talibus rebus insudare, & pro talibus hominibus? denique quando oramus? quando docemus populos? quando meditamur in Lege Do-

Sæcul. XII. A. C. 1149.

mini? nam quotidie quidem perſtrepunt in Palatio tuo Leges, ſed Juſtiniani non Domini.

Pontificem ergo admonet S. Bernardus, ne ſe totum negotiis externis occupari ſinat, ſed ea non nunquam dimittat, ut tempus det Conſiderationi, id eſt, reflexioni & meditationi illarum rerum, quas ad conſequendum ſalutem propriam utiles eſſe æterna veritas docet, ne, ſub prætextu Caritatis in proximum, perdat ſe ipſum. Oſtendit deinde, quam res ſit indigna Pontifice maximo cauſas temporales diſcutere, ex Auctoritate S. Pauli, dicentis, *contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad judicandum.* Et iterum: *Nemo militans Deo implicat ſe Negotiis ſæcularibus.* Atque etiam ex ipſius JEſu Chriſti exemplo, qui inter duos fratres arbiter eſſe noluit. S. Bernardus nihilominus fatetur, tantam perfectionem huic tempori non convenire, quod ſi Eugenius Papa hujusmodi rebus ſe ſubtraheret, non nullos dicturos, hominem eſſe ruſticum, imperitum, & Sedi Apoſtolicæ derogantem. Tum ſubjicit: *Attamen lego quidem Apoſtolos ſtetiſſe judicandos, ſediſſe judicantes non lego. Erit illud tempus, non fuit. Itane diminuit acceptam Dignitatem Servus, ſi non vult eſſe major Domino ſuo? ad judicandum de peccatis*

s. 7.

1. Cor. 6.

2. Tim. 2.

Luc. 12. 14.

non

non de sæcularibus datæ sunt vobis claves Regni Cælorum. Habent hæc infima & terrena Judices suos, Reges & Principes terræ; quid fines alienos invaditis? quid falcem vestram in messem alienam extenditis? non quia indigni vos, sed quia indignum vobis est istarum rerum judicium, quippe potioribus occupatis. Sæcul. XII. A.C.1149.

Postea subjungit: *Quid tamen, si te Philosophiæ huic totum repente devoveris? peregrinus diceris, quasi qui a Patrum vestigiis subito deviaveris, & Antecessores tuos contempseris. Quamquam si bonorum & non novorum consideremus exempla, non defuere Romani Pontifices, qui sibi otium inter maximos labores invenirent, qualis fuit Gregorius Papa, qui cum Urbs obsideretur ab hostibus, obscurissimam & extremam partem Ezechielis tam diligenter, quam elegantter exposuit. Tandem quia iniqua vivimus tempora, si hominum fraus & violentia, calumniatores multi, defensor rarus, pauperes a potentioribus oppressi, ad Partes audiendas te cogant, agitentur sane causæ, sed sicut oportet. Nam is modus qui invaluit, exsecrabilis plane est, & qui non dico Ecclesiam sed nec Forum profanum deceat. Miror profecto, quemadmodum religiosæ aures tuæ audire sustinent hujusmodi disputationes Advocatorum & verborum pugnas, quæ magis*

c. 9.

Sup. Lib. XXXV.

c. 10.

Sæcul. XII. A.C. 1149.

magis ad subversionem quam ad defensionem veritatis inventa sunt. Melius veritas brevi & facili narratione manifestatur. Ergo illas, quas ad te necesse erit intrare causas, diligenter velim sed breviter decidere, dilationes frustratorias & captiosas rejicere, causam pauperis, cui non est quod dono det, tibi ipsi discutiendam servare. Alias aliis poteris committere, plures Pontificis Maximi judicio indignas censebis. Quid enim opus est illos admittere, quorum peccata manifesta sunt? incredibilis est peccantium impudentia, quia non fuit, qui retunderet erectas frontes, & ubi omnes sordent,

§. II.

unius fætor minime sentitur. Vultum tuum erubescant Simoniaci Negotiatores; si depuduerint, fac ut saltem te timeant illi, qui confidunt in nummis suis. Abscondant æs suum a te, & sciant, te ad effundendum quam ad accipiendum promptiorem esse. Si hoc studiose & constanter egeris, multos lucrifacies, efficies ut honestioribus officiis se dedant, multos a lapsu servabis. Adjice, si id feceris, satis temporis ad otium, quod tibi suadeo, superfuturum esse. Hic finis est primi libri de consideratione.

§. XLVI.

§. XLVI.

Sæcul. XII. A. C. 1150.

S. Bernardi Apologia ob infelicem exitum Expeditionis in Terram Sanctam.

Liber ſecundus ſcriptus eſt anno ſequente milleſimo centeſimo quinquageſimo, ac initio Apologiam S. Bernardi continet, ob Expeditionem Hieroſolymitanam infeliciter ſuſceptam. Nam culpa in S. Abbatem rejiciebatur, quod ipſius potiſſimum prædicatione commoti Fideles rem tantam moliti fuiſſent. Quamvis ut prædicaret bellum Sacrum Rex Galliæ ſæpius inſtitiſſet, Papa diſerte præcepiſſet, & ipſe ſe a Deo miſſum fuiſſe multis Signis editis ſatis probaſſet. Quin etiam, ut poſt belli exitum ſibi objecta dilueret, miraculum patravit; illo enim tempore quo fama in Franciam attulit, profligatum fuiſſe Chriſtianorum exercitum, quidam pater filium ſuum cœcum ad S. Bernardum adduxit, cumque Vir Sanctus operam ſuam conferre renueret, quod res ſupra merita ſua eſſet, tam ferventer rogavit afflictus pater, ne ſibi opem denegaret, ut tandem repugnantem vicerit. Tunc vero S. Bernardus, manibus ſuper caput infantis poſitis, oravit, ut ſi Deo Auctore & per ſigna adjuvante, bellum in Turcas prædicaſſet, id ſanando hunc cœcum

vit. Lib. II c. 4.

Sæcul. XII. A.C. 1150.

cum palam facere dignaretur. Tum cum completa oratione effectum expectaret, subito puer, *quid jam mihi faciendum est*, inquit, *quippe omnia clare video.* Et illico magnus clamor plurimorum hominum tam monachorum quam Sæcularium præsentium exoritur.

ap. Bern. ep. 380.

S. Bernardus ob funestam Crucigerorum sortem Epistolam consolatoriam a Joanne Abbate Casemariensi prope Verulanum in Italia accepit, qui anno millesimo centesimo quadragesimo Monasterium suum Congregationi Cisterciensi addixerat. Porro in sua epistola dicit: *Mihi vero videtur Deus magnum bonum ex illa Peregrinatione eduxisse, licet alia ratione, ac peregrinantes crediderant. Si susceptum opus, ut Christianos decet, pietate & justitia prosecuti fuissent, in medio eorum pugnasset Deus, & eorum opera usus uberes fructus dedisset. Nunc autem, quia in gravissima crimina lapsi sunt, eorum malitia in misericordiæ suæ materiam mutata, miserias immisit, quibus purgarentur & ad vitam æternam pervenirent. Tandem nonnulli, qui ab hac peregrinatione revertebantur, fassi sunt, complures Crucigeros auditos fuisse dicere, se lætos mortem oppetere, nec cupere redire in patriam, ne rursus in peccatorum barathrum inciderent.* Otto Frisingensis eodem modo causam infortunatæ

tunatæ Expeditionis explicat. Non negat, S. Bernardum Bellum Sacrum prædicantem Spiritu Dei actum fuisse, quamvis hic Scriptor in aliis locis S. Abbati non parum infensus videatur. Sæcul. XII. A.C. 1150. *Frid. lib. 1. c. 60.*

§. XLVII.

De Consideratione Liber secundus.

Itaque S. Abbas secundum librum de Consideratione, sua Apologia, exordi-tur. Excusat, quod tam diu hanc Scriptionem inchoatam dimiserit, cum funesto Sacræ expeditionis exitu usque adeo fuisset animo turbatus, ut non modo scribendi tœdium, sed etiam mortis desiderium subiisset. *Dicimur bona promisisse, quorum loco*, inquit, *secuta essent pessima. Quasi vero temere opus istud aut leviter aggressi essemus, tua jussa, imo te jubente Dei mandata exsecuti sumus.* Exemplum deinde Moysis affert, qui pollicitus esset Israelitis, eos in meliorem terram ducere, nec tamen eos introduxisset, quamvis egisset secundum Dei mandatum miraculis confirmatum. Tumque affirmat, Crucigeros Judæis nec minus incredulos nec minus rebelles extitisse. In rem suam commemorat bellum ab universis tribubus Israelitarum contra Benjamitas gestum; aggressores quamvis potiore causa & non sine nutu Dei prœliarentur, bis a sceleratis *Jud. 20.*

fuisse

Sæcul. XII. A.C. 1150.

fuisse cæsos, sed tandem cum animum non despondissent, tertio conflictu victoriam fuisse consecutos. Deinde subdit: *Sed dicunt forsitan aliqui, unde scimus quod a Domino sermo egressus sit? quæ signa tu facis, ut credamus tibi? Non est quod ad ista ipse respondeam, parcendum verecundiæ meæ. Responde tu, Sanctissime Pater, pro me & pro te ipso, narra, quæ audivisti & vidisti, aut certe responde, quod tibi inspiraverit Deus. Hæc pauca vice Apologiæ dicta sint; optima vero cuique excusatio est testimonium suæ conscientiæ. Mihi pro minimo est, ut ab illis judicer, qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Et si alterutrum fieri necesse est, murmur hominum in nos quam in Deum peccare malumus. Non quæro gloriam meam; libens excipio venenata spicula blasphemorum, ut non ad ipsum perveniant.*

c. 2 Tum S. Bernardus, ad Institutum, quod sibi proposuerat rediens, Considerationem definit, quod sit *intensa ad investigandum cogitatio*, ut illam distinguat a contemplatione, quæ in veritatem jam prius cognitam tendit.

c. 3. Considerationis materiam dividit in partes quatuor, aitque: *Existimo, quatuor tibi considerandæ esse, primo te ipsum, tum quæ sub te, quæ circa te, quæ supra te sunt.* In parte prima fusius de officiis

Prælati

Prælati agit, quæ in eo consistunt, ut evellat & destruat, ædificet & plantet, quod sibi dictum Propheta audivit. *Nihil hic fastum sonat*, inquit, *sed laborem indicat. Ministerium nobis imponitur, non datur Dominatus* (*). *Non major es ullo Propbetarum. In eminenti Cathedra positus es, quasi in specula, ut inde prospectes omnia. Nec otioso tibi esse licet, quem sedula urget solicitudo omnium Ecclesiarum. Nam quid tibi aliud dimisit S. Apostolus? quod habeo, inquit, hoc tibi do, quid illud? nec aurum est, nec argentum, cum ipse dicat: argentum & aurum non est mihi. Si vero argentum habere tibi contingat, Sanctissime Pater! non ab Apostolis habes, sed alio quocunque titulo, quo ita utaris, quasi non utaris*

Sæcul. XII. A.C. 1150.

Jerem. 1. 10.

(*) Ex hujusmodi SS. Patrum effatis discimus veram Ideam & Definitionem Regiminis & Potestatis Ecclesiæ, a Jesu Christo institutæ. Cererum æterna memoria digna sunt S. Bernardi verba, ad Eugenium Papam directa: *Noveris lata terræ, alta Cæli, profunda maris; si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento, ruinam non structuram facies. Quidquid extruxeris extra te, erit instar congesti pulveris ventis obnoxium. Non ergo Sapiens, qui sibi non est. Sapiens sibi sapiens erit; & bibet de fonte putei sui primus ipse. A te proinde inciviat tua consideratio .... tu primus tibi, tu ultimus. cap. 3. de consideratione.*

Sæcul. XII. A.C. 1150.

utaris. Si ergo gloriari volueris, cum S. Paulo in laboribus & ærumnis gloriare. 2. Cor. 11. 23. *Domabis lupos, sed ovibus non dominaberis. Nobilitas tua sit in morum innocentia, in Fidei constantia, in Humilitatis virtute, quæ omnium Præsulum præcipuum decus est & ornamentum.*

Et inferius: *Monstruosa res est gradus summus, & animus infimus, Sedes* c. 7. *prima, & vita ima, vultus gravis & actus levis, ingens auctoritas & nulla constantia. Non tu de illis es, qui dignitates virtutes putant, nam tibi ante experta virtus quam Dignitas fuit.* c. 8. Deinde Dignitatem Papæ, S. Petri Successoris, extollit S. Bernardus, supra Episcopos, quod sit Pastor non solum ovium, sed etiam Pastorum cum plenitudine Potestatis, quod sit Vicarius Jesu Christi, non uni genti sed omnibus præfectus. Nihilominus S. Bernardus in alio loco Opusc. 11. c. 9. n. 36. Episcopos quoque Jesu Christi Vicarios appellat, quia potestatem suam, licet subordinatam immediate a Jesu Christo habent. Tum Eugenium Papam exhortatur, ut consideret, melior pejorve 11. Consid. c. 11. factus sit, ex quo Pontificatum consecutus est. An patientior sit, an lenior, an humilior, an magis affabilis, an fortior, an seriis rebus intentus, an fidentior, quam oportet? quo zelo sit, qua indulgentia, qua discretione, ne in alter-

utro

utro excedat. An æquo animo ferat prospera & adversa. An non, dum otio fruitur, Sæcularibus nugis indulgeat, *nugæ enim*, ait, *inter Sæculares nugæ sunt; in ore Sacerdotis blasphemiæ. Fœde, Sanctissime Pater, ad cachinnos moveris, fœdius moves.* Mox addit: *De avaritia non est quod tuum fatigem intuitum, cum pecuniam haud pluris quam paleam facere dicaris, sed cave, ne unam personam ex siniſtro affectu alteri præponas, cave, tibi a nimia credulitate, cujus callidissimæ vulpeculæ magnorum neminem comperi satis repulisse versutias.* Hic est secundi Libri de Consideratione sensus. Sæcul. XII. A.C.1150. c. 12. c. 13. c. 14.

§. XLVIII.

Petrus Cluniacensis Romæ.

Sub idem tempus Petro Abbati Cluniacensi post reditum ex urbe Roma, & postquam menses quinque abfuisset a suis, S. Bernardus epistolam scripsit humanissimam, cui tamen Abbas Cluniacensis tam cito ac voluisset respondere non potuit, quod reduci ingens negotiorum moles objecta fuerit, nam ubi in Monasterium suum pervenit, habuit ibi expectantes se Legatos ex Italia, Germania, Hispania, Anglia, Francia, id est ex monasteriis sui Ordinis Monasterio Cluniacensi subditis, unde negotia ipso absente collecta expedienda fuerunt. 6. *ep.* 47.

Sæcul. XII. A.C. 1150.

In epistola autem ad S. Bernardum deinde data, quomodo ab Eugenio Papa receptus fuerit, his verbis narrat: *Me hilari semper vultu dignatus est, dum alios pro diversitate personarum & adjunctorum vel amice vel severe intuebatur. Me non nunquam viris majore dignitate fulgentibus præferebat, me pæne solum de exteris ad consilium cum suis Romanis adhibebat. Hæc publice; ubi autem privatim agebamus, nunquam fideliorem Pontifice maximo amicum, nunquam mei amantiorem fratrem expertus sum. Loquentem mansuete audiebat, prompte & sincere respondebat, me comiter quasi æqualem, etiam non nunquam reverenter quasi superiorem habebat. Nihil fastum sapiebat, nihil supremum dominatum, sola æquitas, humilitas, ratio imperabat. Quæ petebam, vel cito concessit, vel tam leniter denegavit, ut conquerendi causa superesset nulla. Videram Eugenium Romæ primo Pontificatus sui anno, videram eumdem postea Cluniaci, Antissiodori, Catalauni, Remis, ultimo autem Romæ multo meliorem inveni.*

ep. 46.

§. XLIX.

Petri Cluniacensis Epistola.

Romu. Salern. ap. Baron. an. 1150.

Rogerius Siciliæ Rex, anno millesimo centesimo quadragesimo nono, filio suo primogenito Rogerio duce Apuliæ orba-

orbatus est, postquam jam ante tres alios filios amisisset. Quare unicum adhuc superstitem, Guilielmum Principem Capuæ, anno millesimo centesimo quinquagesimo Regem Siciliæ coronari jussit. Petrus vero Cluniacensis data epistola Rogerium in funeribus filiorum consolatus est, in qua dicit, quod pro animabus illorum Missas celebrari, orationes ad Deum fundi & eleemosynas fieri præceperit. Tum subjungit, quod multum doleat de inimicitiis, quæ inter Rogerium & Regem Teutonicorum versarentur, & operam suam offert, scilicet profecturum se in Germaniam, ut pacem & concordiam inter ambos Reges firmaret, & addit: *Est & aliud quod longe magis accendit animos nostros & omnium Gallorum nostrorum ad amandam & quærendam pacem vestram, nimirum lamentabilis & inaudita peregrinantium militum proditio, qua perfidi Græci Christianorum exercitus perdiderunt. Neminem Principum Christianorum novi, quam vos ambos, qui totius pæne Galliæ & Germaniæ miserabili fraude extinctum florem, ut par est, ulcisci possent. Surge igitur, optime Princeps, ad bellum accingere, quod voce quidem mea, sed tam meis quam omnium votis dico, vade in adjutorium populo Dei, tot opprobria, tot injurias, tot mortes, tan-*

Sæcul. XII. A.C.1150.

6. *ep.* 16.

Sæcul. XII. A. C. 1150.

tum tamque impie effusum exercitus Dei sanguinem vindica. Verumtamen Græci isti, in quorum cervices Rogerii Regis arma immittere Abbas Cluniacensis ferventissime cupiebat, Christiani erant, nec his stimulis opus erat Rogerio, quem Græci jam diu hostem maxime formidandum sentiebant.

§. L.

Ecclesia Septentrionalis.

vit. an. Boll. 19. Jan to. 2. p. 249. Jo. Magn. hist. Goth. L. XVIII. c. 18.

Sub idem tempus Ecclesiam Sueciæ Martyres duo illustrarunt, Henricus Episcopus Upsaliæ, & Rex Ericus seu Henricus, idem enim est nomen. Episcopum, in Anglia natum, anno millesimo centesimo quadragesimo octavo ordinaverat Nicolaus Episcopus Albanensis, Papæ Legatus & ipse ex Gente Anglorum, postea ad Summum Pontificatum evectus, & Hadrianus IV. dictus. Ericus carissimus erat Henrico Regi, cujus unica cura fuit Religionem defendere & propagare atque Justitiæ Regnum proferre; ita ut Leges ab eo conditæ sequentibus Sæculis celeberrimæ extiterint. Is etiam bellum gerendum suscepit, adversus Finonienses, populos adhuc infideles & nominis Christiani hostes, postquam prius pacem obtulisset, si Fidem amplecti vellent. Porro in hac expeditione, Episcopum Upsaliæ habens

vit. Eric. Boll. 18. Maji. to 13. p. 187.

habens in castris, cum magnam repor- Sæcul. XII.
tasset de Finonienſibus victoriam, gra- A. C. 1150.
tias Deo egit prostratus in terra, copio-
sas fundens lacrymas, & dolens ruinam
tot animarum, quæ per Baptismum ad
Salutem pervenire potuissent. Devicto
populo pacem concessit, eique Evan-
gelium prædicari jussit. Fundatæ sunt
Ecclesiæ, constituti Presbyteri, atque,
Rege in Sueciam redeunte, Henricus
Episcopus apud Neophytos permansit,
quos in Fide confirmaret. Cum vero
Neophytorum istorum aliquis homi-
cidium commisisset, & Sanctus Vir reum
ad suscipiendam pœnitentiam canoni-
cam compellere voluisset, ut ceteros ter-
rore contineret, ille in furorem actus
Sanctum Episcopum interfecit, cujus
Sanctitatem complura miracula prodide-
runt. Vertebatur tunc verisimiliter an-
nus Salutis millesimus centesimus quin-
quagesimus, & Ecclesia festum S. Mar-
tyris decima nona Januarii celebrat.
Erico Regi in Sueciam reverso quidam
Danorum Princeps, qui Regno Sueciæ
inhiabat, arma intulit. Cumque in Festo
Ascensionis Domini Upsaliæ, capite regni
sui, Sacerdote Sacris operante Regi oranti
amicorum promptissimi nunciarent, ho-
stes urbi imminere, in quos collecto mi-
lite procedendum esset, *sinite me*, in-
quit, *toti Missæ præsentem adesse, spero*

Sæcul. XII. A.C. 1151.

nos reliquo officio divino in alia Ecclesia interfuturos. Tum cum paucis egressum, ut suâ tueretur, quia latrones illi non justum prælium, sed insidias & solius Regis cædem meditabantur, in terram dejiciunt, multis plagis perfodiunt, & capite truncant. Tam tetrum facinus decima octava Maji anno millesimo centesimo quinquagesimo primo altera post Ascensionem Domini die peractum. Ubi occisi corpus ad sepulturam familiares pararunt, viderunt cilicium sub vestibus latuisse, sed præterea vivens variis pœnitentiæ operibus, vigiliis, jejuniis, balneis aquæ frigidæ rebellem carnem domuerat. Post mortem suam Henricus pro vivis apud Deum intercedens plurimis claruit miraculis, eumque Ecclesia inter Martyres illa die, qua cecidit, colit.

Martyr. Rom. 18. Maji.

Nicolaus Episcopus Albanensis, ab Eugenio Papa in Daniam missus Ecclesiam Archiepiscopalem condidit in Norwegia, quæ provincia hactenus Ecclesiæ Archiepiscopali Lundensi subjecta fuerat. Sed etiam in Suecia Sedem Metropolitanam erecturus, Concilium provinciale Lincopii anno millesimo centesimo quadragesimo octavo celebravit. Quia vero Gothi & Sueci tam de loco futuræ Metropolis, quam de viro ad illam dignitatem eligendo dissentiebant, Legatus re infecta discessit; Gothi enim Archi-

Saxo Gramm. lib. 14. p. 238.

Sup. Lib. LXIV. n. 57

episcopo

episcopo Bremensi quam Upsaliensi subesse malebant. Nicolaus Legatus per Daniam rediens Esquilio Archiepiscopo Lundensi Pallium commisit, quod Archiepiscopo Sueciæ daturus fuisset, ut illud Præsuli, quem Gothi & Sueci communi consensu electuri essent, traderet. Id vero exsequi non licuit. Eo itaque consilio Legatus Archiepiscopum Lundensem Dignitate Primatis in Suecia & Norwegia condecorabat, ut Archiepiscopatu nuper in Norwegia fundato solatium aliquod post imminutam ipsius diœcesim conferret. Nicolaus, exinde Papatum consecutus, hoc jus Primatus Lundinensi confirmavit. Sæcul. XII. A. C. 1151.

Illa tempestate Ecclesiæ Metropoliticæ Bremensi Hartwicus præerat, Alberonis, anno millesimo centesimo quadragesimo octavo defuncti, Successor, qui eam Sedem annis viginti tenuit. Anno sequente, millesimo centesimo quadragesimo nono, pace inter Saxones & Sclavos reducta, ad restituendos Episcopatus a barbaris illis destructos, videlicet Oldemburgensem, postea Lubecam translatum, Ratzeburgensem & Megalopolitanum, postea Suerinum translatum, animum adjecit. Quippe hæ Sedes Episcopales per annos octoginta vacaverant, sicque Hartwicus se cunctis suis Suffraganeis privatum dolebat, cum etiam *Hist. ap. Lindem. br. p. 102.*

Sæcul. XII. A.C.1151.

iam illa Jurisdictione, qua Anteceſſores ejus in Epiſcopos Daniæ, Norwegiæ & Sueciæ potiebantur, careret. Hanc igitur tum precibus, tum donis a Papa & Imperatore ſibi iterum obtinere fruſtra conatus, memoratos Epiſcopatus propinquos, in regione Sclavorum poſitos, reſtaurare aggreſſus eſt. Quare Epiſcopum Oldemburgenſem conſecravit Vicelinum, Presbyterum Venerabilem, qui ad propagandam in Holſatia fidem annis non minus triginta piiſſimo labore deſudabat; Eminchardum vero Hartwicus Epiſcopum Megalopolitanum ordinavit.

§. LI.

Vicelinus Epiſcopus Oldemburgenſis.

Vicelinus in Diœceſi Mindenſi parentibus magis virtute quam cenſu conſpicuis natus, pueritiam jam egreſſus, literis operam dare cœpit, primum in patria ſua, deinde Paderbornæ, ſub Hartmanno Magiſtro celeberrimo, qui ardentiſſimam ſciendi cupiditatem in Vicelino temperare coactus eſt (*). Poſtea

Helm. 1. c. 43. c. 45.

(*) Cum hic aliqua Epiſcopatus Paderbornenſis occurrit mentio, anſa mihi præbetur, triſtem & dubiam antiquiſſimæ hujus Eccleſiæ ſortem, qua hodie premitur, quin etiam periculum Rei Catholicæ non nullum commemorandi. Nempe Eccleſiæ Paderbornenſis, Monaſterienſis, & Hildes-

Postea Vicelinus Scholæ Bremensi præfectus est sub Friderico Archiepiscopo, cui, omnibusque Viris, in illa Ecclesia pietate

Sæcul. XII. A.C.1151.

& Hildesheimensis per obitum Sereniſſimi Electoris Coloniæ Clementis Augusti, initio anni 1761. inter medios belli truculenti (quod in Germania haud ambigue a Protestantibus agressoribus etiam Religionis causa geritur) tumultus Pastore suo amantissimo & vigilantissimo privatæ sunt. Tres memoratæ modo Ecclesiæ hodie armis Protestantium occupantur, earumdem Ecclesiarum Canonicis Cathedralibus a supremo belliduce, Regis Angliæ nomine, districte prohibitum, ne per electionem Ecclesiis vacantibus Episcopos dent. Canonici Paderbornenses custodiæ traditi sunt. An vero hæc omnia, salva pace Westphalica, fieri possint, illorum, quibus competit, judicium esto.

Ceterum Episcopus Vicarius Paderbornensis in Pontificalibus Generalis, ut solertissimus est, de custodia elapsus Bonnam se recepit. Hac die vero, qua hæc scribo, octava Januarii anno millesimo septingentesimo sexagesimo secundo idem Reverendissimus Episcopus in nostro Monasterio Benedictino-Ettalensi, ubi olim inter illustrissimos Collegii Alumnos educatus, & postea anno millesimo septingentesimo trigesimo Sacrum Ordinem professus est, fraterno affectu diversatur, & in Festo Epiphaniæ, raro inter Episcopos exemplo, coram plebe e Cathedra dixit. Eumdem Præsulem, Josephum ex illustrissima Familia Comitum de Gondola ortum,

Cle-

Sæcul. XII. A.C. 1151.

pietate insignibus, carissimus erat, Clericis autem negligentibus & licentiose viventibus terribilis. Accusabatur etiam quod discipulos suos nimio rigore castigaret, quorum tamen aliqui non obscura nominis fama extiterunt, atque inter ceteros Ditmarus juvenis. Elapsis exinde aliquot annis Vicelinus in Franciam profectus, ipse severioribus disciplinis vacaturus, Ditmaro in itineris socium adscito, Laudunum venit, ut se Magisterio duorum fratrum Rudolphi & Anselmi, quibus nemo magis illa ætate in explanatione S. Scripturæ clarebat, subderet. Tribus annis his Præceptoribus usus, quæstiones curiositatem fomentes vitabat, & disputationes non necessarias. Inde perfectionis desiderio motus a carnibus abstinere & corpus suum cilicio macerare statuit. Inter Clericos ad Acolyti gradum solummodo pervenerat; noluerat enim ad altiorem ascendere, timens ne ejus deinde pœnitentia subiret, quod juvenili impetu elegisset. Sed elapsis illis tribus annis, quos in Francia scientiarum studio dederat, in

c. 47.

Clemens XIII. Pontifex Maximus, explorata ipsius pietate, doctrina, & zelo Missionum Septentrionalium Vicarium Apostolicum, cum solitis Juribus & facultatibus, dato Brevi Apostolico anno 1761. die 5ta Octobris constituit.

in patriam redire & Ordines Sacros ſuſcipere decrevit. Sæcul. XII. A.C.1151.

In Germaniam redux Vicelinus S.Norbertum adiit, tunc in Cathedra Magdeburgenſi ſedentem, qui perſpecta ejus pietate Presbyterum ordinavit. Tunc vero ſacerdotali zelo fervens, cupiensque Eccleſiæ prodeſſe, cum comperiſſet Henricum Sclavorum Principem, domitis barbaris nationibus, totum in eo eſſe, ut veram Fidem inter Paganos dilataret, ad Adalberonem Archiepiſcopum Bremenſem ſe contulit, qui, approbato ejus conſilio, ipſum Auctoritate Archiepiſcopali ad prædicandum Sclavis Evangelium, & Idololatriam extirpandam miſit. Nec mora, Vicelinus cum duobus Presbyteris, qui operam ſuam ad opus Apoſtolicum condixerunt, in Sclavorum Regionem ingreſſus, ab Henrico Principe licentiam prædicandi, & Eccleſiam Lubecenſem, in qua Officia Divina peragerent, impetrat. Verum cum Henricum Principem præcox fatum eripuiſſet, provincia bello civili turbata, Falderæ in terminis Holſatiæ, qua Sclavorum terras ſpectat, ſubſtiterunt. Incolæ Religionem Chriſtianam profitebantur, cujus nihil niſi nomen ſervabant; nam antiquis ſuis ſuperſtitionibus inhærebant, & lucos fontesque adorabant. Ubi autem Vicelinus eorum animos ſibi conciliavit, auſculta-

c. 47.

c. 48.

Sæcul. XII. A. C. 1151.

sultabant attoniti, de felicitate vitæ futuræ & de corporum resurrectione differentem, incredibilis hominum multitudo ad pœnitentiæ remedium confugit, & Vicelini prædicantis fama totam provinciam Nordalbingensium implevit. Ipse Ecclesias propinquas cœpit invisere, populos docens, peccatores corripiens, lites componens, lucos profanos omnesque Paganorum ritus abolens. Sanctitatis fama complures Discipulos ad Vicelinum perduxit, tam Clericos quam Laicos, qui piissima societate inita promiserunt, se uxores nunquam accepturos, sed orationi, ægrotis levandis, nutriendis pauperibus, propriæ aliorumque saluti omni virium contentione vacaturos esse. Præcipue pro conversione Sclavorum Deum orabant; sed non cito eorum preces cœlum exaudiit.

c. 54. Lotharius Imperator, Vicelinum hortantem secutus, condita arce Sigebergensi ad Travam amnem & fundata ibidem Ecclesia, eidem & arcis & Ecclesiæ curam commisit, eo consilio, ut Sclavis omnibus, Religioni Catholicæ subjectis,

c. 55. Vicelinum Episcopum daret. Sed Imperatore brevi post fatis functo, nihil effectum, & bella inter Henricum Superbum atque Albertum Ursum exorta

c. 56. Vicelinum cum sociis suis Falderam redire compulerunt, ubi complura miracula præser-

præsertim in hominibus a dæmone obsessis edebant. Haud diu post Ditmarus, olim Vicelini Discipulus, tunc vero Capituli Bremensis Decanus, relictis omnibus, ad Magistrum suum, ejusque Congregationem Falderanam rediit, cumque esset zelosissimus & virtutis amantissimus non leve auxilium Vicelino præstitit. Talis erat Vicelinus Presbyter, cum eum Hartwicus Archiepiscopus Bremensis die Dominica nona Octobris anno millesimo centesimo quadragesimo nono Episcopum Oldemburgensem ordinavit. Quia vero istud, Henrico Leone Saxoniæ Duce inscio, molitus fuerat, ab eo Principe omnibus totius anni decimis privatus est. Verumtamen cum Episcopus ordinatus ad Ducem se contulisset, ille placatus tutelam suam Præsuli promisit eo pacto, ut Investituram a se acciperet. Dura videbatur Vicelino conditio, quandoquidem omni retro consuetudini adversabatur, Episcopum manu alterius quam Imperatoris investiri. Optimatum aliquis, Episcopi Vicelini amicus, suadebat; obsequeretur voluntati Ducis propter salutem Ecclesiarum in Sclavia, dicens, ipsi nec Imperatorem nec Archiepiscopum præsidio esse posse, si Dux, in cujus potestate tota provincia esset, obsisteret. Petiit ergo Episcopus inducias ad deliberandum, & inter-

Sæcul. XII. A.C.1151.

Henricus Leo.

c. 59.

c. 70.

Sæcul. XII. A. C. 1151.

interea Hartwicum Archiepiscopum consuluit, qui vehementer hortatus est, ne Investituram a Duce peteret, adjiciens, solum Imperatorem Episcoporum Dominum esse, cujus Vasalli esse Principes ceteri ambirent. Quia autem Saxoniæ Dux Vicelinum acerbe habebat, decimas detinebat, & quæcunque petebat, denegabat, cessit tandem tempori & investiri se, tradito Baculo, passus est.

c. 71. 74.

Paulo autem post graviter afflictus est, amisso Ditmaro, carissimo suo Discipulo, quem ei in Vigilia Pentecostes die decima septima Maji anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo mors eripuit.

§. LII.

Patriarchæ Constantinopolitani.

Cinnam. lib. 2. c. 18. Sup. n. 26.

Constantinopoli Patriarcha Nicolaus Muzalon, anno millesimo centesimo quinquagesimo primo, loco cedere compulsus est. Is, cum Ecclesiam Constantinopolitanam regere cœpit, vituperabatur ab omnibus, quod contra Canones Sedem Patriarchalem usurparet, postquam Episcopatum abdicasset, relicta Sede Cypria. Initio equidem animum contra Adversariorum molimina obfirmavit, sed tandem querelis ad Imperatorem delatis, intelligens, certissime futurum, ut causa caderet, noluit diem expectare,

qua

qua publice damnaretur, sed dimisso Patriarchatu discessit, vitam privatorum more ducturus, postquam Dignitate Patriarchali per annos tres & menses quatuor eminuisset. Ipso sedente, synodice definitum est, affinitatem, per sponsalia inter duos patrueles & duas sorores contractam, non esse impedimentum matrimonii. Nicolao successit Theodorus Monachus & Abbas S. Anastasiæ, eique rursus quidam Reclusus nomine Neophytus ex Monasterio *Evergetæ*, id est Benefactricis, quod nomen S. Virgini dabatur. Tumque in Sedem Constantinopolitanam evectus est Constantinus *Chliarenus* Diaconus & Sacellanus. Ceterum quantum temporis quisque ex his Patriarchis sederit nescimus, omnes vero tres plus quam annos quatuor non expleverunt.

Sæcul. XII. A. C. 1151.

Jus Græc. Rom. p. 217. ibid. Catal. pag. 303.

§. LIII.

Nicolai, S. Bernardo ab Epistolis, lapsus.

Jam diu S. Bernardum non latebat, se Nicolai Amanuensis sui perfidia lædi; sed tandem anno millesimo centesimo quinquagesimo primo hominis temeritas omnibus palam facta est, quo Claravalle miser aufugit. Is, natione Francus, ab ineunte ætate institutum mona-

Mabil. præf. in Serm. S. Bern. n. 36

Sæcul. XII. A.C. 1151. sticum in Monasterio Ramejensi prope Trecas professus, quia pro temporum illorum ratione doctissimus erat, fratres suos erudire jussus est. Porro indole facili & placendi studio maximorum virorum amicitiam, præsertim Attonis Episcopi Trecensis, Petri Abbatis Cluniacensis, Petri Cellensis & complurium aliorum, sibi facile conciliavit. S. Bernardi fama deinde Claramvallem pertractus, primo Eugenii Pontificis anno receptus est, quod diceret vehementi se teneri desiderio, ad Monasterium transeundi, in quo Sacra Regula majore fervore, quam in suo servaretur. Itaque Congregationi Claravallensi adscriptus, Geofrido Amanuensium (nam ob ingentem negotiorum molem S. Abbas plures habebat) Præfecto subditur, cui deinde ipse suffectus alios sibi subditos direxit. Proprium Claravalle Nicolao erat conclave, seu Musæum, repletum libris, quibuscum negotiabatur, nam Manuscripta autographa commodata ab aliis accipiebat ad ea transscribenda, aliaque aliis ipse dabat, ea conditione addita, ut præter autographum etiam aliud recens descriptum ipsi redderent. Præcipua ei cura erat, magnas amicorum & Clientum cohortes fovere, quod ex ipsius Epistolis constat. Ministerium autem Nicolai, ceterorumque Amanuensium non

eo

eo solum absolvebatur, quod S. Bernardo dictante scriberent, sed etiam ipso jubente literas suo Marte exararent. Unde non nunquam S. Vir conqueritur, quod animi sui sensa male reddidissent. Aliorum præterea virorum nomine Epistolas scribebat Nicolaus, non nullæ enim supersunt nomine Henrici, Regis Germani, & postea Episcopi Belvacensis, datæ. Tandem Sermones scribebat, qui e S. Bernardi calamo fluxisse dicebantur, sive solummodo orationes a S. Abbate in lingua Francorum prolatas in Latinum transtulit, sive ipse simillimas concinnavit, quippe & cogitandi rationem Domini sui assequebatur, & stilum ejusdem imitando sibi familiarem effecerat. Sæcul. XII. A. C. 1151.

ep. 387. al. 352.

Ita spatium annorum ferme quinque Claravalle transegit Nicolaus, in quo S. Bernardus & Petrus Cluniacensis, quibus erat carissimus, maximam posuerant fiduciam, quippe mittebat eum S. Abbas sæpiuscule ad Petrum, arcana sua sensa aperiens. Tandem vero suboluit S. Viro, se a Nicolao decipi, eumque sigillo suo ad scribendas suo nomine literas adulterinas abuti. Qua de re Bernardus Eugenio Papæ scripsit in hunc modum: *Falsos fratres patimur, & complures Epistolæ apocryphæ nostro sigillo munitæ ad diversorum manus delatæ sunt, quodque maxime timeo, non nullæ etiam*

ep. 284.

ep. 2. 84.

Sæcul. XII. A. C. 1151.

cum falso signo usque ad te pervenisse dicuntur. Id me ad abjiciendam pristinam ceram compulit, & novam adhibendam, quæ ut vides imaginem mei & nomen præfert. Nullas jam alias literas, nisi hoc signum conspexeris, tanquam meas recipe. Nempe adhucdum illo tempore sigillum loco subscriptionis erat. Ceterum S. Abbas hic Nicolaum non nominat, quod necdum publica esset ejus proditio.

Postquam vero Claravalle abiit, cum jam famæ ejus parcere nihil prodesset, S. Bernardus Papæ scripsit in hæc verba: *Nicolaus exiit a nobis, quia non erat ex nobis. Exiit, inquam, pudenda relinquens vestigia. Diu ante hominem noveram, sed expectabam tempus, quo converteretur a Deo, vel se ipsum, ut alter Judas, proderet. Contigit vero hoc ultimum, nam præter libros, aurum & argentum in sarcinis, in exeuntis sinu deprehensa sunt tria sigilla, proprium, Prioris, & meum, non vetus illud, sed novum, quod non diu abhinc ad devitandas ejus fraudes, comparare compulsus fueram. Quis dicat, quantum Epistolarum numerum meo nomine & me inscio scripserit? Utinam Curia tua ab hujus hominis mendaciis libera sit, & innocentia illorum, qui apud me sunt, coram illis defendi possit, quorum animos*

ep. 229.

1. Joa. 2. 19.

201.

S. Bernardus deceptus.

suis

ſuis calumniis occupavit. Convictum tenemus & ex parte etiam confeſſum, quod tibi quoque non nunquam Epiſtolas ſpurias ſcripſerit. Quod ſpectat ad cetera perfidi capitis flagitia, modo in tota regione vulgata, & ſcribere erubeſco & oculis tuis parco. Si ad te venerit verſipellis, jactitat enim Romæ ſibi amicos eſſe, memineris Arnaldi Brixienſis, quippe iſte longe pejor eſt illo. Nemo Nicolao dignior perpetuo carcere, in quo perpetuo damnetur ſilentio, unquam fuit. Nicolaus in varias Regiones delatus tandem in Monaſterium Ramejenſe, ubi primo monachum induerat, ſe recepit, ultraque annos viginti quinque ſuperſtes fuit.

Sæcul. XII. A.C. 1151.

§. LIV.

Sugerii Abbatis obitus.

Sub idem tempus S. Bernardus, accepto nuncio, quod Sugerius Abbas morti proximus decumberet, data ad eum Epiſtola, fraterno affectu & pietatis ſenſu plena, ad mortem forti animo obeundam hortatur, dicitque, ſe vehementer cupere, eum inviſere, & a morituro benedictionem accipere. *ep.* 266.

Sugerius, ubi morbo tentari cœpit, ad Capitulum ſe deduci petiit, ubi cum breviter ad Fratres dixiſſet, ſingulorum pedibus advolutus condonari ſibi inter *Mabil. ad ep.* 266.

Sæcul. XII. A.C.1152.

lacrymas rogavit errores omnes, quibus eos offendisset, cui & ipsi lacrymas non tenentes facile annuerunt. Obiit deinde decima tertia Januarii, anno salutis humanæ millesimo centesimo quinquagesimo secundo, ætatis suæ septuagesimo, Abbatialis Regiminis vigesimo nono. Defuncti exequias Episcopi sex, complures Abbates, & Ludovicus Rex junior, flens amare, condecorarunt.

§. LV.

Rex Ludovicus ab Alienora separatur.

Eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, decima octava Martii, Feria tertia ante Festum Paschatis *floridi*, id est Dominicæ Palmarum, quæ jam tunc ita dicebatur, Balgentiaci celebratum est Concilium, cui interfuere Archiepiscopi quatuor, Hugo Senonensis, Hugo Rotomagensis, Samson Remensis, & Lanfredus Burdegalensis, cum multis Episcopis & Abbatibus. Archiepiscopus Senonensis Ludovicum Regem & Reginam Alienoram convocaverat, ut de valore matrimonii inter ipsos sententia proferretur; quippe affirmabant aliqui, affinitatem adeo propinquam intercedere, ut matrimonium valere nequiret. Ergo in Concilio steterunt testes,

to.10.p.1129

stes, qui, præstito juramento, coram Episcopis edixerunt, quod Rex & Regina se cognatione contingerent. Cumque omnibus videretur, firmum satis esse argumentum, consensu utriusque partis dissolutum est matrimonium. Annos quatuordecim Ludovicus & Alienora in conjugio transegerant, ex quo duæ filiæ natæ erant; sed cum illa in profectione Hierosolymitana Regem multoties offendisset, intolerabilis mulier marito effecta est. Ipsa in Ducatum suum Aquitaniæ reversa Henrico Duci Normanniæ, Comiti Andegavensi, qui postmodum in Anglia Regnum obtinuit, secundis nuptiis juncta est, Rex vero Ludovicus Constantiam, Alphonsi VIII. Regis Castiliæ filiam, duxit.

Sæcul. XII. A. C. 1152.

Guil. Tyr. Lib. XVII. c. 8.

Rob. de M. an. 1151.

§. LVI.

Conradus moritur. Fridericus I.

In Germania Conradus III. Rex, cum Bambergam venisset, Comitia celebraturus, rebus humanis ereptus est, Feria sexta post cineres, decima quinta Februarii, postquam regnasset annos tredecim, nunquam Imperator coronatus. In eadem autem civitate prope tumulum S. Henrici sepultus est (*). Porro S. Henricum

Otto I. Fris. c. 63.

(*) Id narrans Palatius addit: *Veneni vis manifestior fuit, quam ut falleret, & cum innocentia,*

Sæcul. XII. A.C.1152.

ricum nuper Eugenius Papa Sanctorum Catalogo solemni ritu adscripserat, rogatus ab Episcopo & Canonicis Bambergensibus, ac instructus documentis duorum Legatorum, in Germaniam alias ob causas missorum, quibus mandatum fuerat, locum etiam adire, ubi Henrici Imperatoris corpus jacebat, ac in vitam & miracula ejusdem inquirere. Papa in hac Bulla dicit: *Quamvis hujusmodi petitio* (Sanctos canonizandi) *non nisi in Generalibus Conciliis admitti soleat.* Ceterum Rex Conradus intelligens, Fridericum filium suum per ætatem non posse Regem eligi, successorem designavit Fridericum, ex fratre suo Nepotem, qui Francofurti electus est in frequentissimis Comitiis, præsentibus etiam non nullis Italiæ Principibus. Hæc electio peracta est die quarta Martii eodem anno, Feria tertia tertiæ septimanæ in Quadragesima; Dominica autem sequente Aquisgrani ab Arnoldo Archiepiscopo Colonienſi coronatus est idem Fridericus,

Otto II. de gest Frid. 6. l. 3.

nocentia, pietas in dominum, mœstitia eludere suspicionem possent, conscientia tamen medicus stimulatus, Neapolim ad parricidam se contulit Rogerium. Ubi quia Tyranni proditionem non proditorem diligere solent, debitam pœnam persolvit. Ex Baronio. Conradi Symbolum fuit: *Pauca cum aliis, tecum multa.*

cus, Princeps juvenis, qui annis deinde triginta ſeptem imperavit. Erat vero fortis, magnanimus, juſtitiæ amans, & prudentia præditus; ſed faſtui & iræ non ſatis temperans, cognomento ænobarbus, factis ſuis celebratiſſimus. Sæcul. XII. A.C. 1152.

Fridericus coronatus illico cum Principibus deliberavit, ipſisque ſuadentibus, Romam miſit Hilinum, Archiepiſcopum Trevirenſem, & Eberhardum Archiepiſcopum Bambergenſem, qui Pontifici, Romanis, & toti Italiæ nunciarent, Fridericum Regem electum fuiſſe. c. 4.

Paulo poſt Papa & Fridericus Rex additis conditionibus concordiam inierunt per Legatos ſuos, videlicet nomine Pontificis, Cardinales ſeptem & Brunonem Abbatem Caravallenſem prope Mediolanum Ordinis Ciſtercienſis, & nomine Regis, Anſelmum Epiſcopum Havelbergenſem, Hermannum Epiſcopum Conſtantienſem, & tres Comites. Promittebat vero Rex, ſe nec pacem nec inducias cum Romanis * vel Rogerio Rege unquam petiturum vel conceſſurum eſſe, ſine libero conſenſu & voluntate Romanorum & Papæ. Tum ait: *Pro viribus contendam, Romanos Pontifici obnoxios reddere, ut annis abhinc centum fuerunt. Dignitatem Papalem & Regalia Beati Petri, quia Eccleſiæ Romanæ Advocatus ſum, contra omnes* ap. *Baron.* an. 1152. * rebellibus.

Sæcul. XII. A.C. 1152.

defendam, ad ea quæ non habet recuperanda, ut potero, opem conferam. Græcorum quoque Regem nullam terram ex ista maris parte possidere patiar, quod si forte aliquam invaserit, promptissime, si fieri possit, ejiciam. Papa in vicem promisit, se Regi coronam Imperii, ubi ad eam accipiendam veniisset, daturum esse, se pro debito officii sui Imperatoris Dignitatem tuiturum & auctorum, Censuras Ecclesiasticas in eum finem adhibiturum, & non commissurum, ut Rex Græcorum, se connivente & cessante, ullam ditionem citra mare obtineat. His fœderibus vigesima tertia Martii, Indictione decima quinta, anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, subscriptum est.

§. LVII.

Guimannus ad Sedem Magdeburgensem translatus.

Chron. Sax. an. 1153. Otto c. 6.

Sede Magdeburgensi per obitum Friderici Archiepiscopi, qui decima quinta Januarii ex humanis abierat, vacante, Eligentes dissentiebant, aliis Gerardo Præposito, aliis Decano, suo suffragio faventibus. Ad tollendam litem Regem adeunt, in Saxonia commorantem, qui cum dissidentes conciliare non potuisset, Decano ejusque clientibus suasit, ut Gui-

Guimannum eligerent, Episcopum Saxo-Zizensem, juvenem quidem, sed nobili stemmate ortum. Tumque ad se vocato Investituram Archiepiscopatus Magdeburgensis contulit. Nam Curia Germanica affirmabat, post fœdera & conditiones, inter Paschalem Papam & Henricum V. Imperatorem de Investitura initas, si partes in Electione Episcopi discreparent, Imperatori jus esse quem vellet, adhibito Principum consilio, ad Episcopatum nominare. Ceterum Fridericus Rex rebus Saxoniæ compositis, Festum S. Petri Ratisbonæ celebravit, ubi duo Episcopi, quos in Italiam miserat, ad eum redeuntes grata retulerunt.

Sæcul. XII. A.C. 1152.

Sup. lib. LXVI. n. 5.

Inter hæc Gerardus Præpositus Magdeburgensis, Romam profectus, ad Eugenium Papam querelas detulit, quod Guimannus in illam Sedem auctoritate Principis intrusus fuisset. Id Papæ minime probabatur, quod dispicimus ex ejus Responso dato ad quosdam Præsules Germaniæ, qui hac de re, Regi faventes, Eugenio scripserant, tres nempe Archiepiscopi Eberhardus Salisburgensis, Hartwicus Bremensis, & Hilinus Trevirensis, octo præterea Episcopi, quos inter Otto Frisingensis legitur. In illa Epistola Papa Episcopos reprehendit, quod eis in hoc casu constantia defuisset, & Dei Legem commemorat, per quam Episco-

Otto c. 8.

ep. 8.

Sæcul. XII. A.C.1152.

Episcopos sine manifesta utilitate quin & necessitate transferre ab una Sede ad aliam non liceret. Quare præcipit; suo hortatu efficerent, ut Fridericus ab hoc molimine absisteret, & Ecclesiam Magdeburgensem integra sua libertate uti permitteret, *Quoniam*, inquit, *contra Deum & Sacrorum Canonum Sanctiones nulli omnino petitioni possumus præbere consensum* (*). Hæc Epistola decima septima Augusti anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo data est.

§. LVIII.

Liber tertius de Consideratione. De Appellatione.

Hoc anno S. Bernardus Librum tertium de Consideratione scripsit, in quo Eugenio Papæ considerandæ proponit, quæ infra ipsum sunt. *Nempe infra te est*, inquit, *universus orbis, cujus curam geras, non vero Domini more possideas. Christus hic est, qui solus orbis terrarum possessionem sibi vindicat. Nam nullum tibi venenum, nullum gladium plus formido, quam libidinem dominandi. Ad omnes quidem extendatur tua solicitudo,*

c. 1.

(*) Hanc Eugenii III. sententiam Natalis Alexander in hoc Pontif. pag. 102. *Apostolico sane pectore dignam* pronunciat.

Sæcul. XII. A.C.1152.

citudo, primo autem ad Infideles, ut convertantur ad fidem. Cur enim prædicationi Evangelii metas ponamus? exſpectamus forte ut in eos incidat fides? cui credere caſu contigit? quomodo credent ſine prædicante? Addo, tibi curæ eſſe debere contumaciam Græcorum frangere, qui nobiscum ſunt, & nobiscum non ſunt, junctí fide, diviſi a pace, quamquam & in fide ipſa claudicaverint. Addo Hæreſim, quæ clam pæne ubique ſerpit, & apud aliquos palam ſævit, præſertim ad Auſtrum. Hic S. Bernardo de recentioribus Manichæis ſermo eſt. Tum proſequitur: *Apud ipſos Catholicos Eccleſia ambitione & avaritia turbatur. An non limina Apoſtolorum plus jam ambitio quam devotio terit? an non ambientium vocibus tota die veſtrum reſultat Palatium? an non Eccleſiæ ſpoliis omnis Italiæ rapacitas, inexplebili aviditate, inbiat?*

Rom. 10.

Cum variæ conditionis homines Romam litis cauſa convolarent, S. Bernardus de abuſu Appellationum loquitur. Effectus hic erat falſarum Decretalium, quæ tanquam traditionem Apoſtolicam ponebant libertatem appellandi ab Epiſcopis ad Metropolitas & Primates; item cauſas difficiliores aut majoris momenti Romam deferendi. Quod omnes Epiſcopi læſi ad Sacram Sedem appellare poſſent

Anacl. ep. I. c.4. II. c.4. III. c.4.

Sixt. I. ep. 2. c. 2.

Sæcul. XII. A C. 1152.

possent & illuc ire tenerentur, quoties vocarentur. Quod causæ Episcoporum non nisi a Papa judicio decretorio finiri queant. Tandem quod illis, qui lædi se dicerent, induciæ concedendæ sint, quoties appellarent. Quia vero istarum Epistolarum Decretalium auctoritas per annos prope trecentos invaluerat, nemini amplius veniebat in mentem falsitatem earum suspicari, vel statutas regulas oppugnari posse. Itaque S. Bernardus Appellationes ad S. Sedem utiles esse, quin etiam necessarias præsumens, in solum abusum calamum strinxit.

Victor. ep. 1. c. 3 Zephyr. ep. 1. fab. ep. 3. c. 3. 5.

Sup. lib. LIV. n. 22. Lib. L. n. 37. LI. n. 5.

Ad te, inquit, *de toto mundo appellatur; id quidem in testimonium Primatus tui. At tu, Sanctissime Pater, si sapis, non Primatu gaudebis, sed fructu. Quid tam decorum, quam si oppressi, tuo nomine invocato, malum effugiant? Quid e regione tam triste est aut perversum, quam si sub scuto appellationis lætetur, qui malum fecit, & qui malum tulit, inani labore fatigetur? Reprime Appellationes sine causa, quæ appellanti non prosunt & accusato non nocent. Ante sententiam improba omnino præsumitur appellatio, quia aut partem alteram appellans vexare intendit, aut tempus redimere. Non nulli appellant, ut Justitiæ rigori se surripiant, & impune committant incestus aut adulteria. Quantum malum,*

III. Cons. c. 2

malum, si Apostolicæ Sedis tribunal turpitudini patrocinetur, quod omnium maxime formidari a turpibus oportebat? Sæcul. XII. A. C. 1152.

Impii appellant, ut sic bonum fieri prohibeant, & Episcopi illicita matrimonia solvere non audeant, nec etiam rapinas, furta, sacrilegia punire præsumant, aut infames ab Ordinibus & Beneficiis arcere & repellere queant. Appellatio.

S. Bernardus jam olim data ad Innocentium Papam II. Epistola de abusu Appellationis, qua Episcoporum auctoritas destruitur, amare conquestus fuerat. Læsi malebant vexationem tolerare, quam magnis expensis Romam petere, ubi Appellantibus & Appellationi favebant, & ubi nullum temere appellantium ad refundendas expensas damnatorum exemplum occurrebat. *ep.* 178.

S. Bernardus concludit, Appellationem contemni non oportere, nec ea abuti, sed plus nocere abusum, quia contemptum secum trahit. Utriusque deinde exempla memorabilia, quæ Parisiis contigerant, narrat: *Quidam sibi publice desponsaverat uxorem. Adest dies celebris nuptiarum, parata omnia, invitati multi. Et ecce, aliquis, concupiscens alterius sponsam, inopinato appellat, affirmat, hanc sibi prius fuisse promissam, ergo potius suam esse debere. Stupet sponsus, hærent omnes, Sacerdos non audet*

Sæcul. XII. A.C. 1152.

audet progredi, amici sparguntur in diversa, sponsa a mensa & thalamo sponsi suspenditur, quousque Roma reditum est.

Rursum Alius sibi desponsata uxore diem nuptiarum constituit. Interim adsunt calumniatores dicentes, hos sponsos licite conjungi non posse. Causa ad Judicium Ecclesiasticum defertur, sed non exspectata sententia, appellatum est solo dilationis fruſtratoriæ intuitu. At sponsus, dilectæ tamdiu carere consortio nolens, contempta vel dissimulata Appellatione, nihilominus, quod proposuerat, peregit.

Hic addit S. Bernardus: *Tu igitur videris, Sacerdotum optime, Eugeni! quid illud sibi velit, quod zelus vester assidue contemptum Appellationis vindicet, & abusum dissimulet? Bene facis, quod complures causas ad illos remittas, qui in ipso loco eas facilius & promptius cognoscere possunt, & melius decidunt. Sed attende, quibus id committas.*

S. Bernardus deinde differens de viro, aliis præposito, dicit, animum illius, qui præest, ab omni avaritia debere esse alienissimum, & de Eugenio Papa testatur: *Vidimus duos Præsules ex Germania advenire cum equis, maxima pecuniæ vi onustis, quam illi in Germaniam revehere jussi sunt. Res nova prorsus & inaudita! Roma pecunias oblatas respuens!*

c. 3.

credo

credo autem id potius indoli tuæ, quam Romanorum consilio adscribendum esse. Hi Præsules ambo erant locupletes & rei, scilicet Archiepiscopi Moguntinus & Colonienſis. Tum mentionem facit alterius, per mare ab extrema orbis parte advecti, ut secundo Episcopatum emeret. Is Guilielmus Archiepiscopus Eboracensis fuisse creditur. Tandem quemdam Episcopum pauperem commemorat, cui Eugenius Papa secreto suppeditaverat, unde dona distribueret, ut sic decori & honori Præsulis consuleretur. Sæcul. XII. A.C. 1152.

§. LIX.

Exemptiones.

Inde S. Bernardus transiens ad materiam de Exemptionibus ait: *Conqueruntur omnes Ecclesiæ quod truncentur & a suis membris dividantur. Subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Primatibus. Sic factitando probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed quæstio est, an consulatis Justitiæ. Primo considerandum, an res liceat, deinde an deceat, postremo etiam an expediat. An autem non indecens sit, voluntate tua pro Lege uti, & quia non est, ad quem appelleris, potestatem exercere, negligere rationem? non minus dejecti quam elati animi est, more pecudis non ratione sed pro lubitu agi. An non* c. 4.

Sæcul. XII. A.C.1152.

res est te indigna, si toto non sis contentus, sed etiam minutias quasdam, tanquam non sint tuæ, nescio quomodo, tuas facere satagas? Nec mihi fructum exemptionis prætendas; nullus est enim, nisi quod inde Episcopi insolentiores, monachi etiam dissolutiores fiunt, quid, quod & pauperiores? peccat licentius monachorum vulgus, cum non sit, qui arguat. Licentius etiam spoliantur monasteria, cum non sit, qui defendat. Quo enim confugiant? numquid ad Episcopos, injuriam sibi illatam dolentes? hi profecto ridentibus aspiciunt oculis, sive quæ faciunt mala, sive quæ patiuntur exempti & infelices monachi. Omnium horum reus eris, scandali inde nascentis, odii, ac inimicitia, & discordiæ in Ecclesiis æternæ. Quid autem, si forte nec licet?

Ignosce mihi, non facile adducor, ut dicam tibi licere, quod tot illicita parturit. Tune denique tibi licitum censeas, confundere ordinem, & perturbare terminos quos posuerunt Patres tui? Erras, si ut summam, ita & solam institutam a Deo Apostolicam tuam potestatem existimas; sunt & potestates mediocres, sunt & inferiores. Monstrum facis, si manui submovens digitum, facis eum pendere de capite, superiorem manui, brachio collateralem. Tale est si in Christi corpore membra aliter locas, quam ipse disposuit.

Hierar-

Hierarchiæ Ordo Deum habet auctorem; quod si dicat Episcopus: nolo esse sub Archiepiscopo, & Abbas, nolo obedire Episcopo, hoc de Cælo non est. Scio te posse dispensare, sed in ædificationem non in destructionem. Ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est, nempe utilitas publica non privata. Non nulla tamen Monasteria exempta sunt secundum intentionem Fundatorum, qui ea singulari devotione Sacræ Sedi donarunt (*). Sæcul. XII. A. C. 1152.

Tandem, inquit *S.* Bernardus, *superest, ut super universum Ecclesiæ statum intendat consideratio tua; an omnis hominum conditio officium suum impleat, & præcipue an Sacræ Sedis mandata ea qua dignum est solicitudine observentur. Ut innumera prætermittam, in promptu est mihi monstrare, non observari illa Capitula, quæ in Concilio Remensi de vestimentis Clericorum, & de Ordinibus, in illis requisitis, qui ad dignitates Ecclesiasticas promoventur, tuo ore promulgasti. Falleris si ea teneri putas, si non putas,* Sup. §. 56.

(*) Ex his dispicimus, S. Bernardum, qui in omnibus Oratorum Cathedris, in omnibus Scriptorum Libris Mellifluus deprædicatur, non semper dulcia, verum etiam non nunquam amara propinasse. Sed dulcia laudamus, amara rejicimus.

Sæcul. XII. A.C. 1152.

ipse peccasti, aut statuens, quæ non tenerentur, aut quod non tenentur dissimulans. Jam quartus annus est, ex quo data mandata audivimus, & neminem adhuc Clericorum reorum privatum beneficio, neminem Episcoporum suspensum ab officio vidimus. At luctu amarissimo dignum, quod inde secutum est. Quid vero illud? scilicet impunitas, quæ est incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, & Legum contemptus. Solent dicere; num de vestibus cura est Deo, & non magis de moribus? At forma hæc vestium deformitatis mentium & morum indicium est.

§. LX.

Libri de Consideratione posteriores.

In Libro quarto Considerationis S. Bernardus Papam attentum esse monet, ad ea quæ circa ipsum sunt, Clericos, c. 1. populum, Domesticos. c. 2. *Primo quidem,* ait, *Clerum tuum, amantissime Eugeni! ordinatissimum esse decet, ex quo præcipue in omnem Ecclesiam Cleri forma procedat. Quid vero de Populo loquar? quid magis notum Sæculis, quam protervia & fastus Romanorum? Gens insueta paci, tumultus amans, crudelis, intractabilis, subdi nescia, nisi cum non valet resistere.* c. 4. Et inferius: *Tunc potissimum volunt dominari, cum servitutem professi sunt. Fidem jurant,*

jurant, ut opportunius sibi fidentibus noceant. Ex hoc enim non erit tibi consilium, a quo se arcendos putent, impatientissime ferentes, si stante pro foribus tuis quoquam illorum, moram vel modicam fecerit Ostiarius. Sapientes sunt ad faciendum malum, bonum autem facere nesciunt. Cælo, terræque invisi, impii in Deum, in Rempublicam seditiosi, æmuli invicinos, in extraneos inhumani. Quos, neminem amantes, amat nemo, & cum timeri affectent ab omnibus, ipsi omnes ceteros metuunt. Aliis subesse non sustinent, & aliis præesse non norunt, in Dominos suos perfidi, inferioribus intolerabiles, inverecunde petunt ab aliis, & ab aliis rogati impudenter denegant. Importuni & inquieti donec accipiant, beneficii immemores postquam acceperunt. Grandia loquuntur, operantur exigua, largissime promittunt, parcissime promissa exhibent, adulatores, detractores mordacissimi, veteratores, proditores malignissimi.

Sæcul. XII. A. C. 1152.

Huc usque S. Bernardus, mores Romanorum suæ ætatis depingens. Nihilominus hortatur Papam, ut eis convertendis insudet, etsi modica spes emendationis affulgeat; cum Pastoris sit oves saltem curare, quamvis sanare non possit.

Sæcul. XII. A.C. 1152. Paulo infra iterum de Romanis ad Eugenium Papam ait: *Etiamsi draconibus & scorpionibus similiores sint quam ovibus, tu contra audentior eos aggredere, sed verbo non ferro. Quid tu denuo usurpare gladium tentes, quem semel reponere in vaginam jussus es. Uterque ergo Ecclesiæ est, & spiritualis scilicet gladius & materialis; ille vero Sacerdotis, hic militis manu, sed sane ad nutum Sacerdotis & Imperatoris jussum exserendus.*

n. 7. 8.

Sup. §. 21. Hæc de duobus gladiis allegoria superius nobis occurrit, cui melior sensus tribui non potest, quam si dicatur; ferrum nunquam adhibendum esse, nisi jussu Principis, quem vero Sacerdotes consulere oporteat, ut exploret, an justum sit bellum, aut etiam eorum hortatui morem gerat, & sua potentia ad defendendam Religionem utatur.

S. Bernardus in eodem Libro etiam hæc verba memoratu digna protulit:

n. 5. 6. *Vides omnem Ecclesiasticorum zelum in conservanda sua dignitate absolvi. Honori totum datur, Sanctitati nihil. Si causa requirente paulo submissius agere, & societati humanæ indulgere volueris, absit, inquiunt, non decet, Majestati non convenit, quam personam geras attendito. Nullibi tamen S. Petrus legitur publice processisse, auro gemmisque ornatus, aut sericis indutus, vectus equo albo, stipatus*

tus milite, circumstrepentibus septus mi- Sæcul. XII.
nistris. In bis successisti non Petro sed A.C.1152.
Constantino. Consulo, hæc toleranda esse pro tempore, si modo semper memineris, rei Summam tibi esse, oves pascere. Purpura tectus & auro pastoris officium non abjice, Evangelium non erubesce. Hic videmus S. Bernardi mentem nullum vel de donatione Constantini, vel de veritate falsarum Decretalium dubium subiisse.

Transit deinde ad creationem Cardinalium, quos dicit eligendos esse de toto orbe, utpote orbem judicaturos, & c. 4.
quidem si fieri possit optimos, cum frequentius contingat, bonum ad Curiam Romanam venire, quam ibi ex malo bonum fieri. Inprimis omnem solicitudinem in constituendis Legatis adhibendam esse monet, quos optimis moribus & animo ab avaritia alieniſſimo esse exoptat. Tum præclara Martini Cardinalis Legati in Dania, & Geofridi Episcopi Carnotensis, exempla adducit. Conqueritur, quod Papæ ministri Presbyteris se anteferre conarentur, quia Pontifici celebranti propiores assiderent, cum tamen istud non eorum dignitas, sed ministerii commoditas exigat.

Tandem Papæ suadet, ut cuiquam Domesticorum suorum omnem rerum temporalium curam, Præsule, qui se

Sæcul. XII. A.C.1152.

totum Ministerio Ecclesiæ debet, indignam, committat. Aitque inter cetera: *Mira res! satis superque hominum Episcopi ad manum habent, quibus animas credant, & cui committant suas facultatulas non inveniunt.* In Libro quinto de Consideratione S. Bernardus de illis rebus agit, quæ sunt supra nos, & Eugenio Papæ sublimis meditationis materiam de Angelis, de Essentia divina, de Mysteriis Trinitatis & Incarnationis præbet (*).

§. LXI.

Jordanus, Legatus in Germania.

Jordanus de Ursinis, Legatus in Germaniam ad Conradum Regem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo primo

(*) Capite decimo tertio S. Doctor quærit: *Quid est Deus?* & respondet: *Est Longitudo, Latitudo, Sublimitas & Profundum .... Longitudo, inquam, quid est autem Longitudo? est æternitas. Hæc tam longa, ut non habeat terminum, non magis loci, quam temporis. Deus etiam Latitudo est. Et quid est illa? Caritas, quæ nullis terminis angustatur in Deo, qui nihil odit eorum, quæ fecerit ..... Quid item Deus? Sublimitas & Profundum .... in Sublimi Potentiam, in Profundo Sapientiam considera .... Res una, effectus multiplex, operationesque diversæ.*

Sæcul. XII. A. C. 1152.

mo missus, indeque in Franciam & Normanniam digressus, omnes provincias non Evangelio sed Sacrilegio replens, ubique horrenda reliquerat vestigia. Hunc enim in modum de eo loquitur S. Bernardus in epistola, ad Hugonem Cardinalem Episcopum Ostiensem data, in qua præterea dicit: *Turpia fertur ubique commisisse, spolia Ecclesiarum asportasse, formosulos pueros ad Ecclesiasticos honores, ubi potuit, promovisse, ubi non potuit, voluisse. Multi data pecunia vexam redemerunt, ne ad eos veniret, & ab illis dona extorsit per nuncios, ad quos ipse pervenire non potuit. In scholis, in curiis, in triviis, fabulam se ipsum fecit. Sæculares, Religiosi, omnes de eo male loquuntur, pauperes, monachi & Clerici de eo conqueruntur. Cuncti denique & famam ejus & vitam exhorrent. Non sic Dominus Joannes Paperonius, cujus laus est in Ecclesia, ubique Ministerium suum honorantis. Ceterum has literas Domino Papæ prælege. Ipse viderit, quid de tali homine decernendum sit; ego liberavi conscientiam meam. Dicam tamen, ea qua soleo præcipiti mente; Bonum erit Pontifici, si & ipse purgaverit Curiam suam, & sic animæ suæ consuluerit. Statueram ista tacere, sed Venerabilis Prior Montis-Dei ad scribendum me impulit. Scias vero, minus me dixisse quam publice prædicatur* ep. 290.

Sæcul. XII. A.C. 1152.

dicatur. Mons-Dei est Monasterium Cartusianorum, in Diœcesi Remensi positum.

§. LXII.

Archiepiscopatus in Hibernia.

Joan. Hagulst. to. 2. Conc. p. 1130.

Wareus antiq. lib. c. 16.

Joannes Paperonius Cardinalis Presbyter, Tituli S. Laurentii, Legatus in Hiberniam ab Eugenio Papa anno millesimo centesimo quinquagesimo primo missus, ad Regem Angliæ se contulit, qui ei proficiscenti datis literis securitatem præstare noluit, nisi jurejurando promitteret, se in hoc itinere nihil acturum, quod Regni sui juribus nocere posset. Paperonius indignatus ad Papam rediit, cujus curia Regis Angliæ responso haud modice offensa est. Anno sequente millesimo centesimo quinquagesimo secundo, Paperonius iterum trajecto mari Davidem Scotiæ Regem adiit, petens, ut sibi in Hiberniam navigare liceret. David Rex Legatum circa Festum S. Michaelis honorifice exceptum in Hiberniam dimisit, cum Christiano Episcopo Lismorensi, & ipso in eadem Insula Legati potestate instructo. Ibidem Concilium in Cœnobio Mellifontano, Ordinis Cistercienſis celebrarunt, cui Episcopi, Abbates, Reges, Duces & Majores natu Hiberniæ interfuerunt, quorum consensu Archiepiscopatus constituti

tuti sunt quatuor, Armachanus, Dublinienſis, Caſſelienſis, Toamenſis, hisque ſui Suffraganei ſunt deſignati. Itaque Metropolitica Dignitate in Hibernia primi fulſerunt Gelaſius, alio nomine *Giolla*, *Mac-liab*, Archiepiſcopus Armachanus, Hiberniæ Primas, S. Malachiæ Succeſſor. Gregorius, ſeu *Greri*, Archiepiſcopus Dublinienſis. Donatus, ſeu *Domnaldo* Lonarganus, Archiepiſcopus Caſſelienſis, & Edanus, ſeu *Aeda oboſſim*, Archiepiſcopus Toamenſis. Sæcul. XII. A. C. 1152. *Sup. Lib. LXVIII.*

Ex his exemplis diſpicimus, qua ratione Hiberni nomina ſua Latini ſermonis genio accommodaverint, ut minus barbare ſonarent. Paperonius Legatus memoratis Archiepiſcopis Pallia quatuor, Roma allata, diſtribuit. Hibernos quoque Matrimonii legibus, quibus non erant aſſueti, ſubjecit, & multos abuſus ſuſtulit. Anno ſequente milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, poſt Feſta Paſchalia, ex Hibernia ſolvens, per Scotiam, qua venerat, domum remeavit.

§. LXIII.

Alanus Epiſcopus Antiſſiodorenſis.

In Francia Sedes Antiſſiodorenſis quindecim circiter menſibus vacavit, poſt obitum Hugonis, quem S. Bernardus S. Epiſcopum appellat. Is olim Monachus Ciſter- *Hiſt. Antiſſiod. to. 1. Bibl. Lab. p. 465.*

Sæcul. XII. A. C. 1152.

Ciſtercienſis, & primus Abbas Pontiniacenſis, decima Octobris anno milleſimo centeſimo quinquageſimo primo fatis functus fuerat, cumque de more ad novam Electionem procedere omnes pararent, ſupervenit quidam juvenis, & appellationem interponit, prohibens, ne eligentes ultra progrederentur, donec ipſe Romam petiiſſet, & inde rediiſſet. At cernens appellationem ſuam ſperni, triduo poſt electionem ab aliis peractam, congregatis amicis & clientibus ſuis alium eligi curavit. Re ad Pontificem delata, tertium eligi juſſit, & futuræ electioni viros tres, quos inter S. Bernardus deſignatus erat, præfecit. Et S. Bernardus quidem alteri eorum conſentiebat, quia vero reclamabat tertius, cauſam ſecundo Papæ reſcripſit, qui electum Alanum, natione Flandrum, confirmavit. Is a prima ætate in Eccleſia Inſulana* educatus, & Monachum Claravalle ſub diſciplina S. Bernardi profeſſus, poſtea primus Abbas Ripatorii in Diœceſi Trecenſi, hoc Monaſterium annis duodecim rexit.

* L'isle

Fuere, qui Ludovico Regi ſuggererent, cum prima electio, quam ipſe fieri conceſſiſſet, effectu caruiſſet, ad aliam procedere, ſine novo Regis conſenſu

sensu, non licuisse. At S. Bernardus op- Sæcul XII.
posuit, Regium consensum primo datum A. C. 1152.
sufficere, nec esse necessarium, toties
ad Regem recurrere, quoties eligentes
Clerici dissensissent. *ep.* 282.

Alanus, postquam Ecclesiæ Antissiodorensi annis tredecim præfuisset, illa relicta, consentiente Papa, Claramvallem rediit, reliquum vitæ in pio otio transacturus.

§. LXIV.

Henricus Archiepiscopus Moguntinus deponitur.

Eugenius Papa duos in Germaniam Legatos miserat, Bernardum Presbyterum Cardinalem tituli S. Clementis, antea Priorem Canonicorum Regularium S. Joannis in Laterano, & Gregorium Diaconum Cardinalem Tituli S. Angeli, discussuros causam Henrici Archiepiscopi Moguntini, qui dudum accusatus, quod Bona Ecclesiæ suæ dissiparet, sæpius monitus, errata non emendaverat. Legati Bambergæ versabantur cum Friderico Rege, ubi Festum Paschæ, quod hoc anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio in diem decimam nonam Aprilis incidebat, celebravit. S. Bernardus vero, *Otto.* 1. *Fris.* *c.* 9.

cum

Sæcull XII. A. C. 1153.

cum comperiſſet, Archiepiſcopum Moguntinum ad tribunal Legatorum vocatum fuiſſe, data ad eos epiſtola, rogavit, ut, quantum ſalva juſtitia fieri poſſet, extremo rigore in infelicem Præſulem non animadverterent, ſed ejus ſimplicitati non nihil darent, qua abuſi falſi fratres Archiepiſcopum in ruinam impuliſſe dicerentur. Henricus nihilominus depoſitus eſt in Curia, quam Rex Wormatiæ in Pentecoſte eodem anno convocaverat. Ipſo etiam auctore in Sedem Moguntinam ſubrogatus eſt Arnoldus ejus Cancellarius, per electionem quorumdam delegatorum, qui nomine Clericorum populique ad illam Curiam venerant. Præterea Legati, Rege licentiam concedente, Buchardum Epiſcopum Eichſtadienſem, virum ſenectute fractum, tanquam oneri amplius ferendo imparem, depoſuerunt; verum in Archiepiſcopum Magdeburgenſem quoque, & quosdam alios, ſententiam pronunciaturos prohibuit Rex, & in Italiam dimiſit. Henricus, de Sede Moguntina dejectus, in quoddam Saxoniæ Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis ſe recepit, ubi prima die Septembris eodem anno pia morte defunctus eſt.

ep. 302.

Serr. Lib. V. p. 817.

§. LXV.

Sæcul. XII.
A. C. 1153.

§. LXV.

Eugenius III. moritur. Anastasius IV. Papa.

Eugenius III. Papa eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio octava Julii obiit, postquam in Petri Cathedra annos octo & ferme menses quinque sedisset. Is quartam partem oblationum, quæ ex more in Basilica S. Petri in Altari maximo fiebant, ejusdem Ecclesiæ Canonicis concessit, ipse nunquam ibidem Sacris operari solitus, nisi aliquod donum, Summo Pontifice dignum, afferret. Mortem vero oppetiit Tibure, unde Romam solemni pompa translatus, & in Basilica S. Petri sepultus est, Sanctus ab omnibus habitus, etsi publico cultu affectus non legatur. Complura autem miracula ad ejus tumulum edita sunt, & nominatim ægroti septem a variis morbis liberati Deo gratias egerunt. *Veter. mon. ap. Baron. & Papebr. con.*

Altera post Eugenii obitum die, nona Julii, Romanus Pontifex electus est Conradus, Episcopus Sabinensis, patria Romanus, Canonicus Regularis, dictus Anastasius IV. Senex magna pietate conspicuus, Rerum Romanarum & Ecclesiasticarum longo usu peritissimus, qui autem

Sæcul. XII. A.C. 1153. autem ad clavum Eccleſiæ non plus uno anno & quatuor menſibus ſedit.

§. LXVI.

S. Bernardus Metis.

Inter hæc S. Bernardus vires corporis in dies deficere ſentiebat, Fratresque cenſebant, fieri non poſſe, ut tota hyeme anni milleſimi centeſimi quinquageſimi tertii inchoati ſuperſtes eſſet. Ipſe vero affirmavit, ſe usque ad æſtatem victurum; quamvis proinde lecto affigeretur, & magnis cruciaretur doloribus, Spiritualia tamen meditabatur, dictabat epiſtolas, orabat, fratres ad conſtantiam exhortabatur. Vix unquam Miſſam celebrare omiſit, priusquam ad extrema deduceretur. Ita ægrotans ſcripſit ad Andream, Avunculum ſuum, militem Templi, firmum Regni Hieroſolymitani fulcrum. Is enim ad S. Abbatem prior literas dederat, in quibus ſignificabat, maximo ſe teneri eum inviſendi deſiderio. In illa epiſtola S. Bernardus ait: *Si venis, cito veni, ſi me vivum habere cupis.* Tum mentionem faciens de Principibus, qui in Palæſtinam peregrinati fuerant, *nihil boni*, inquit, *in illis terris effecerunt, & celeriter ad ſua reverſi, mala incredibilia peregerunt.* Simul, ut ab Avunculo rogatus fuerat, ad Meliſendam Hiero-

vit. Lib. V. c. 1.

Hierosolymæ Reginam dedit literas, ut eam officia sua, quæ viduæ & Reginæ incumberent, edoceret. Sæcul. XII. A. C. 1153. ep. 289.

Sub idem tempus, cum populo Metensi Optimatum propinquorum vexationes viderentur intolerabiles, collectis universis viribus, cum armis contra Tyrannos egressus, infeliciter conflixit; quippe duo ferme civium millia tum ferro ceciderunt, tum Mosellæ amnis undis obruta perierunt. Amplissima Urbs vindictam parabat; inimici vero spoliis locupletati & victoria reportata accensi, bellum prosequi in afflictissima provincia statuerant. Tunc vero Hilinus Archiepiscopus Trevirensis, & Ecclesiæ Metensis Metropolita, his malis S. Bernardo melius neminem mederi posse ratus, Claramvallem pergit, ad pedes S. Abbatis omniumque monachorum postratus flagitat; venirent ad auxilium miserrimo populo ferendum.

Singulari Dei providentia factum fuisse videtur, quod S. Bernardus ante aliquot dies morti proximus, utcunque vires receperit. Ergo secutus est Archiepiscopum: cumque in Lotharingiam perveniissent, colloquium inter adversas partes in ripa Mosellæ habi-

Sæcul. XII. A.C. 1153.

tum. Ibi vero S. Bernardo omnes, ut ad pacem reducendam animum adjicerent, exhortante, Principes contumaciter repugnant, & furioſe indignantes, non ſalutato hoſpite, recedunt. Nihilominus eventus docuit, Nobiles, non contemptu ſed reverentia Sancti Viri, cui in faciem reſiſtere non audebant, ad fugiendum fuiſſe permotos.

Itaque ad finem ſpectabant inania comitia omnesque rurſus ſpem totam in armis ponebant, cum S. Bernardus ad Fratres, hujus itineris comites, *nolite turbari*, inquit, *nam dulcis pax, etſi difficili negotio, redibit*, & ecce, media nocte adſunt delegati ad S. Bernardum a Principibus miſſi, quos jam prioris pertinaciæ pœnitebat. Denuo conveniunt ad deliberandum, de pacis conditionibus per aliquot dies agitur, tot autem & tanta obſtacula objiciebantur, ut ſæpe ſpes omnis reconciliationis evaneſceret. Verum hæc mora compluribus morbo laborantibus profuit, quos Vir Sanctus ſanitati reddidit. Et hæc miracula non parum animos ad pacis conſilia impulerunt, quamvis etiam eam ad tempus differrent, quod ingens populi concurſus, & multi-

multitudinis importunæ preces, S. Abbatem a negotio, cujus causa venerat, retardarent. Quare, ut turbas effugeret, Vir Sanctus in Insulam, in medio Mosellæ positam, devehendus fuit, quo civium Metensium Nobiliumque præcipui, cimbis delati, in pacis fœdera tandem coierunt. Inter morbidos, in illo S. Bernardi itinere sanatos, legitur femina, annis omnino octo omnium membrorum tremore concussa & cruciata. Cum ea in conspectum Sancti Viri veniisset, tempore quo spes pacis minima affulgebat, mulieris miseria omnium circumstantium oculos in se rapuit. Tumque, Servo Dei preces fundente, spectantibus omnibus, paulatim tremor cessavit, & femina incolumitati restituta est. Manifestum prodigium etiam contumaciissimos ita tetigit, ut pectus in signum pœnitentiæ ambabus palmis percuterent. Populi acclamatio per mediam horæ partem tenuit. Ad arcendam multitudinem hominum S. Viri pedes osculari ambientium, naviculæ impositus est, & a terra remotus. Cumque adhucdum Principes obtestaretur, ut populis pacem concederent, inter suspiria respondebant: *Quidni obtemperemus viro, cui ut obsequatur Deus tam grandia miracula, nobis spe-*

Sæcul. XII. A.C. 1153.

Sæcul. XII. A. C. 1153. *tantibus, operatur?* dicebat S. Bernardus: *non propter me sed propter vos hæc Deus facit.* Eadem die, cum Urbem Metensem intrasset, Episcopum populumque hortaturus, ut Principibus, conditiones pacis offerentibus, faciles se præberent, mulierem in civitate paralyticam sanitate donavit, quæ ad Virum Sanctum in lectulo suo decumbens robustorum virorum manibus delata, illico domum suam pedibus repetiit. Tandem pax omnibus placet, & adversæ partes datis dextris & amplexu mutuo reconciliantur.

§. LXVII.

S. Bernardi obitus.

Ultima hæc fuit S. Bernardi profectio, nam redux viribus penitus destitui cœpit, quem ipse naturæ defectum eo solatio patiebatur, quo peregrini post longam & periculosam navigationem reficiuntur, cum in exoptatum portum invehi conceditur. Conspiciens dolorem & luctum Fratrum suorum, eos tenerrimo affectu consolabatur, & lacrymis copiose fluentibus obsecrabat, ne Regulæ rigorem & amorem perfectionis monasticæ, quem verbo & exemplo

exemplo eos docuisset, unquam abjice- Sæcul. XII.
rent. Paucis ante mortem diebus Ar- A.C.1153.
noldo Abbati Bonævallis, qui de amici valetudine valde solicitus aliqua ad ejus refocillationem miserat, rescripsit in hunc modum: *Suscepi caritatem tuam in caritate sed non in voluptate. Quæ enim voluptas, ubi totum sibi vindicat amaritudo? nisi quod nihil penitus comedere utcunque delectabile mihi est. Somnus recessit a me, ne vel beneficio sopiti sensus dolor unquam recedat. Defectus stomachi fere totum quod patior est. Frequenter & in die & in nocte exigit confortari modico admodum qualicunque liquore, nam ad solidum omne inexorabiliter indignatur, & hoc parum quod admittit non sine gravi molestia sumit. Pedes & crura intumuerunt, quemadmodum hydropicis contingere solet. Et in his omnibus, ne quid lateat amicum de statu amici sui, secundum interiorem hominem Spiritus promptus est in carne infirma. Orate Salvatorem, ut tempestivum jam exitum non differat sed custodiat. Curate munire precibus vestris agonem meum & horam, qua meritis nudo migrandum erit, ut is qui insidiatur, invenire non possit, ubi figat dentem & vulnus infligat. Istud ipse scripsi,* ep. 310.

Sæcul. XII. A.C.1153. *sic me habens, ut per notam tibi manum cognoscas affectum.*

Ubi constitit Sancti Viri mortem imminere, Episcopi propinqui cum plurimis Abbatibus & monachis Claramvallem convenerunt, tandemque suprema Sancti Viri dies, vigesima Augusti illuxit, qua circa horam nonam matutinam animam suam in manus Creatoris reddidit, anno millesimo centesimo quinquagesimo tertio. Defuncti corpus, vestibus Sacerdotalibus indutum, in Oratorium Beatæ Virginis delatum. Confluxere nobiles, plebejique, quorum gemitibus tota vallis resonabat. Amarissime omnium vero ad fores Monasterii mulieres flebant; his enim Ecclesiam intrare non licebat, pro veteri disciplina, quæ hodieque Cistercii & Claravalle observatur. Biduo, quo omnium oculis expositum fuit corpus, populus turmatim irruebat. Alii osculabantur frigentes pedes, alii corpori admovebant panes, cingula, nummos, resve alias, quas tanquam benedictas servarent, & ex iis premente necessitate levamen quærerent. Secunda die tantus tumultus fuit, ut nec monachorum nec Episcoporum reverentia irrumpentes arceret. Quare

die

die tertia, ante consuetum tempus Sancto Sacrificio celebrato, Sancti Viri corpus sepulchro lapideo infertur, posita super pectus ejus arcula, Reliquias S. Thadæi Apostoli continente, quas, eodem anno sibi Hierosolyma allatas, corpori suo imponi jusserat. Ita S. Bernardus ante Altare S. Virginis, quam semper magna devotione coluerat, terræ mandatur. Sæcul. XII. A.C.1153.

Ceterum ad Cœlum abiit S. Abbas anno ætatis suæ sexagesimo tertio, ex quo Professionem Cistercii emiserat, quadragesimo, ex quo Abbatiam Claræ-vallensem regendam susceperat, trigesimo octavo. Ordinis sui Monasteria vel fundaverat, vel eidem aggregaverat sexaginta duodecim, scilicet in Francia triginta quinque, in Hispania undecim, in Belgio sex, in Anglia quinque, totidem in Hibernia, itemque in Sabaudia, in Italia quatuor, in Germania duo, in Suecia duo, in Hungaria unum, & denique in Dania unum. Si vero etiam Coloniæ, quæ ex monasteriis Claræ-vallensi Congregationi subjectis exiverunt, adnumerentur, usque ad centum sexaginta & plures invenire est. Ecclesia in die obitus sui memoriam S. Bernardi colit; isque

Sup. Lib. LXVI. n. 21.

Martyr. Rom. 20. Aug.

Sæcul. XII. A.C. 1153.

isque ob Doctrinam, zelum & pietatem, quæ ex ejus Scriptis effulget, tanquam SS. Patrum tempore ultimus in Ecclesia habetur (*).

(*) Natalis Alexander, Sententiam S. Bernardi de Sanctorum Beatitudine discutiens postquam illa verba ex Sermone III. præter alia ex aliis commemoravit: *Docet* (S. Bernardus) *tres esse Sanctarum Status animarum. Primum, videlicet in corpore corruptibili, secundum, sine corpore, tertium, in corpore jam glorificato. Primum in Tabernaculis, Secundum in Atriis, Tertium, in domo Dei. &c.* Subjungit: *Verum de Beatitudine consummata loqui S. Bernardum, ex adjunctis perspicuum est; & negare tantum, animas Sanctorum tam perfecte nunc videre Deum, quam visuræ sint receptis corporibus. Quia naturalis impetus, quo erga corpus feruntur, ut ei rursus uniantur, ipsas remoratur, quo minus Angelorum instar tota intentione in Deum ferantur &c.*

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXX.

ANASTASIUS IV. PAPA.
FRIDERICUS I. IMPERAT. OCC. MANUEL COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

S. Guilielmi Archiepiſcopi Eboracenſis extrema.

Sæcul. XII. A.C. 1153.

Henricus Murdacus Archiepiſcopus Eboracenſis, Eugenio III. Papæ, & S. Bernardo, Defenſoribus ſuis haud diu ſuperſtes, eodem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, decima quarta Octobris, naturæ debitum ſolvit, poſtquam illam Sedem occupaſſet annis quinque.

vit. S. Guil. ap. Boll. 8. Jun. to. 20. p. 141.

Sæcul. XII. A.C. 1154.

Sup. lib. LXIX.

At Guilielmus Archiepiſcopus in Concilio Remenſi anno milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo depoſitus, relicto loco ſeceſſus ſui, quamprimum mortem Papæ & S. Bernardi comperit, celeriter Romam profectus, conſpectum electi Papæ Anaſtaſii ſubiit, quem, cum adhucdum eſſet Cardinalis, cauſæ ſuæ faventem expertus fuerat. Gratiam vero ſimpliciter rogabat Guilielmus, nihil de illata ſibi injuria conquerens; cum Romam afferuntur literæ, obitum Henrici Archiepiſcopi nunciantes. Mors Henrici haud parum cauſam Guilielmi adjuvit, quippe Papa & Cardinales, optimi viri canos reverentes, ſententiam ab Eugenio in eum latam retractarunt, & priſtinæ Dignitati reſtituto etiam Pallium, quod prius obtinere non potuerat, conceſſerunt.

In Angliam reverſum, & Cantuariæ diverſantem Rogerius Archidiaconus hujus Eccleſiæ, haud ignarus, virum eſſe virtutibus inſignem, inviſit & ſalutavit; de quo, cum recederet, Archiepiſcopus Eboracenſis prædixit, hunc Rogerium ſuum in Archiepiſcopatu Succeſſorem futurum eſſe. Verum fuiſſe vaticinium eventus deinde docuit.

Guilielmus Wintoniam pervenit Sabbato ſancto, die tertia Aprilis, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto,

&

& Festum Paschæ cum Octava apud Henricum Episcopum Avunculum suum celebravit, tandemque Eboracum Dominica ante Ascensionem Domini nona Maji attigit. Ubi applaudentibus Clericis populoque, Roberto Decano & Osberto Archidiacono nequicquam invitis, exceptus est. Cum autem ingentes populorum cunei redeuntem conspicere gestientes constiparentur, pons ligneus, qua transeundum fuit, ruens, magnam hominum multitudinem effudit in fluvium. Nemo tamen hoc casu vita privatus est; quod omnes orationi & benedictioni S. Archiepiscopi in acceptis retulerunt. Sæcul. XII. A.C.1154.

In Festo Sanctæ Trinitatis, Missa solemni peracta, cum se subito correptum febre sentiret, nihilominus splendidum convivium invitatis hospitibus in suo palatio adornari jussit, cui postquam aliquamdiu assedit, conclave suum intrans familiaribus diem mortis suæ prædixit. Febre octo diebus per omnes artus grassante nullam medicorum opem admisit, & nona, quæ erat dies octava Junii anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto, uno mense exacto, ex quo Eboracum advenerat, extinctus est. Mors præcox omnibus suspicionem propinati veneni creavit, nec defuere, qui dicerent, quod sacris operans virus, inimicorum

Sæcul. XII. A. C. 1154.

corum veneficio Calici mixtum, hausisset. Verumtamen postea patuit, inanem fuisse rumorem & quorumdam malevolorum calumniam.

Guilielmus inter Sanctos in die obitus sui honoratur, corpusque ipsius post annos triginta, ex quo decesserat, e terra elevatum est, quæ translatio compluribus miraculis claruit.

Guilielmo fatis functo, Roberto Decano & Osberto Archidiacono, qui ei semper infensi fuerant, præcipuis auctoribus, a Capitulo, ut ut repugnante, electus est Rogerius Archidiaconus Cantuariensis, eidem favente Theobaldo Archiepiscopo, in Anglia Legato, & Rege consentiente. Eum Theobaldus suis manibus ordinavit, a quo Capitulum Cathedrale Eboracense obtinuit, ut hanc Consecrationem ex potestate sibi ut Legato Sedis Apostolicæ competente, non autem jure Archiepiscopali Ecclesiæ Cantuariensi annexo, perageret. Rogerius Sedem Eboracensem annis viginti septem tenuit, magis sæcularibus negotiis, quam officiis spiritualibus intentus.

Godwin. Ebor. c. 31.

§. II.

Stephanus moritur. Henricus II. Rex Angliæ.

Eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto vigesima quinta Octo-

Octobris e vivis abiit Stephanus Rex Angliæ, postquam annis novemdecim regnasset. Tumque Henricus Dux Normanniæ, nemine repugnante Rex salutatur, ut inter ipsum & Regem Stephanum anno superiore, initis fœderibus, convenerat. Henricus Geofridi *Plantageniti*, Comitis Andegavensis, & Mathildis, ex Henrico I. Rege genitæ, filius Alienoram Aquitaniæ Duciſſam, a Rege Franciæ Ludovico juniore divortio separatam, tori consortem acceperat; unde Christianorum Principum potentissimus illa ætate extitit, cum jure materno Regno Angliæ & Normanniæ, paterno Andegavensibus, Turonensibus & Cenomanensibus, Uxorio autem Aquitaniæ & Pictonibus imperaret. In Normannia versabatur, cum nuncium accepit, Regem Stephanum decessisse. Quare abjecta omni mora in Angliam transmisit, cumque septima Decembris appulisset in Insulam, die Dominica ante Festum Natalis Domini, decima nona ejusdem mensis, Westmonasterii a Theobaldo Archiepiscopo Cantuariensi coronatus est, Archiepiscopis, Episcopis & Baronibus Angliæ ac Normanniæ præsentibus. Regnavit annis triginta quinque, cognomento *Courtmantel*,* licet sæpissime Henricus II. dicatur.

Sæcul. XII. A.C. 1154.

Matth. Paris.

* Kurzmantel

§. III.

Sæcul. XII.
A.C. 1154.

§. III.

Anastasii obitus. Hadrianus IV. Papa.

Cod. Vatic. Baron. & Papeb.

Paulo post quam Regni habenas capessiviſſet, litteræ allatæ ſunt, quibus de obitu Anaſtaſii IV. Papæ, & de electione Hadriani IV. certior fiebat. Nam Anaſtaſius eodem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto ſecunda die Decembris defunctus eſt, cum annum unum, menſes quatuor, & dies viginti quatuor Eccleſiam rexiſſet. Die ſequente, tertia Decembris, quæ erat Feria VI. Papa eligitur & coronatur Nicolaus, Epiſcopus Albanenſis, dictus Hadrianus IV. qui Eccleſiæ Romanæ annos quatuor & menſes novem præfuit. Is natione Anglus fuit, nomine Nicolaus *Brec-Spére*, id eſt, *Haſtatus*, parente Roberto Clerico, qui Monachum ad S. Albanum induens, filium impuberem & admodum pauperem reliquit in ſæculo. Tum adoleſcentiam ingreſſus, cum propter inopiam ſcholis vacare non poſſet, idem monaſterium quotidianæ ſtipis cauſa frequentabat. Erubuit pater, verbisque mordacibus ſocordiam ejus increpitans omni ſolatio deſtitutum cum gravi indignatione abegit. Juvenis, neceſſitate premente aliquid audere coactus, trajecto mari Galli-

Chron. Vos. to. 2. Bibl. Lab. p. 308.

Guil. Neubrig. II. c. 6.

Gallicas adiit regiones, ubi cum nullum fortunæ beneficium inveniret, usque in Provinciam ad Monasterium Canonicorum Regularium S.Rufi pervenit, & quibus potuit obsequiis se ipsis commendare curavit. Quoniam vero erat corpore elegans, vultu jucundus, prudens in verbis, ad injuncta impiger, toti Congregationi placuit, usque adeo, ut ab iis rogatus habitum Regularem susceperit. Inter ipsos compluribus annis versatus magno zelo & disciplinæ amore eminuit. Lectioni sedulo incumbebat; unde perspicaci ingenio & facundia a natura præditus in scientia & eloquentia mire progressus est. Tandem Guilielmo II. fatis functo ipse summo omnium consensu Abbas eligitur. Sæcul. XII. A.C 1154.

Ecce vero, elapsis exinde paucis annis, ipsos pœnituit, quod hominem peregrinum sibi ipsis præfeciissent, calumnias cuderunt, & querelas ad Sedem Apostolicam detulerunt. Eugenius III. auditis accusationis capitibus, miratus, quam sapienter, quam modeste Nicolaus se se defenderet, pace inter Abbatem & monachos utcunque composita, reconciliatos dimisit. At non diu tenuit pax domestica, grandiusque intonuit rediviva tempestas. Tum Pontifex a Canonicis iterum interpellatus, *Scio*, ait, *quæ turbarum vestrarum causa sit. Ite,*

&

Sæcul. XII. A.C. 1154.

& eligite vobis alium, quocum pacem habere possitis; hic autem vobis amplius non erit oneri. Ita utrique parti prospiciens, Nicolaum Romæ retinuit, ejus opera in negotiis gravioribus usurus, ac Cardinalem Episcopum Albanensem creavit.

Cod. ap. Papebr.

Inde ad Norwegos Legatus missus Nicolaus, cum barbaram nationem in Lege Dei instruxisset, redux in Sacram Sedem evehitur. Hadriani promotione comperta Henricus, nuper proclamatus Rex Angliæ, literas ad eum exarari jussit, videlicet olim Regno suo subditum & popularem, gratulatus Angliæ, quod arborem produxisset tam feliciter in aliam regionem transplantatam. Hortatur ut Ecclesiæ dignos Ministros præficiat, ac Terræ Sanctæ & Imperio Græcorum auxilia præparet.

ap. Petr. Bles. ep. 168.

§. IV.

Arnaldi Brixiensis extrema.

Act. ap. Baron. an. 1155.

Inter hæc Arnaldus Brixiensis Romæ versabatur, erroris sui venena publice disseminans, civium quorumdam seditiosorum & inprimis Senatorum factione munitus. Nam quidam ex iis, quos Arnaldus seduxerat, Gerardum Presbyterum Cardinalem tituli S. Pudentianæ in platea Sacra procedentem, & ad Papam se se collaturum, ausu temerario inva-

invadunt, & graviter vulnerant. Quapropter Hadrianus Papa Interdicto subjecit Civitatem Romanam, quæ usque ad Feriam quartam Majoris Hebdomadæ anno 1155. a Divinis officiis ceſſavit, Papa interim in Baſilica S. Petri & civitate Leonina commorante. Tunc vero Senatores, a Clero & populo Romano compulſi, Pontificem adeunt, & ſuper ſancta quatuor Evangelia jurant, ſe Arnaldum ſectatoresque ejus e toto Romano Territorio eſſe ejecturos, niſi ad obedientiam Papæ redirent. Itaque pelluntur, civitas ab Interdicto liberatur, toto populo laudes & gratias Deo perſolvente. Sequente autem die videlicet in Cœna Domini, cum populus undique ad accipiendam abſolutionem peccatorum confluxiſſet, & ingens peregrinorum multitudo adveniſſet, Pontifex, comitantibus Cardinalibus, Epiſcopis, & plurimis Proceribus, ex Urbe Leonina egreſſus, ubi a tempore Ordinationis ſuæ fuerat commoratus, & per mediam civitatem tranſiens, univerſis maximam lætitiam profitentibus, ad Palatium Lateranenſe pervenit, rituque ſolemni Feſtum Paſchæ, quod hoc anno in diem vigeſimam ſeptimam Martii incidebat, celebravit. Sæcul. XII. A. C. 1155.

Dum hæc Romæ aguntur, Fridericus Ænobarbus in Longobardia hyemabat; *Otto Fris. 2. Frid. c. 14. 15. &c.*

Sæcul. XII. A.C. 1155. tumque non nullis Munimentis ac civitate Dertonensi in suam potestatem redactis, Ticinum venit, ubi Rex Longobardorum, in Ecclesia S. Michaelis, in
c. 20. Dominica *Jubilate*, tertia post Pascha, die decima tertia Aprilis, coronatus est. Inde Festo Pentecostes Bononiæ celebrato in Tusciam divertit. Sub idem tem-
c. 11. pus Anselmus Episcopus Havelbergensis ex Græcia reversus est, quo eum Fridericus ad negotium matrimonii sui cum Manuele Imperatore tractandum, & fœdera contra Regem Siciliæ pangenda miserat. Post reditum ergo Anselmus Archiepiscopus Ravennas a Clericis & populo electus est, eique Rex illius provinciæ Exarchatum, in obsequiorum sibi præstitorum præmium, adjecit.

Papa Viterbii morabatur, cum ei referunt amici, Fridericum Regem celeriter ad Urbem contendere. Tum veritus, ne magis hostis quam Patronus immineret, Cardinalibus ceterisque, quorum consilio adsueverat, convocatis, obviam Regi misit Cardinales tres, videlicet duos Presbyteros Jacobum Tituli SS. Joannis & Pauli, & Gerardum S. Pudentianæ, & Gregorium Diaconum S. Mariæ in Porticu, traditis Capitulis & præscripta forma, juxta quam cum Principe paciscerentur. Illi Fridericum in Tuscia apud S. Quiricium habuerunt, ubi

ubi comiter excepti, & in ejus taberna- Sæcul. XII.
culum deducti, literas Apoſtolicas por- A.C. 1155.
rexerunt. Præter alia petebant, Arnaldum Brixienſem ſibi reddi. Is enim a Gerardo Cardinale Diacono S. Nicolai captus, & ex ipſius cuſtodia a Vicecomitibus Campaniæ rursus abſtractus, in manus Regis devenerat. Rex ut Pontificis Hadriani deſiderio obſequeretur, illico Cardinalibus Arnaldum tradit, qui *Otto 2. Frid. c. 20. Licurin. lib. 3. p. 324.* Romam perductus, ex judicio Clericorum, jubente Urbis Præfecto, ſtipiti alligatus, excitato circum igne vivus publice concrematus eſt. Cineres in Tiberim projecti, ne eos rudis populus tanquam Martyris reliquias honoraret. Hic ſeditioſi hominis exitus fuit.

§. V.

Papæ & Regis Friderici colloquium.

Ceterum Fridericus Rex quoque Arnoldum Archiepiſcopum Colonienſem, & Anſelmum, electum Archiepiſcopum Ravennatem viciſſim ad Papam miſerat, ut de ipſius coronatione cum eo tractarent. Ideo reſponſum Cardinalibus dare nolebat, donec Archiepiſcopi a ſe miſſi rediiſſent. Contra Hadrianus Papa, cui Fridericus ſuſpectus erat, eadem arte & induſtria agebat, & Archiepiſco- *Acta.*

Sæcul. XII. A C. 1155.

pis respondere differebat, donec Cardinales sui remeassent. Interim in civitate Castellana, quæ erat tutissimum præsidium, sese continebat. Itaque Legati utrinque re infecta redeuntes in via sibi occurrerunt, & communi consilio ad Regem prope Viterbium in castris commorantem se contulerunt. Ille se Pontifici omnem securitatem præstiturum esse promisit; statimque præsentibus Cardinalibus & Proceribus, Reliquiæ, Crux, & Evangelia afferuntur, super quæ nobilis quidam miles ex ceteris delectus, in animam Regis suamque juravit, Hadriano Papæ & Cardinalibus vitam, membra, libertatem; honorem & Bona salva fore. Cum deinde duo Cardinales hæc Pontifici nunciassent, pollicitus est, se Regem esse coronaturum, locusque & dies, qua colloquerentur præstituta.

Papa a compluribus Proceribus Germaniæ, & magno numero Clericorum Laicorumque exceptus, ad Tabernaculum Regis deducitur. Cum autem Rex Papæ officium stratoris * non exhiberet, Cardinales turbati ad civitatem Castellanam confugiunt. Hadrianus vero, & ipse perterritus, ex equo tamen descendens, in præparata sibi Cathedra honoraria resedit. Tunc Rex ad ejus vestigia procidit, & pedes osculatus, etiam ample-

* equisonis.

amplexum pacis petiit, cui Papa respon- Sæcul. XII.
dit: *Quandoquidem tu mihi consuetum* A.C.1155.
& debitum honorem subtraxisti, quem Antecessores tui Imperatores orthodoxi pro Apostolorum Petri & Pauli reverentia Antecessoribus nostris Romanis Pontificibus usque ad hæc tempora exhibuerunt, ego te ad pacis osculum non recipiam. Rege autem id sibi faciendum esse negante, tota sequens dies in ista altercatione consumta est. Tandem postquam Rex seniores Principes, qui olim cum Lothario Imperatore ad Innocentium Papam venerant, interrogasset, & priscas consuetudines diligenter investigari jussisset, statutum est, ut Fridericus Hadriano Papæ illud obsequium præstaret, quod stratores dominis suis equitantibus solerent. Idque altera die in conspectu exercitus implevit, cum Papæ equitantis stapedam, quantum est jactus lapidis, fortiter tenuit. Tumque Pontifex Regem ad pacis osculum recepit.

§. VI.

Legatio Romanorum.

Inter hæc Romanorum cives, comperto Principis adventu, Legatos ad eum *Otto Fris.* 2.
mittunt, viros solertes & literatos, qui, *c.* 21.
fide publica accepta, Fridericum in castris inter Sutrium & Romam adeunt, & orationem exordiuntur in hunc fer-

Sæcul. XII. A.C. 1155.

me modum: *Rex Magne! a Senatu Populoque Romano missi coronam Imperii tibi offerimus, maximamque de te spem concipimus. Excute a cervicibus nostris intolerabile & iniquum Clericorum jugum. Revertantur pristina tempora, redeant, sub Equestris Ordinis virtute & Senatus sapientia, inclytæ Urbis privilegia, Roma, te Principe, totius orbis denuo imperium teneat. Hospitem te & advenam civem & Principem nostrum constituimus; unde antiquæ nostræ consuetudines & Leges ab Antecessoribus tuis latæ confirmandæ sunt, præfectis nostris, tibi in Capitolio acclamaturis, quinque millia librarum danda. Defensio nostra contra quoscunque inimicos etiam cum sanguinis impendio tibi suscipienda, & hæc omnia datis literis, addito Sacramento, a te promittenda.*

Tantæ audaciæ exordium Rex indignatus plura dicturos turbavit, aitque: *Non est amplius Roma, quod fuit; cujus potentia primum ad Græcos & deinde ad Francos translata est. A veritate procul abest, quod me vos civem vestrum creaveritis & Principem vestrum elegeritis. Carolus & Otto, Reges nostri, sua virtute Romam Italiamque, sine ullius hominis beneficio, Græcis & Longobardis ereptam, Francorum Imperio junxerunt.*

Fateor,

Sæcul. XII. A. C. 1155.

Fateor, auxilium noſtrum imploraſtis contra inimicos, quos nec vos ipſi, nec Domini veſtri, molles Græci, propulſare poterant. Quid multis? legitima poſſeſſione Dominus veſter ſum, nec Siculus ille, in quo tantam ſpem collocatis, vos meæ poteſtati ſubtrahet. Ceterum ſubditorum non eſt, juramenti formulam Principi ſuo præſcribere. Non nego, me vobis Juſtitiam & præſidium debere, nec opus eſt Sacramento. Sed & pecuniam a me petitis; a captivis hæc exigi ſolet, numquid ego captivus veſter ſum? dona autem mea, non extorquere volentibus, ſed quibus lubet, largior.

Porro quibusdam de Curia Friderici Legatos interrogantibus, an aliquid ſupereſſet, quod dicerent, ubi paulisper deliberarunt, reſponderunt, ſe prius ea, quæ audierant, civibus ſuis relaturos, & accepto conſilio ad Regem poſtea redituros eſſe. Hisque revertuntur. Rex dolum præſentiens Hadrianum Papam conſulit, cui Pontifex: *Necdum tibi, Fili mi, tota Romanorum verſutia perſpecta eſt, ſed experientia doceberis. Intelliges, eo conſilio huc veniſſe, & rediiſſe, ut te fallerent. Sed clavus clavo pellendus eſt, mitte militum promtiſſimos, qui urbem Leoninam, & Baſilicam S. Petri, hanc enim tibi dedi jubebo, velociter occupent.* Strenue, quod monebatur, exſecu-

Sæcul. XII. A.C. 1155. exsecutus est Rex; quippe eadem nocte mille equites exploratæ fortitudinis missi, qui, Cardinale Octaviano Duce, Basilicam & Leoninum castrum occuparunt.

§. VII.

Fridericus Imperator coronatur.

Ubi illuxit, Hadrianus Papa cum Cardinalibus & Clericis præcessit, Regem in Basilica S. Petri præstolaturus. Secutus est eum Rex ante horam tertiam, armatorum maxima multitudine stipatus. Ibique depositis vestibus, quas gerebat, solemniori se habitu induit, & ad Ecclesiam Beatæ Mariæ in Turri, in qua eum Papa ante Altare expectabat, processit; cumque, ut in Ordine scriptum erat, juramentum securitatis pro Pontifice edidisset, Rege ibi relicto, Papa ad Altare S. Petri ascendit; mox ejus vestigia omnibus simul procedentibus sequente Rege, ubi in Ecclesia fuit, orationem super eundem Regem dixit primus Episcopus Cardinalis, alius ex Episcopis dixit alteram, & tertius ante Confessionem S. Petri tertiam, qui ei etiam unctionem contulit. *c. 22. Acta.*

Inchoata est Missa S. Virginis, quia hæc Sabbato agebantur, tumque Graduali decantato, Rex coronandus ad Pontificem accedens, gladium, sceptrum atque

que Imperii coronam de ejus manibus accepit, tantaque & tam vehemens conclamantium Teutonicorum, lætitiam profitentium, vox increpuit, ut terribile tonitruum de cœlo cecidisse crederetur. Ita coronatus est Fridericus I. Imperator Sabbato decima nona die Junii anno salutis millesimo centesimo quinquagesimo quinto, Regni sui quarto. Quibus ante horam nonam in pace peractis, Imperator in castra ad urbis mœnia posita rediit, Papa in Palatio, Basilicæ S. Petri juncto, remanente. At Romani, furore concitati, quod ipsorum consilio præterito Fridericus corona Imperii ornatus fuisset, ex Arce S. Angeli, quam tenebant, erumpentes, quosdam satellites Imperatoris, qui in porticu S. Petri moras traxerant, in ipsa Ecclesia trucidant. Sæcul. XII. A.C. 1155.

Clamore suorum admonitus Imperator cum copiis advolat, dimicatur ab hora quarta vespertina usque ad noctem, funduntur Romani, mille viri cæduntur, captis ducentis, qui rogante Papa libertati redditi.

§. VIII.

Vicelini obitus. Geroldus Episcopus Oldemburgensis.

In illa profectione Italica nemo ex Prin-

Sæcul. XII. A. C. 1155.

cipibus, Imperatorem comitantibus, Henrico Leone, Duce Saxoniæ, illustrius fidem probavit; quod Summum Pontificem permovit, ut in ejus gratiam licentiam daret consecrandi Geroldum, electum Episcopum Oldemburgensem, antea denegatam (*). Episcopus Vicelinus mortalitatem exuerat duodecima Decembris anno superiore millesimo centesimo quinquagesimo quarto, postquam hanc Sedem annos quinque & septimanas novem tenuisset. Toto ferme hoc tempore paralysi affligebatur, jamque per annos duos & dimidium loquendi facultate privatus de lecto surgere non valebat. Ad Ecclesiam nihilominus portabatur, ut Missæ interesset, & communicaret; hoc enim solatio carere non sustinebat, nisi morbi vis compelleret. Quamvis voces articulatim proferre non posset, tanto tamen affectu & conatu inter gemitus orabat, ut præsentes

Helm. 1. *Chro. Slau.* c. 79.

Sup. Lib. LXIX. §. 51.

c. 70. 76.

(*) De Henrico Leone in Palatio Lib. XXII. sequentia lego: *Non multo ante Carcanensem conflictum Henricus Leo, impetrata missione retulerat, ubi accepta ex Hartmanni, Brixinensis Episcopi Voluntate, Pollingensis Cœnobii tutela, quod ipsum Patres Pollingenses ob nimiam Brixinæ distantiam & sera Episcopi subsidia petiverant, ad bellum est in Saxoniam evocatus.*

sentes vix a lacrymis temperarent. Falderæ ab Evermodo Episcopo Razeburgensi sepultus est, ejusque sanctitas compluribus miraculis manifestata; nam ut cetera taceamus, quædam mulier Adelburgis nomine diu visu privata, cui per somnium conspicuus factus est, uno post obitum Viri Sancti anno, lumen recepit. Sæcul. XII. A. C. 1155.

Cum Vicelinus fatis fungeretur, Henricus Leo Dux Saxoniæ abierat, Imperatorem in itinere Italico comitaturus, eique interim successoris electio reservata est. Habebat vero Henricus inter Oratorii sui Presbyteros quemdam Geroldum nomine, statura modicum, in Suevia mediocris fortunæ parentibus natum, sed meritis clarum. Neminem enim in Saxonia invenire erat, qui ipsi in scientia Sacrarum Scripturarum palmam concedere non cogeretur; hinc etiam scholam Brunswicensem regebat, & in eadem civitate Canonicatu potiebatur, ob morum integritatem Principi in paucis carus. Ipse autem relicta aula institutum monasticum profiteri statuerat. Morte ergo Episcopi Vicelini vulgata, Ducissa Saxoniæ ad Geroldum Presbyterum ait: *Si vitam ducere austeram cupis, & Deo servire, laborem proximo tuo salutarem suscipe, vade in Sclavorum Regionem, & inchoatum ab Episcopo Vicelino* c. 20.

Sæcul. XII. A.C. 1155.

celino opus prosequere. Tum in ipsam provinciam missum unanimi Clericorum populique consensu Episcopum eligi curavit. Hartwicum autem Archiepiscopum Bremensem absentem, a quo ipsum consecrari oportebat, in Saxonia investigavit, habuitque Merseburgi. Sed Archiepiscopus, qui Episcopatum Oldemburgensem alteri destinaverat, nullam esse hanc electionem dicebat, sine suo consensu in Ecclesia necdum stabilita peractam, causamque istam a Capitulo Bremensi discutiendam, dum rediisset, distulit.

Geroldus, cum Archiepiscopum sibi adversantem haberet, in Sueviam perrexit, unde, literis ad Ducem datis, quid ageretur edocuit. Rescripsit Dux; veniret ad se in Longobardiam, & Imperatorem deinde Romam proficiscentem comitaretur. Geroldus ad Ducem in castris ad Dertonam, quam Imperator obsidebat, pervenit. Postquam deinde exercitus ad Urbem admotus est, & de conditionibus, quibus Fridericus coronaretur, inter ipsum & Papam convenit, Dux Saxoniæ Papam rogavit, ut Geroldum Episcopum Oldemburgensem ordinaret. Sed modeste excusavit se Pontifex dicens, se lubentissimo animo Ducis desiderio velificaturum fuisse, si id sine Metro-

Metropolitæ injuria fieri potuiſſet (*). Nam Archiepiſcopus Bremenſis Geroldi conatum anteverterat, datis ad Pontificem literis, in quibus rogabat, ne Geroldum, quod ſine Eccleſiæ Bremenſis contumelia futurum non eſſet, ordinaret. Verum profligatis poſtea Romanis, Papa, ut Ducem Saxoniæ debito honore coleret, dona miſit, & ſignificari juſſit, ſe altera die ipſius Epiſcopum conſecraturum eſſe. Quod Dux lætiſſimus percepit, & Pontifex ſolemni pompa exſecutus eſt. Ita Geroldus Epiſcopus Oldemburgenſis ordinatus eſt in Dominica, die decima nona Junii, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto. In Bulla autem ad Archiepiſcopum Bremenſem Papa inſeri juſſit, id a ſe nullatenus ea mente factum eſſe, ut Epiſcopum ordinatum ipſius Jurisdictioni ſubtrahe- Sæcul. XII. A.C. 1155. c. 83.

(*) Ex his & ſexcentis aliis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ locis liquidum fit, Eccleſiæ Regimen non eſſe arbitrarium, ut in Republica, ſed magis poteſtatem Romani Pontificis eſſe ſimilem Jurisdictioni Archiepiſcoporum, & tunc potiſſimum, quando ex Epiſcoporum culpa neceſſaria fit, exercendam; eo diſcrimine, quod Archiepiſcopi poteſtatem ſuam ſoli Juri Eccleſiaſtico debeant, Romani vero Pontifices ſuam auctoritatem jure Divino, in ſacris paginis fundato, obtineant.

Sæcul. XII. A. C. 1155.

traheret. Hinc etiam Geroldus in Saxoniam reversus, ad Hartwicum se conferens, in gratiam cum eo rediit.

§. IX.

Papa ab Urbe recedit.

Friderico Imperatore coronato, Hadrianus Papa Principem discedentem usque ad Pontem-Lucanum prope civitatem Tiburtinam secutus est, ibi Festum S. Petri celebraturus. Inter Missæ solemnia Hadrianus absolutionem omnibus impertitus est, qui in pugna adversus Romanos sanguinem humanum fuderant, quod id in bello justo factum esset. Tunc vero Tiburtini claves civitatis suæ ad Imperatorem deferunt, profitentes, se se ejus potestati dedere. Sed Papa & Clerici Romani, qui eum comitabantur, hac re gravissime offensi, Imperatorem memorem esse rogarunt, hanc urbem in ditione Ecclesiæ Romanæ esse, civesque Hadriano Papæ fidem jurasse. Imperator cum Purpuratis ad deliberandum secedit, cumque pensasset, Romanos se habere hostes, nec e re sua fore, etiam Papam irritare, cui facile esset negotium, Principem Capuæ & Ducem Apuliæ sibi inimicos excitare, quin etiam Regis Siciliæ partibus palam accedere, Tibur eidem restituit, deditque literas, in quibus tamen conditio: *Salvo Jure Cæsaris,*

Acta.

Otto c. 23. Acta.

Cæsaris, addita est. Insalubres deinde æstus, luesque in exercitu grassata, Imperatorem Italiam relinquere compulerunt. Anconæ diversantem duo Legati Manuelis Imperatoris Constantinopolitani adeunt, & permovere conantur, ad arma Guilielmo Regi Siciliæ, communi ipsorum hosti, in Apulia inferenda, magnam signatæ pecuniæ vim in belli subsidium pollicentes. Idem Imperatori Papa quoque suadebat. Verum id Friderico, afflicta majore copiarum parte, non licebat. Itaque Guibaldo Abbate Corbejensi & Stabulensi Constantinopolim misso, in Germaniam regressus est. Sæcul. XII. A. C. 1155. *Guil. Tyr. XVIII.*

§. X.

Rogerii Obitus. Guilielmus Rex Siciliæ.

Rogerius Rex Siciliæ e vivis abierat vigesima septima Februarii, anno superiore millesimo centesimo quinquagesimo quarto, postquam annos viginti duos sceptrum rotasset. Annis vero abhinc duobus Guilielmum filium suum coronari curaverat, qui patri succedens annis duodecim Regno Siculorum præfuit. Hic a posteris cognomento *Guilielmus malus* notatus est. Cum ab Hadriano Papa Regnum sibi confirmari petiisset, & non impetrasset, in terras Ecclesiæ Romanæ irrumpens, Beneventum *V. Pagi. an.* 1154. *n.* 4. *Fazel. lib. VII. c.* 3. 4. *Act. Had.*

Sæcul. XII. A. C. 1155.

ventum obsedit, & complures alias urbes in Campania cepit, ideoque a Papa excommunicatus, a Principibus Apuliæ contemni meruit, qui, missis ad Papam tanquam supremum Dominum suum Legatis, eum invitarunt, ad se veniret, & homagium fidemque sibi subditorum reciperet. Ille igitur circa Festum S. Michaelis anno 1155. in Campaniam cum exercitu movens usque Beneventum in cunctis provinciis fidem juramento sibi promitti jussit. Inter hæc literas accipit ab Imperatore Manuele, qui tres urbes maritimas in Apulia sibi dedi petebat, promittens se copias & pecuniam missurum esse, quibus Papam ad inferendum Guilielmo bellum, eumque ex Sicilia pellendum, juvaret.

Guilielmus Rex intelligens, quantum sibi immineret periculum, ad Papam Episcopum Catanæ mittit, cum potestate de pacis conditionibus agitandi. Inprimis a vinculo excommunicationis solvi postulabat. Tum promittebat se Pontifici fidem & homagium præstiturum esse, omnes Ecclesias, suæ potestati subjectas, libertati redditurum, urbes tres ditioni Ecclesiæ Romanæ adjecturum, consilio & viribus Papam adjuturum esse, donec Romanos ad officium compelleret, & tandem tantum pecuniæ, quantum Græci obtulissent,

se

se daturum. Papa, perceptis condi- Sæcul. XII.
tionibus, sibi adeo faventibus, Saler- A.C. 1155.
num, ubi Legati Regis versabantur, misit Hubaldum Cardinalem Episcopum Ostiensem, exploraturum, an sincera essent promissa. Atque illo referente, serio rem agi, oblata fœdera recipere cogitabat. Sed majore parte Cardinalium, nescio quæ meliora fastuose sperantium, obsistente, rejecta sunt. Ex his dispicimus, Papam in illis consultationibus ad acquiescendum sententiæ, cui plura vota suffragabantur, compulsum fuisse.

§. XI.

Ecclesia Græca.

Conjectura est, cum Manuel Imperator Hadriano Papæ & Friderico Imperatori contra Regem Siciliæ fœderis ineundi conditiones obtulit, inde natam fuisse occasionem scribendi epistolam, quam Hadrianus ad Basilium Acridanum Archiepiscopum Thessalonicensem dedit, exhortans, ut ad reducendam Ecclesiarum concordiam adlaboraret, & Nunciis, a se ad Manuelem Imperatorem missis, faveret. Basilius Archiepiscopus Papæ respondit; Nulla re Græcos Latinosque dividi, cum Ecclesia utraque eandem, nempe S. Petri, fidem teneret, idemque offerret Sacrificium, *quamvis*,

Jus. Græc. Rom. lib. 5. init. p. 305. Hadr. ep. 7.

Sæcul. XII. A.C. 1155.

ait, *leviores quædam scandali & dissidii causæ existant, quas tu, Sancte Pater, amplissima illa tua auctoritate, si accedat auxilium Imperatoris, eadem, quantum novi, sentientis, tollere poteris* (*). Eodem

(*) Aus dem Schreiben dieses Erzbischofs von Thessalonic Basilius werden einige Stücke wider die Protestanten dargethan. Erstlich, daß nach dem Geständnisse der griechischen Bischöffe keine eigentliche Trennung weder im Glauben noch in der Gemeinschaft zwischen der Lateinischen und griechischen Kirche im zwölften Jahrhundert gewesen sey, welches der protestantische Uebersetzer des Herrn Fleury vergeblich behaupten will; ja daß vielmehr die Griechen geglaubet haben, der Glaub Petri sey in der Römischen sowohl als in ihrer Kirche erhalten worden, da doch unser Uebersetzer seinen Glaubens-Brüdern weiß machen will, man hätte schon zu Anfang des vierten Jahrhunderts das Verderben in die römische Kirche einschleichen lassen. Zweytens werden die Protestanten aus den Worten dieses griechischen Erzbischofs: Idemque offerret Sacrificium &c. überführet; daß die griechische Kirche sowohl als die Lateinische geglaubet habe, das Heil. Sacrament des Leibes und Blutes Christi bestünde nicht nur allein in der Darreichung des Abendmals, sondern es seye solches auch ein wahres Opfer, Sacrificium, welches die Protestanten wider tausend Zeugnisse des Alterthums läugnen.

Endlich erhellet aus den Worten Basilii: Quas tu, Sancte Pater! amplissima illa tua auctoritate

Eodem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto, menſe Septembri, Indictione quarta inchoata, Imperator Manuel Comnenus, edita Conſtitutione, exemplo patris ſui Bona Eccleſiarum Cathedralium vacantium diripi vetuit. *Delatum eſt ad nos*, inquit, *mortuis Epiſcopis, quin etiam ſæpe necdum ſepultis, præfectos locorum in eorum domos ſe conferre, omniaque, quæ occurrunt rapere, & poſſeſſionem bonorum immobilium ad Eccleſias pertinentium capere. Quare Ducibus ceterisque Præfectis quibuscunque prohibemus, ne inpoſterum talia audeant. Sed ſi Epiſcopus Teſtamentum condiderit, ſcripta ex rebus mobilibus, quæ in domo ejus reperiuntur, hæredibus tradantur. Si inteſtatus obierit, omnia quæ Canones & leges præſcribunt,*

Sæcul. XII. A.C. 1155.

Conſt 3. Jus Græc. Ro. lib. 2. p. 154.

Sup. Lib. LXIX. §. 2.

tate .... tollere poteris, es habe die griechiſche Kirche in dieſem Jahrhundert geglaubet, der römiſche Biſchof allein, wenn ihm der griechiſche Kaiſer beyſtünde, hätte eine ſo allgemeine und groſſe Gewalt, daß er die Mißverſtändniß und das Aergerniß, in der morgenländiſchen Kirche ſowohl als in der abendländiſchen aufheben könne. Da hingegen die Proteſtanten wenigſtens in der Kirche des Herrn Windheim meynen, man hätte billig gehandelt, da man nicht nur den römiſchen ſondern auch alle Biſchöffe weggeworfen. Welches wider die Lehre der Schrift und das Beyſpiel aller Zeiten ſtreitet.

Sæcul. XII. A.C. 1155.

ſerventur. In Bona vero immobilia vacantis Eccleſiæ nec Duces nec eorum miniſtri pedem inferant, nihil de prædiis uſurpent, ſed omnia juxta Canones adminiſtrentur, donec Succeſſor regimen ſuſcipiat. Qui has leges violaverint, vel in cute, vel mutilatione membrorum, vel longo exilio, vel reſtitutione in duplum temeritatem luant. Ex his videmus Eccleſias vacantes in Oriente pariter ac in Occidente direptionibus fuiſſe vexatas. Ceterum Lucas Chryſoberges hoc anno Conſtantino Chliareno in Sede Patriarchali Conſtantinopolitana ſucceſſit.

Catal. Jus. Græc. Rom. Pagi.

§. XII.

Hoſpitalarii S. Joannis Hieroſolymæ.

Guil. Syr.

Inter hæc Fucherius Patriarcha Hieroſolymitanus in Italiam venit, querelas ad Papam deferens contra Fratres Hoſpitalarios S. Joannis, quorum originem repetere operæ pretium eſt. Illa ætate, qua Hieroſolyma ſub poteſtate Califarum Fatimitarum gemebat, quidam mercatores Amalphitani ex Italia, Syriam & Ægyptum quæſtus cauſa frequentantes, obtinuerunt licentiam, ex adverſa S. Sepulchri parte Monaſterium honori S. Virginis Sacrum ædificandi, Latinis peregrinantibus hoſpitium futurum, unde Monaſterium Latinæ Eccleſiæ

cleſiæ dictum eſt. Quia vero etiam feminæ peregrinabantur, aliud præterea Monaſterium S. Magdalenæ Sacrum conditum eſt, in quo Moniales eadem obſequia, ac in altero viri viris, ipſæ mulieribus exhibebant. Tandem Monachi prioris monaſterii Noſocomium extruxerunt ad peregrinos ægrotantes vel omnino pauperes excipiendos, complures enim, omnibus, quæ ad iter faciendum comparaverant, vel conſumtis vel perditis ad extremam paupertatem redigebantur. Hoſpitium iſtud S. Joanni Eleemoſynario dicatum Regimini Abbatis S. Mariæ ſuberat. Porro his memoratis domibus nempe duobus Monaſteriis & Hoſpitio non erant certi fixique reditus, ſed beneficiis mercatorum Latinorum ſponte collatis ſuſtentabantur. Cum Crucigeri urbem Hieroſolymam ſuæ poteſtati ſubjecerunt, Abbatiæ S. Magdalenæ præerat quædam nobilis matrona Romana nomine Agnes, Hoſpitio autem præfectus erat Vir pietatis amantiſſimus nomine Geraldus, qui jam diu ſub regimine Abbatis & Monachorum S. Mariæ pauperibus ſerviebat. Huic ſucceſſit Raimundus *du Pui* * quem inter & Patriarcham illud diſſidium, de quo agendum eſt modo, exortum eſt. Sæcul. XII. A.C. 1155.

* DePodio.

Nam poſtquam Franci Palæſtina potiti ſunt, Hoſpitalarii primum ſeſe

Sæcul. XII. A.C.1155.

jurisdictioni Abbatis S. Mariæ subtraxerunt, deinde opibus eorum immensum auctis a Papa impetrarunt, ut etiam a Jurisdictione Patriarchæ exempti essent, & decimas solvere non tenerentur. Quanta fuerint eorum privilegia ex Bulla Anastasii IV. ad Raimundum Magistrum directa cognoscere datur, in qua, secutus exemplum Innocentii II. Cœlestini II. Lucii II. & Eugenii III. Pontificum, Hospitale Sanctæ Civitatis Hierosolymitanæ in tutelam Sacræ Sedis, sive in Diœcesi Hierosolymitana sive alibi, suscipit, aitque: *Liceat Fratribus ædificare Ecclesias & Cœmeteria in terris, quas eis Benefactores dederint; liceat eis Ritu Ecclesiastico ibidem sepelire Fratres suos, quibus in loco forte interdicto mori contigerit. Liceat, semel in anno officium divinum celebrare in locis interdictis pro Fratribus suis, qui illuc ad colligendam stipem vel cujuscunque alterius rei causa missi fuerint.* Subjungit Papa: *Quia vero omnia vestra sustentationibus peregrinorum & pauperum debent cedere, constituimus, ut de agris, quos propriis sumtibus colitis, nullus omnino Clericus vel Laicus decimas a vobis exigere præsumat. Nulli etiam Episcopo in Ecclesiis vobis subditis interdicti, suspensionis, aut excommunicationis sententiam liceat promulgare. Et si illa loca Interdicto generali subjaceant,*

officium

Sæcul. XII. A.C.1155.

officium divinum apud vos portis clausis & non pulsatis campanis celebrari possit.

Ut autem Ecclesiastica Sacramenta & divina officia vobis commodius exhibeantur, liceat vobis Clericos & Sacerdotes, constante prius de eorum honestate & ordinatione, quantum ad vestram scientiam pertinet, per literas sive viros idoneos testimonio, undecunque ad vos venientes, suscipere, tam in primaria domo vestra, quam in aliis ei subjectis. Quod si Episcopi eosdem vobis concedere forte noluerint, Auctoritate S. Romanæ Ecclesiæ eos recipiendi & retinendi licentiam habeatis, nemini nisi Capitulo vestro & Papæ subditos. Concedimus etiam vobis facultatem Laicos, conditionis liberæ, ad serviendum Christi pauperibus suscipiendi. Ecce hic habemus tria genera hominum, nempe Equites, Clericos, & fratres servientes, ex quibus Ordo S. Joannis Hierosolymæ conflatus erat.

Tum sic prosequitur Papa: *Fratribus vero vestris, id est Equitibus, in Societatem vestram semel receptis, ad Sæculum reverti districte probibemus. Nec alicui eorum fas sit post editam Professionem, & acceptam Domini Crucem, ad aliud Institutum, majoris vel minoris Religionis obtentu, transmigrare. Consecrationes Altarium seu Basilicarum & Ordinationes Clericorum peragant, cetera-*

Sæcul. XII. A C. 1155. *que Ecclesiæ Sacramenta conferant Diœcesani Episcopi, siquidem Catholici & in Communione Sedis Apostolicæ fuerint, eaque gratis exhibere voluerint. Alioquin liceat vobis Catholicum, quemcunque malueritis, adire Antistitem, qui nimirum nostra suffultus auctoritate, vobis, quæ postulantur, indulgeat. Præterea honores omnes sive possessiones, quas idem Xenodochium ultra seu citra mare, in Asia aut in Europa, vel nunc juste tenet, vel in futurum adipisci poterit, vobis confirmamus.* Hæc Bulla vigesima prima Octobris anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto data.

§. XIII.

Patriarchæ querelæ contra Hospitalarios.

At Patriarcha Hierosolymitanus querebatur, Equites S. Joannis suis privilegiis abuti, & talia speciatim objicie-
Tyr. 18. *c.* 3. bat; Quod ab Episcopis excommunicatos & nominatim declaratos reciperent, eosdem officio divino intereſſe sustinerent, & hujusmodi defunctis Viaticum, extremam Unctionem, & Sepulturam Ecclesiasticam concederent: Quod in civitatibus Interdicto subjacentibus nihilominus campanis publicum signum dari, Officium elatis vocibus celebrari curarent, & oblationes populi, non sine detri-

detrimento Ecclesiæ Matricis accipe- Sæcul. XII.
rent. Quod Presbyteros suos admitterent A. C. 1155.
& rejicerent sine Episcoporum consensu. Quod decimas fundorum suorum & censuum omnium dare recusarent. Præter has querelas, quas Fucherius omnium Episcoporum nomine afferebat, alia quoque ad se unum pertinentia exponebat. Nam cum Xenodochium S. Joannis recta contra Ecclesiam S. Sepulchri staret, querebatur, quod Equites, ut ipsi illuderent, ædes Ecclesia Patriarchali multo sublimiores extruxissent, & toties quoties ipse ad Cathedram pro concione dicturus procederet, illi omnium campanarum suarum compulsatione tantum strepitum cierent, ut exaudiri non posset. Quod, cum non nulli cives Hospitalarios monuissent, ne inverecunde adeo Patriarcham verbum Dei prædicaturum turbarent, illi non modo erratum non emendassent, sed minari ausi fuissent, se Fucherium deinceps longe acerbius habituros esse. Nec minas effectu caruisse, eos enim venisse, & domum Patriarchæ cum armatis invasisse, multas sagittas in Ecclesiam S. Sepulchri fuisse excussas, quæ deinde in fasciculum collectæ & prope Altare montis Calvariæ in memoriam atrocissimi facinoris ad parietem suspensæ fuissent.

Sæcul. XII. A.C. 1155.

Cum ergo Patriarcha ceterique Episcopi intelligerent, nullum ab Equitibus S. Joannis Justitiam sperandi locum supereſſe, ad Summum Pontificem se convertere statuerunt, & ipse Patriarcha, etsi centenario haud multum minor esset, hoc iter in se suscepit. Profectionis tantæ socios sibi adlegit Archiepiscopos duos, Petrum Tyriensem, & Balduinum Cæsariensem, Episcopos quinque, Fridericum Acriensem, Amaricum Sidonienſem, Constantinum Liddensem, Ranerium Sebastensem, & Hebertum Tiberiadensem. Hi, vere ineunte anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto, cum se navigio commisissent, prosperis ventis Hydruntem, Apuliæ portum, devecti sunt. Verum tota illa regio furore bellico turbabatur; hinc enim Optimates a Guilielmo Rege Siciliæ deficientes ad arma proruperant, inde Græcorum copiæ a Papa vocatæ advenerant. Quare Præsules ex Palæstina advenæ navem repetunt, & Anconam vela faciunt. Inde missis ad Fridericum Imperatorem, adhuc in Italia commorantem, quibusdam Episcopis, literas commendatitias ad Papam datas obtinuerunt.

Interim Patriarcha cum Episcopis, itineris sociis, sequebatur vestigia Papæ, ex civitate in civitatem divertentis, dicebantque amici, de industria Papam

Patriarchæ

Patriarchæ conſpectum fugere, ut tam labore quam ingenti impendio fatigaretur; quippe Hoſpitalarios diu ante adveniſſe, & Pontificis animum ſummi pretii donis ſibi conciliaviſſe. Patriarchæ tandem Papam Ferentini habere licuit, ubi ejus vultum, ut mos erat, ſubiens frigide exceptus eſt, facileque perſpexit, averſam a ſe eſſe Pontificis mentem. Diſſimulabat tamen Fucherius, & in Feſtis ſolemnioribus Papam cum Epiſcopis Palæſtinæ, obſequii cauſa, comitabatur. Poſt longas moras audiuntur Partes, & cauſa utrinque per aliquot dies dicitur, nulla vero profertur ſententia. Tum Patriarcha, propria jam experientia & quorumdam amice monentium conſilio edoctus, ſe actum agere, Papæ valedixit & non ſine rubore receſſit. Ex omnibus Cardinalibus haud plures quam duos, videlicet Octavianum & Joannem S. Martini, olim cum Archiepiſcopus Tyrienſis eſſet, Archidiaconum ſuum, cauſæ ſuæ faventes habuit.

Sæcul. XII. A.C. 1155.

§. XIV.

Fœdera inter Papam & Regem Siciliæ.

Exinde Hadrianus Papa Beneventi cum Cardinalibus a Guilielmo Rege Siciliæ obſeſſus, cum viribus inferior ſe tueri

Tyr. 18. *c.* 8. *Act. ap. Bar.* 1156.

Sæcul. XII. A.C. 1156.

tueri non posset, subire cogitur pacis conditiones indignas, qui anno superiore optimas repulerat. Delegati ad hoc pacis negotium pertractandum a Pontifice fuerant Cardinales Presbyteri tres, videlicet Hubaldus Tituli S. Praxedis, Julius S. Marcelli, Rolandus S. Marci, Ecclesiæ Romanæ Cancellarius, a Rege Siciliæ vero Majo, Regiis classibus Præfectus, Archiepiscopi duo, Hugo Panormitanus, & Romualdus Salernitanus. Episcopus Guilielmus Calesinus *, & Morinus Abbas Cavensis. Ceterum aliæ conditiones pro terra firma Italiæ, aliæ pro Sicilia pactæ.

* Cales ou Calvi.

De Apulia, Calabria, ceterisque vicinis provinciis istud statutum. Si aliquis Clericus adversus alium Clericum in causa Ecclesiastica querelam habuerit, quæ a Capitulo, Episcopo, aut alio Præposito Ecclesiastico non potuerit emendari, si voluerit, ad Ecclesiam Romanam appellet. Translationes Episcoporum in iisdem provinciis ab una Ecclesia ad aliam fient, si necessitas aut utilitas Ecclesiæ postulaverit, consentiente Summo Pontifice.

Is Ecclesias illarum provinciarum consecrare aut visitare possit, illis civitatibus exceptis, in quibus persona Regis versatur. Legatos etiam mittere possit

ea

ea conditione, ne Ecclesiarum Bona diripiant. Sæcul. XII. A.C. 1156.

In Sicilia quoque Ecclesia Romana jus habeat Ecclesias visitandi & consecrandi. Si Papa viros Ecclesiastici Ordinis ex Sicilia ad se vocaverit, Regi jus sit eos retinendi, qui videbuntur, sive eos ad ministerium Ecclesiæ sive ad se ipsum coronandum necessarios crediderit. Eadem jura Ecclesiæ Romanæ in Sicilia sint, quæ in ceteris Regni provinciis, excepta Appellatione & Legatione, quæ, nisi Rege rogante, ibi locum non habeant. Si Episcopus electus fuerit, Clerici electionem secretam teneant, donec electi nomen ad Regem fuerit delatum, qui, nisi gravis eum ab hac dignitate excludendi causa existat, consentiet.

His conditionibus Rex edixit, se Homagium Papæ de Regno Siciliæ, de Ducatu Apuliæ, de Principatu Capuano & ditionibus annexis præstiturum esse, & consuetum annuum censum more Antecessorum suorum persoluturum. Deditque Bullam auream ad Beneventum, mense Junio, anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto, Indictione quarta. Hadrianus Papa quoque Bullam suam dedit eadem die, in qua profitetur, se Beneventi libere & secure versantem in hæc fœdera consensisse. His igitur ita compo- *ep.* 8.

Sæcul. XII. A.C. 1156.

compositis, venit Rex in Ecclesiam S. Marciani apud Beneventum, ubi ad pedes Pontificis prostratus homagium præstitit, compluribus Episcopis, Cardinalibus, Comitibus, Baronibus, aliisque præsentibus. Otto autem Frangipanes juramentum edidit nomine Regis, quem Papa ad osculum pacis recepit. Rex deinde munificentissime Papæ, Cardinalibus, & toti Curiæ Romanæ dona aurea, argentea & serica obtulit. Sicque Rex & Papa his quæ acta erant contenti in diversa abierunt. Sed Cardinales Friderici Imperatoris partibus addictos haud leviter offenderunt hæc fœdera, quæ Principi noxia & Ecclesiæ Romanæ probrosa esse querebantur.

epist. ap. Rad. II. c. 52.

§. XV.

Joannes Saresberiensis Papam adit.

Papam in Apulia commorantem invisit Joannes Saresberiensis *, ejus Popularis & amicus in paucis carus, tunc temporis Theobaldi Archiepiscopi Cantuariensis Capellanus. Cum is apud Papam Beneventi tres ferme menses moraretur, ille arcana cordis sui in amici pectus effundens ajebat; se in Summi Pontificatus onere tantum miseriarum cumulum inveniisse, ut jam omnes præteriti temporis ærumnæ, si cum præsentibus comparentur, non pondus, sed dulcedo & feli-

* Dunium seu Serviodunum.

Policrat. 8. c. 23. p. 681.

& felicitas reputandæ essent. Maluisse se nunquam ex Anglia exivisse, aut potius in Monasterio S. Rufi perpetuo latuisse, quam se ipsum in tam perplexas rerum turbas conjicere. Sed denique æterni Numinis voluntati noluisse resistere. Ut ostenderet, quod per gradus ad summum Regiminis Ecclesiastici fastigium ascendens neutiquam felicior evasisset, dicebat: *Dominus me nunquam non inter malleum & incudem positum crescere voluit, nunc vero manum dignetur supponere oneri viribus meis majori.* Sæcul. XII. A.C.1156.

Quadam die Hadriano Pontifici familiariter interroganti, quid homines passim de se & Ecclesia Romana dicerent, Joannes Saresberiensis liberrime respondit: *dicunt: Ecclesia Romana cæteris Ecclesiis omnibus non tam piæ matris affectum, quam novercæ odium exhibet. Reperiuntur in ea Scribæ & Pharisæi, qui alligant onera gravia, & imponunt in humeros hominum; digito autem suo nolunt ea movere, sed dominantur Clericis, neutiquam suo exemplo forma gregis facti. Supellectilem pretiosam, aurum argentumque cumulant, insatiabili avaritia. Pauperes in conspectum non admittunt nisi aliquando per ostentationem. Ecclesias spoliant, rixas inter Clericos & populum excitant, & præcipuum Religionis fructum consecutos se esse existimant, si divitias* Ibid. 6. c. 24. p. 386. Math. 23. 4. 1. Petri

Sæcul. XII. A.C. 1156.

divitias congesserint. Nihil non venale habent, ipsamque Justitiam, Dæmonis imitatores, qui bene facere videntur, si nocere desierint. Ex istorum numero paucos excipio, qui officio suo incumbunt. Ipse Papa omnibus oneri est, & propemodum intolerabilis. Conqueruntur, quod Palatia extruat, Ecclesiis proximam ruinam minantibus, & auro purpuraque splendens incedat, dum Altaria pæne nuda visuntur. Tu vero, reposuit Hadrianus, *quid sentis?* & Joannes: *Haud parum me turbat hæc tua interrogatio; timeo enim, ne adulator audiam, si solus, quæ omnes vituperant, laudo, si autem eloquor, ne verecundiam exuisse videar. Nihilominus cum Guido Clemens Cardinalis S. Pudentianæ cum voce populi Curiam Romanam reprehendat, non ausim, ejus sententiæ refragari. Dicit autem Vir sagacissimus, quin & affirmat, Ecclesiam Romanam infectam esse quodam versutiæ & avaritiæ fermento, quod omnium malorum origo est. Hæc dixit in Congregatione publica Cardinalium, præsidente S. Eugenio Papa. Veruntamen illud etiam intrepide, & suggerente conscientia mea, fateor, mihi nullibi Viros Ecclesiasticos occurrisse magis, quam in Ecclesia Romana virtutis studiosos, & avaritiæ inimicos. Quis non miretur divitiarum contemptum in Bernardo Rhedo-*

Romanæ Aulæ vitia.

Rhedonenſi, Cardinale Diacono SS. Cosmæ & Damiani? necdum in lucem editus eſt homo ille, a quo ipſe donum accipiat. Quis non obſtupeſcat teneram conſcientiam Epiſcopi Prænestini, qui etiam dona, non ſibi ſoli, ſed omnibus oblata reſpuebat. Multi morum gravitate & moderatione Fabricio veteri inferiores non ſunt, quem cognitione veræ Religionis ſuperant. Quia igitur usque adeo me urges, dicam ſincere; facienda eſſe quæ doces, non autem illa etiam omnia, quæ tu facis.

Sæcul. XII. A. C. 1156.

Tum Joannes ſic proſequitur, ſermone ad Hadrianum Papam præſentem directo; *Orbis univerſus applaudit tibi & aſſentatur. Pater vocaris & Dominus; ſi Pater es, quomodo dona temporalia a filiis tuis expectas? ſi Dominus es, cur a Romanis, ſubditis tuis, non timeris? Nempe largitionibus Romam Eccleſiæ ſervare cupis; quæſo, an hujusmodi induſtria S. Silveſter uſus eſt, ut Urbem ſibi ſubjiceret? aberras, Sancte Pater, aberras a via recta. Da omnibus Fidelibus gratis, quæ gratis accepiſti.* Riſit Papa, laudavitque Joannis Sarisberienſis libertatem, qua palam loquebatur, jubens, ut quæcunque mala querelasve de ſe audiret, illico referret. Tum ut objectum dilueret, quod Eccleſia Romana ex omnibus orbis Chri-

Sæcul. XII. A.C. 1156.

ſtiani partibus tributa acciperet, notam fabulam adduxit de ſtomacho & membris humani corporis conquerentibus, quod ille ſolus labore omnium frueretur, quæ deinde experientia magiſtra edocta fuiſſent, ſe ſtomacho deficiente neutiquam ſuſtentari poſſe. Verum tunc ſolum apta fuiſſet comparatio, ſi Eccleſia Romana Bona ejusdem generis, quæ a ceteris cunctis Eccleſiis accipiebat, refudiſſet.

§. XVI.

Papa Regem Angliæ Hibernia inveſtit.

Joannes Sarisberienſis non ſuo tantum arbitrio, ſed a Rege Angliæ miſſus, iter Romam ſuſceperat, licetque conjicere, ipſum epiſtolam detuliſſe, qua Rex Hadriano Papæ proſperum ſummi Pontificatus auſpicium gratulabatur. Ceterum & alia Joannem mittendi cauſa ſuberat; acceperat enim a Rege mandata: licentiam Regi a Papa obtineret in Hiberniam cum exercitu navigandi, eamque armis ſuis ſubigendi, ut ibidem Religionem Chriſtianam priſtino ſplendori & puritati reſtitueret. Porro poſtulatio Regis illo nitebatur fundamento, quod Eccleſiæ Romanæ Jus eſſet in omnes Inſulas; id enim, ut vidimus, Urbani II. ætate verum præſumebatur. Hadrianus

Matth. Paris.

An. 1155.

Sup. §. 3.

Sup. Lib. LXIV §. 8.

Jo. Sarisber. IV Metalog. C. ult.

nus Papa, rogatus a Joanne Saresberiensi, Regi Angliæ, quod petebat, concessit, ut ex ejus Bulla apparet, in qua loquitur in hunc modum: *Sane Hiberniam & omnes Insulas, quæ documenta Christianæ fidei ceperunt, ad jus Beati Petri & Ecclesiæ Romanæ (quod tua Regia Nobilitas ipsa cognoscit) non est dubium pertinere. Significasti quidem nobis, Fili in Christo carissime, te Hiberniæ Insulam velle intrare, ad subdendum illum populum legibus, & vitia inde extirpanda. Velle te etiam de singulis domibus annuam unius denarii pensionem solvere, & Jura Ecclesiarum illius terræ integra conservare; quod tibi concedimus, & pro dilatandis Ecclesiæ terminis gratum acceptumque habemus.* Cum hac Bulla Pontifex Regi Angliæ annulum aureum, cui insertus erat Smaragdus, in signum investituræ misit, postea in Archivis Wintoniæ repositum. Sæcul. XII. A.C. 1156. *ep. 1. to. 10. Conc. & ibi Cossart. p. 1144.*

§. XVII.

De Bonis Episcoporum defunctorum.

Eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto Hadrianus Papa literas Vicecomitissæ Narbonensis confirmavit, quibus perversæ consuetudini res Episcoporum mortuorum diripiendi renunciabat; Erat hic abusus antiquus, & in Galliarum Conciliis, ut superius *Marca. conc. 1. 8. c. 18. n. ult. Add. Baluz. ibid.*

Sæcul. XII. A.C. 1156.

meminimus, sæpe damnatus. In eadem vero provincia Narbonensi jam prius, anno milleſimo centeſimo quinquageſimo, Raymundus Comes Barcinonenſis hunc abuſum abjecerat, datis literis, in quibus dicebat: *Cum Madram* * *profecturus itineri accinctus eſſem, Deo promiſi in manibus Archiepiſcopi Tarraconenſis & Epiſcoporum Barcinonenſis, Gerundienſis, atque Auſonienſis, tunc præſentium, aboliturum me conſuetudinem, quam omnes Boni abominantur, videlicet vetiturum, ne deinceps in Eccleſiis Cathedralibus ditionis meæ Prætores & Vicecomites, quod vivente patre meo & Anteceſſoribus ejus fieri ſolebat, res mobiles Epiſcoporum defunctorum, in eorum Palatiis, Arcibus prædiisque inventas, auferrent aut prædarentur; cognoſco enim, hanc vim Legibus Divinis humanisque adverſari. Quare huic abuſui diſerte renuncio, jubeoque, ut omnia in domibus, aliisque locis, ad Eccleſiam Epiſcopalem pertinentibus, futuro Epiſcopo intacta reſerventur.* Hoc igitur exemplum ſecuta Hermengardis Vicecomitiſſa Narbonenſis ſimili modo promiſit, res cujuscunque defuncti Archiepiſcopi in tuto futuras eſſe, datis literis Montispeſſuli, decima quinta Januarii anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto, regnante Ludovico, a peregri-

* Almeriam.

peregrinatione S. Jacobi revertente. Quod ego secundum stilum antiquum de anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto ante Pascha accipiendum puto. Atque hæc est illa Renunciatio, quam Hadrianus Papa, Bulla ad Berengarium Archiepiscopum Narbonensem directa, & nona Decembris Romæ data, ratam habuit. Sæcul. XII. A.C.1156. *ep.* 41.

Ludovicus junior Rex, exeunte anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto, peregrinationem in Hispaniam ad S. Jacobum, orationis causa, suscepit. Verum Rodericus Toletanus scripsit, Regem huic itineri quidem Religionem obtendisse; arcanam autem profectionis causam fuisse, quod explorare cuperet, an Constantia Regina, quam secundis nuptiis conjugem acceperat, Alphonsi VIII. Regis Castiliæ filia, ex legitimo toro nata esset. Alphonsus, qui se Hispaniarum Imperatorem dicebat, Regem, generum suum, Burgis exceptum, usque ad urbem S. Jacobi deduxit; unde redeuntes Toletum diverterunt, ibique Alphonsus, præsente Rege Ludovico, Comitia frequentissima, Vasallis suis omnibus tam Christianis quam Saracenis convenire jussis, celebravit. Ita Ludovico suspicionem exemit, Constantiam suam e vili concubina ortam esse. *V. Pagi An.* 1155. *Roder.* 8. *hist. c.* 9.

Sæcul. XII. A. C. 1156.

Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto Tunica Salvatoris noſtri in Monaſterio Argentolienſi prope Pariſios inventa eſt. Inconſutilis erat, & colore ſubrufo. Literæ unacum hac veſte inventæ docebant, glorioſam JEſu Chriſti Matrem eam filio ſuo adhucdum infanti texuiſſe. Hæc ſunt verba Roberti Abbatis S. Michaelis, illius ætatis Scriptoris. Argentolii vero hæ Reliquiæ ambitiose cuſtodiuntur.

Rob. an. 1156

§. XVIII.

S. Eliſabetha Schonaugienſis.

Trithem. Chron. Spanhem. an. 1153.

Eodem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto Coloniæ multi tumuli reperti ſunt cum Inſcriptionibus, in iis condita eſſe corpora S. Urſulæ Virginis & Martyris ac Sociarum ejus, quæ ſaltem per ſpatium annorum trecentorum ibidem colebantur (*). Detecta ſunt etiam nomina multorum Epiſcoporum, aliorumque ſanctorum Virorum, qui navigantes Virgines comitati fuiſſe dicebantur. Porro Gerlacus, Abbas Tuitienſis, præcipuas, & memoratu præ-

Vandelberti Mart. tom 5. *ſpicil. p.* 336.

(*) In Chronico Hirſaugienſi iſta ſubduntur: *Quorum corporum multa in ſarcophagis repoſita cum nominibus & titulis ſuarum Dignitatum fuerunt inventa, plura etiam ſine aliqua Inſcriptione reperta ſunt.* Parte I. pag. 450.

præ ceteris digniores inscriptiones, Elisabethæ Moniali Schonaugiensi transmisit, sperans fore, ut ea cœlitus edoceretur veritatem, & ipse ab ea argumentum certum posset elicere, an huic inventioni fides habenda esset; nam suspicione agitabatur, illos, qui corpora sancta invenerant, lucelli cupiditate captos ficta nomina inscripsisse. Sæcul. XII. A.C.1156.

Hunc in modum de re ista ipsa Elisabetha loquitur. *Vision. lib. 4. c. 2.*

Elisabetha anno millesimo centesimo trigesimo in lucem edita, cum ad annum ætatis circiter duodecimum perveniisset, Monasterium Schonaugiense, in Diœcesi Trevirensi positum, sexdecim milliariis a Binga distans, ingressa est. Hæc autem Monialium domus juncta erat virorum Cœnobio, anno millesimo centesimo vigesimo quinto fundato, & S. Florino Confessori sacro, qui sub initium septimi Sæculi Confluentiæ degebat, decima vero septima Novembris ab Ecclesia colitur. Ceterum Monasterium istud Benedictinorum, cui primus Abbas Hildelinus præfuit, a loci situ & jucundissimo prospectu * *Schonaugia* dictum, propinquam Deo sacrarum puellarum domum regebat. *vit. ap. Boll. 18. Jun. to. 21. p. 604.* *Schön Auge

Anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo, Elisabetha, tunc annos nata viginti tres, sæpius in extasim ra-

Sæcul. XII. A.C.1156. pi, & ostenta videre cœpit, quod ei potissimum diebus Dominicis & Festis, illis horis, quibus Divinum Officium celebrabatur, contingere solebat. Cumque multi scire percuperent, quid Deus famulæ suæ revelaret, illa jubente Hildelino Abbate arcana sibi cognita cuidam fratri suo, nomine Ecberto, Bonnensis Ecclesiæ Canonico, aperuit, quamvis ægerrime, ut hæc manifestaret, adduci potuerit, verita, ne ipsa quibusdam sancta esse videretur, ab aliis contra vel hypocrisis vel amentiæ argueretur. Tandem timens, ne Dei voluntati resisteret, fratri suo quæ singulis diebus conspiciebat, & audiebat, narravit, eaque ille stilo simplici, nam nihil suo arbitrio addidisse videtur, scripsit.

Ex his Revelationibus Ecbertus quatuor libros composuit, quorum tertius
III. c. 6. nomen *De viis Domini* præferens, complures admonitiones utilissimas ad varias hominum conditiones continet, agitque de vita contemplativa, de vita activa, de matrimonio, de continentia
c. 14. perfecta. In eo Elisabetha terribilia ingerit suæ ætatis Præsulibus, quorum plerique fastu & pompa sæculari tumebant, ac in divitiis deliciisque vivebant, Pastorum officii immemores, & obliti, quod JEsu Christi Apostolorumque successores essent. Hucusque Ecberti fides

suspe-

suspecta esse non meretur; sed in Visionibus, quæ in libro IV. referuntur, magnæ occurrunt difficultates, quoniam nihil ferme aliud legitur, quam historia S. Ursulæ & sociarum ejus, præsertim S. Verenæ, cujus corpus Gerlacus Abbas Tuitiensis Hildelino Abbati Schonaugiensi transmiserat. Sæcul. XII. A.C.1156. *IV. 6. 2.*

Itaque in Libro IV. Elisabetha, quasi has res a S. Verena, a quodam Angelo, aliisque Sanctis edocta, prolixe gesta S. Ursulæ, sociarum & sociorum narrat, fabulis usque adeo similia, ut defendi nullatenus possint. Præter alia, mentio fit alicujus Papæ Cyriaci, toti antiquitati ignoti, qui inter Pontianum & Anterum collocatur, anno salutis ducentesimo trigesimo quinto. Eodem tempore memoratur quidam Rex Constantinopolitanus, nomine Dorotheus, aliusque Rex, soli Siciliæ imperans, licet Elisabetha dicat, velle se immixtos errores Historiæ, de undecim millibus Virginum jam antea scriptæ, emendare. Porro non plures quam duæ viæ ad explicandas has difficultates mihi patere videntur; vel enim dicendum, postquam Elisabetha illa facta attente aut legisset, aut narrari audivisset, ejus phantasiam ita fuisse affectam, ut ea per revelationem discere crediderit, quæ suggerebat memoria, Ecbertum vero non satis ea *vid. Papebr. Conat. differ. 5. & Paralip. to. 18. Boll. p. 39. Usser. Antiq. Eccl. Brit. p. 619.*

Sæcul. XII. A.C. 1156.

distinxisse, quæ in sorore sua opus memoriæ & naturæ erant, ab illis, quæ per revelationem supra naturam acceperat; vel, cum Cardinale Baronio de alia simili materia, dicendum, hanc revelationum partem esse suppositiam, atque Ecbertum, vel quemquam alium, ut Historiæ de S. Ursula auctoritatem adstrueret, eam pro suo arbitrio confictam, sibi ita ab Elisabetha dictatam, affirmasse.

Bar. an. 604. n. 58. 59. &c.

Fatendum tamen, quod sive una sive altera tentetur via, omnes hujusmodi revelationes suspectæ reddantur; quis enim vadem se dabit, ceteras meliore fide fuisse scriptas. Generatim cum pio & docto Patre Papebrochio consentiendum, Sanctarum Mulierum Revelationes ad dogmata Theologica vel facta historica solide probanda nullum præbere fundamentum, quia non nullæ reperiuntur, quæ se ipsas destruunt, veritas autem factorum solummodo in historiis genuinis juxta sanæ criticæ regulas quærenda est.

Boll. to. 17. p. 247. to. 21. p. 635.

Præter Visiones Elisabethæ supersunt nobis quindecim Epistolæ, quarum præcipua ad S. Hildegardem data est; eam enim non nunquam invisebat.

Hanc scripsit anno circiter millesimo centesimo sexagesimo cum jam Præposita, seu ut se ipsam appellat, Virginum Schonaugiensium Magistra esset. Conqueri-

ap. Trithem. Chron. Hirs. 1162.

queritur de sermonibus, quibus sibi etiam Viri Religiosi detraherent, & quibusdam confictis Epistolis, quæ tanquam ab ipsa scriptæ in vulgus sparsæ fuissent. Sancte affirmat, quod non prius, quam ab Angelo sæpius jussa acceptas a Deo gratias cuiquam hominum manifestasset. Postquam annis tredecim visionibus cœlestibus recreata est, obiit Elisabetha Feria sexta, decima octava Junii, anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, ætatis suæ trigesimo sexto necdum completo; quamvis vero Sanctarum Virginum numero solemni ritu nunquam adscripta fuerit, nihilominus anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto Martyrologio Romano inserta est, & exinde in Monasterio virorum Schonaugiensi tanquam Sancta colitur, nam Virginum domus a Suecis destructa est. Sæcul. XII. A.C.1156. *Mart. Rom.* 8. *Jun.* *Trith. Chro. Hirsaug. an.* 1163.

Ecbertus in eodem monasterio, hortante sorore, Institutum Regulare suscepit, atque anno millesimo centesimo sexagesimo septimo, Hildelino defuncto in Abbatiali Dignitate successit. Is contra Catharos seu Manichæos Germaniæ scripsit, cujus rei illa in suis sermonibus meminit. *III. Serm. c.* 12.

§. XIX.

Petri Venerabilis obitus.

Petrus Venerabilis, Abbas Cluniacensis,

Sæcul. XII. A.C. 1156.

sis, rebus humanis valedixit anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto in Feſto Nativitatis Domini, quæ dies pro more in illis provinciis recepto anni ſequentis prima habebatur. Is Monaſterio Cluniacenſi & toti Ordini annis triginta quinque ſapientiſſime præfuit, ſepulturæ locum in ſuperiore majoris Eccleſiæ regione nactus, Henrico Epiſcopo Wintonienſi ſolitos Eccleſiæ ritus peragente. Hic Præſul, olim monachus Cluniacenſis, poſt obitum Regis Stephani fratris ſui, clam ex Anglia ſolvens Cluniacum venit, quo facultates ſuas, quæ maximæ erant, præmiſerat; unde Benefactorum numero in illo Cœnobio accenſeri meruit, quippe ingentem auri vim contulit. Ceterum, Petri Abbatis ætate, Cluniaci quadringenti ferme monachi degebant, Ordinis hujus Regula plus quam in trecentis monaſteriis ſervabatur, eique domus aliæ ferme ad duo millia ſubjiciebantur. Regebat idem Abbas familias in remotiſſimis plagis poſitas, qualis erat Abbatia prope Hieroſolymam in valle Joſaphat ſita, ubi ſepulchrum S. Virginis eſſe credebatur. Aliud Monaſterium Cluniacenſium in monte Thabor viſebatur.

vit. Bibl. Clun. p. 601.

ibid. p. 593. *Supl. Sigeb. an.* 1156.

p. 600.

Petrus Abbas inter clariſſimos ſui ævi Doctores non ultimum locum meretur. Id enim ejus ſcripta contra Judæos

dæos & Petri *de Bruis* sectatores edita demonstrant. Scripsit duos libros de miraculis ipsi cognitis, ubi complures Historias memoratu dignas refert. Epistolæ quoque ejus numero centum nonaginta quinque ad nos usque pervenerunt, in sex libros divisæ, in quibus præcipue viri prudentia & discretio elucet. Præter illas quarum mentionem feci, tres etiam aliæ occurrunt, memoratu dignissimæ. Una ad Joannem Comnenum Imperatorem data, in qua postquam rogavit, ut Regem Hierosolymæ, Principem Antiochiæ, ceterosque Francos, qui novas sibi Sedes in Oriente elegerant, tueretur, addit, Imperatorem Alexium, parentem ipsius, Prioratui *de Charitate* Monasterium dictum *Civitot*, prope Constantinopolim positum, subjecisse, quod tamen annis exinde tribus ab extraneis fuisset occupatum. Unde petit restitutionem, Imperatori in gratitudinis pignus Ordinis sui Fraternitatem offerens, ea ratione qua Regibus Franciæ, Angliæ, Hispaniæ, Germaniæ, & Hungariæ communicata fuisset. Eandem ob causam Patriarchæ Constantinopolitano scripsit.

Sæcul. XII. A. C. 1156.

Lib. II. ep. 39.

Ceteras duas Epistolas Petrus Venerabilis ad Rogerium Regem Siciliæ dedit. In altera gratulatur, pacem cum Papa initam, unicum Monasterium, quod Ordo

III. ep. 3.

Sæcul. XII. A.C. 1156.

do Cluniacensis in Sicilia habebat, et commendat, hortaturque, ut ad Regni sui emolumentum plura conderet. In secunda ad Regem Epistola, postquam eum summis laudibus extulit, in votis sibi esse dicit, ut Rogerius Tusciam suæ potestati subjiceret, quod maximo hujus provinciæ bono futurum credit. Tum in fine rogat, ut Regia munificentia Monasterium Cluniacense foveret, cui, licet ad faciendos sumtus immensos teneretur, ceteri Reges non amplius, ut olim, suis beneficiis subvenirent. Ceterum Petrus Venerabilis Abbatum Cluniacensium ultimus est, qui nominis sui fama Ordinem Cluniacensem celebrem effecit; nam exinde admodum obscura secuta sunt tempora (*).

IV. ep. 37.

Suppl. Sig. an. 1158.

Petro defuncto Monachi illius domus electione tumultuose peracta sufficerunt Robertum Crassum, Flandriæ Comitis propinquum, hominem propemodum laicum, quo depositio mortuoque, anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo Hugo hujus nominis tertius, ejusdem Monasterii Prior, in decimum

Chron. Clun.

(*) Hodie S. Patris Nostri Benedicti Filii in Gallia, præsertim Congregationis S. Mauri, industriæ, sapientiæ & eruditionis suæ fama, librisque in lucem editis totum orbem literarium implent.

cimum Abbatem Cluniacenſem electus eſt. Sæcul. XII. A.C.1157.

§. XX.

S. Guilielmus Malæ Vallis.

Sub idem tempus in vivis agebat S. Guilielmus de Mala Valle, vel Auctor vel Fautor cujusdam Congregationis monachorum. Nec patriam ejus nec infantiam ſcimus; ſed illud utcunque exploratum, quod in Tuſcia vitam Anachoreticam duxerit, & mutatis ſæpe cellis tandem in quodam loco, qui tunc ſtabulum Rodenſe, poſtea vero ob ſterilitatem ſoli Malavallis, dictus eſt, in parochia Caſtilionenſi & Diœceſi, vulgo *Groſſeto*, prope Senas, ſedem fixerit. Poſtquam illuc menſe Septembri anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto adveniſſet, & octodecim menſium ſpatium in magno vitæ rigore transegiſſet, quidam juvenis, nomine Albertus, circa Feſtum Epiphaniæ anno ſequenti milleſimo centeſimo quinquageſimo ſexto ejus Diſciplinam amplexus, quanto virtutum ſplendore Guilielmus rutilaret, uno anno teſtis extitit, nempe usque ad annum milleſimum quinquageſimum ſeptimum, & diem Februarii decimam, qua Viri Sancti anima ex mortali corpore migravit. Cum, ipſo defuncto, aliquis Reinaldus nomine Alberto ſe ſocium junxis-

Boll. 10. *Feb.* *to.*4.*p.*433. *vit.p.*2. *c.*3.

Sæcul. XII. A.C. 1157.

junxisset, & paulopost plures alii, sensim exorta est Congregatio Monachorum, (qui a suo Fundatore Guilielmini dicti sunt) sub Regula S. Benedicti militantium. Ecclesia S. Guilielmum de Malavalle in die ipsius obitus colit.

Mart. Rom. 10. *Febr.*

Albertus ejus vitam scripserat, quæ ad nos non pervenit, recentiores vero fabulas immiscuere, hunc Sanctum imperite non distinguentes a S. Guilielmo Duce Aquitaniæ, Caroli Magni ætate vivente, Monasterii Gellonensis Conditore, nec a S. Guilielmo de *Deserto*, nec a Guilielmo, ultimo Aquitaniæ Duce, Compostellæ anno millesimo centesimo trigesimo septimo fatis functo.

Sup. lib. XLV. §. 39.

Sup. Lib. LXVIII. §. 43.

§. XXI.

Patriarchatus Gradensis.

Ital. Sacr. to. 5.

Henricus Dandolus, Nobilis Venetus, Patriarcha Gradensis anno millesimo centesimo trigesimo creatus, in illa Cathedra annis quinquaginta sedit. Cumque Veneti jam diu Jaderæ seu *Zaræ* civitati in Dalmatia dominarentur, eam etiam Jurisdictioni Patriarchæ sui submittere cupiebant. At Jadera Jurisdictioni Archiepiscopi Spalatrensis subtracta, & Archiepiscopatus honore ab Anastasio IV. Papa anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto donata fuerat. Itaque rogantibus Venetis, & Henrico Patriar-

p. 1192.

p. 1459.

Patriarchæ, Hadrianus Papa complures Bullas conceſſit, quibus illa accenſetur, ubi confirmat privilegia, Eccleſiæ Gradenſi a Pontificibus Anteceſſoribus ſuis collata, præſertim illud Leonis IX. in Concilio Romano anno milleſimo quinquageſimo tertio impetratum, eique ſubjicit Archiepiſcopatum Zaretinum, Eccleſiasque Cathedrales huic Metropoli ſubditas, addita poteſtate conſecrandi hunc Archiepiſcopum, ſalvo jure Romani Pontificis, qui ei Pallium tradat. Huic Bullæ, decima tertia Junii anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo datæ, Cardinales tredecim ſubſcripſerunt. Alia Bulla, eodem die data, Papa Patriarchæ Gradenſi tribuit poteſtatem ordinandi Epiſcopos Conſtantinopoli, & in ceteris omnibus Imperii Græci urbibus, in quibus Veneti Eccleſias proprias haberent.

Sæcul. XII. A. C. 1157.

Hadr. ep. 36. 37. 38.

Sup. lib. LIX. §. 81.

Zaretini ægerrime tulerunt, quod ipſorum Archiepiſcopus Patriarchæ Gradenſi cedere juberetur; ſed Venetorum potentiæ reſiſtere non valuerunt.

§. XXII.

Privilegium S. Martini de Bello.

Eodem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo in die Pentecoſtes, decima nona Maji, in Feſto S. Dunſtani, Henricus Rex Angliæ Comitia ad

to. 10. *Conc. p.* 1181.

Sæcul. XII. A. C. 1157. S. Edmundum celebravit, coronam gestans in capite, Theobaldo Archiepiscopo Cantuariensi, multisque Episcopis, Abbatibus, Comitibus, & Baronibus præsentibus. Rex inter alios advocaverat Hilarium Episcopum Ciceſtrensem, & Walterium Abbatem S. Martini *de Bello*, ut dissensio inter eos ante aliquot annos exorta componeretur. Nam Hilarius Episcopus, qui Romanæ Curiæ cognitionem ac favorem plurimum obtinuerat, affirmabat, cum Monasterium S. Martini in sua Diœcesi positum esset, Abbatem teneri sibi fidem promittere, ad Synodum Diœcesanam Ciceſtriam venire, & pensiones omnes Episcopales, secundum Canones, persolvere. Præterea jus hospitii in Abbatia & prædiis ei subjectis sibi competere dicebat. Abbas e contrario respondebat, Guilielmum Conquestorem Regem, hujus Monasterii Conditorem, illud ab omni Episcoporum Dominatione immune esse voluisse, sicut esset Ecclesia Christi Cantuariæ. Et omnino in Charta Fundationis verba ita sonant. Addebat Abbas, hoc privilegium testimonio Lanfranci illo tempore Archiepiscopi Cantuariensis, & Stigandi Ciceſtriæ Episcopi literis, fuisse confirmatum.

p. 1176.

Sup. lib. XLI. §. 19.

Monast. Angl. p. 317.

Hilarium igitur Episcopum & Walterium Abbatem ad Curiam S. Edmundi vocatos Rex, aliis ibidem occupatus negotiis,

gotiis, Gloceſtriam ire juſſit, quo & ipſe tota Curia ſequente Feria V. poſt Pentecoſten venit. Sæcul. XII. A.C. 1157.

Altera die Rex, Miſſa audita, Abbatem Tabulas Eccleſiæ ſuæ palam proferre præcipit. Quas Thomas *Bequet* Cancellarius legit, tumque ad Walterium converſus *Domine Abbas*, inquit, *Epiſcopus Ciceſtriæ argumento contra te utitur, quod multis validiſſimum videtur, objiciens, quod ipſi juramento fidem oppignoraveris.* Abbas vero ſe nihil contra Dignitatem & Libertatem Eccleſiæ ſuæ egiſſe affirmavit. Et Rex, Cancellarium intuitus, *juramentum*, ait, *Dignitatibus Eccleſiarum non adverſatur, qui enim jurat, nihil niſi quod debet promittit.* Addiditque ſe non paſſurum, ut ſe regnante Eccleſia S. Martini immunitate & Dignitate ſua exuta fuiſſe videatur. Se Epiſcopo locuturum, & omnia in pace diſpoſiturum. His, de ſede ſurgit, alia negotia perfecturus.

Die vero Martis poſt octavam Pentecoſtes, Rex mane Capitulum Monachorum intravit, comitantibus Archiepiſcopis, Theobaldo Cantuarienſi, & Rogerio Eboracenſi, Epiſcopis etiam Richardo Londinenſi, Exonienſi, & Lincolnienſis, duobus Abbatibus, & Thoma ſuo Cancellario, non nullis Comitibus & Baronibus, magnaque populi multitudine.

Sæcul. XII. A.C. 1157.

Conventus Gloceſtrenſis.

Epiſcopus quoque Ciceſtrenſis & Abbas *de Bello* aderant. Tum perlecta iterum Regis Guilielmi Conqueſtoris charta, Cancellarius ad Epiſcopum Ciceſtrenſem: *Domine Epiſcope! ſi quid habes, libere reſponde.* Tunc Epiſcopus Ciceſtrenſis de ſede ſurgens ait; non veniſſe ſe inſtructum ad cauſam Eccleſiæ ſuæ omnibus quibus poſſet argumentis defendendam, ſed promto eſſe animo, ad ineundam cum Abbate pacem conciliante Rege & ſalvis Eccleſiarum juribus. At plerisque dicentibus, terminandam denique eſſe litem, quæ tamdiu tenuiſſet, elevata voce dixit: *JEſus Chriſtus Dominus Noſter binas Poteſtates in hoc Sæculo conſtituit, unam ſcilicet ſpiritualem, alteram materialem. Spiritualis autem eſt illa Paſtorum Eccleſiæ, & præcipue Papæ, poteſtas, quæ tanta gaudet prærogativa, ut nullus Epiſcopus ſine ejus Judicio aut licentia deponi poſſit* (*). Ad hæc Rex, protenſis manibus, *veriſſimum eſt*, ait, *Epiſcopum non poſſe deponi, ſed manibus poterit expelli.* Arridentibus univerſis, Epiſcopus repoſuit: *Iterum*

(*) Nempe vult dicere Hilarius Ciceſtrenſis, Epiſcopum a Regibus nec deponi, nec ulla Jurisdictionis ſuæ parte in ſubditos Diœceſanos privari ſine Pontificis Romani conſenſu & auctoritate poſſe.

terum dico, hæc eſt Poteſtatis Eccleſiaſticæ ratio, totius antiquitatis teſtimonio ſtabilita. Nullus Laicus, etiamſi Regia fulgeat corona, Eccleſiis ullam immunitatem vel dignitatem ſine Papæ auctoritate tribuere poteſt. His Epiſcopus probare volebat, Privilegium exemptionis, a Guilielmo Rege Monaſterio *de Bello* conceſſum, nullum eſſe. Sæcul. XII. A. C. 1157.

Tunc Rex iratus: *Tu vero callide argutaris, & jactas Papalem auctoritatem, ab hominibus acceptam, dum deprimis Regiam, quam mihi Deus dedit. Unde tibi, fide & Sacramento mihi adſtricto, præcipio: ſermonem temerarium & meæ dignitati contumelioſum retracta. Epiſcopos vero omnes præſentes, ſalvo Regiæ coronæ jure, obſecro, ut læſum honorem meum vindicent.* Itaque murmur in toto Conventu contra Hilarium excitatum vix ſedari potuit. Ipſoque Cancellario ei audaciam exprobrante, cum Præſul cerneret, omnium animos fuiſſe offenſos, dicta Regi excuſare cœpit; dicens nihil calliditatis verbis ſuis ſubfuiſſe, nec quidquam Regiæ ejus poteſtati voluiſſe detrahere. Reliqua hujus narrationis deſiderantur, & exitum neſcimus. Hæc vero ſufficiunt, ex quibus diſpiciamus, quanto fervore Henricus II. Rex Angliæ Coronæ ſuæ jura, poteſtati Eccleſiaſticæ comparata, defen-

Sæcul. XII. A.C. 1157.

derit. Ceterum, cum dixit, Papam ab hominibus accepisse suam auctoritatem, fallebatur; falsum enim id est, si sermo sit de Primatu, quem Romanus Pontifex de Jure Divino obtinet. Si autem spectetur Jus, de quo hic agebatur, quo Papa solus Episcopos judicare dicitur, verum est, quod istud ab hominibus, videlicet, a consuetudine, in falsis Decretalibus fundata, proficiscatur.

§. XXIII.

Hadriani Papæ & Imperatoris Dissidium.

Radevic. l. c. 8.

Medio mense Octobri, eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo Fridericus Imperator in Burgundiam contendit, comitia Vesuntione celebraturus. Adfuere variarum nationum Legati, & præterea duo Hadriani Papæ Nuncii, Presbyteri Cardinales, Rolandus Tituli S. Marci & Bernardus Tituli S. Clementis, ambo opulentia, ætate, prudentia, auctoritate, qua ferme ceteros omnes superabant, insignes. Quadam die cum Imperator, ut frequentiam effugeret, in Oratorium secessisset, in conspectum ejus adducuntur Legati Pontificii, quos honorifice & benigne excepit. Illi nomine Papæ omniumque Cardinalium Principem salutant, tumque red-

Gunther. lib. 6. p. 367.

reddunt Papæ Epistolam, in qua dicebat: *Ante paucos dies datis literis Majestatem tuam certiorem fecimus, inauditum in hanc diem facinus, nostra ætate, in Germania peractum, summopere mirantes, quod adhucdum tam pernicioſum ſcelus impunitum reliqueris. Non enim te latet, venerabilem Fratrem noſtrum Esquilium Archiepiſcopum Lundiſienſem, cum a Sede Apoſtolica remearet, captum fuiſſe ab impiis hominibus, & bodieque ab iis in cuſtodia detineri, atque etiam hos ſicarios evaginatis gladiis Præſulem ſociosque ejus invaſiſſe, & omnibus rebus ſpoliatos peſſime habuiſſe. Tanti flagitii fama ad remotiſſimas oras pervenit. Interim id tu diſſimulaſſe diceris, cum oportuiſſet contra reos gladium ſtringere, quem a Deo ad vindictam malefactorum accepiſti. Hujus quidem diſſimulationis cauſam penitus ignoramus, quoniam conſcientia noſtra nos non accuſat, quod te in quacunque re offenderimus, quin imo te ſemper filium noſtrum cariſſimum & Principem Chriſtianiſſimum dileximus. Memineris, glorioſiſſime Fili, quam gratanter & quam jucunde, anno ſuperiore, Mater tua Sacroſancta Romana Eccleſia te ſuſceperit, & quam tenero affectu tibi Imperialis coronæ inſigne contulerit. Nec pœnitet nos, tua deſideria impleviſſe, ſed ſi ma-*

Sæcul. XII. A.C. 1157.

Radevic. c. 9. Hadr. ep. 2.

Rom. 13. 4.

Sæcul. XII. A.C.1157. *jora etiam Beneficia de manu noſtra tua Excellentia accepiſſet, non immerito gauderemus, memores, quanta Eccleſia Dei nobisque commoda & incrementa per te accedere poſſint* (*). *Inde ſuſpicamur ac veremur, ne ſuggeſtione perverſorum hominum Romanam Eccleſiam & nos ipſos averſeris.* In fine Epiſtolæ Pontifex Legatos ſuos Imperatoris benevolentiæ commendat.

Hac Epiſtola perlecta, & a Rainaldo Imperatoris Cancellario accurate explicata, ut eam illi quoque, qui linguæ Latinæ ignari erant, intelligerent, Proceres præſentes furiose indignabantur, quod amarus eſſet ſtilus & Pontifex comminari majus malum videretur. Illud vero præcipue omnes vehementer offenderat, quod diceret Papa, ſe Imperatori coronam Imperii contuliſſe, nec futurum, ut ipſum pœnitentia ſubiret, etiamſi majora etiam dediſſet beneficia. Ideo vero Germani Principes verba hæc tetrice & faſtidioſe penſabant, quod non ignorarent, a quibusdam Romanorum jactari,

(*) Meminerit Lector ſuperius Num. VI. Fridericum ad Romanos dixiſſe; *Carolus & Otto Reges noſtri ſua virtute Romam Italiamque, ſine ullius hominis Beneficio, Græcis & Longobardis ereptam, Francorum Imperio junxerunt. &c.*

jactari, Germaniæ Reges hucusque Romanum Imperium & Regnum Italiæ nullo alio titulo quam donatione & gratia Romanorum Pontificum tenuisse, eosque hanc traditionem posteritati inculcare non verbis modo & scriptis, sed etiam picturis velle. Nam suspicionem augebat, quod Lotharium Imperatorem in Palatio Lateranensi depinxissent, flectentem genua, & coronam de manu Papæ accipientem, cum epigraphe: Sæcul. XII. A.C.1157.

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores:

Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Cum Fridericus Imperator anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto Romam venisset, de hac imagine & inscriptione conquestus fuerat, promiseratque Hadrianus Papa, jussurum se eam deleri; sed id effectui datum non fuerat. Hæc itaque omnia & perlecta modo Epistola magnum inter Principes Germanorum tumultum excitarunt, eosque alter Legatorum multo magis accendisse fertur, cum quæsivisset; *A quo ergo Fridericus Imperium accepit, si a Papa non tenet?* quin nihil propius fuit, quam ut Otto Comes Palatinus Bavariæ ensem stringeret, quo se Legato caput amputaturum minaciter proclamabat.

Sæcul. XII. A. C. 1157.

Tantos motus Imperator ſua auctoritate compoſuit. Legatos vero ad ſuum hoſpitium a militum præſidio deduci juſſit, addito mandato; altera die, quamprimum illuxiſſet, ex urbe excederent, recta Romam pergerent, & nullibi in ditionibus Epiſcoporum vel Abbatum moras traherent. Tum miſſis per univerſum Imperium literis querelas movit, quod Papa concordiam Imperii & Sacerdotii turbare aggrederetur. Poſtquam deinde narravit, quæ Veſuntione accidiſſent, adjicit de Legatis: *Deprehenſi ſunt habere complures chartas vacuas & ſigillo præmunitas, in quibus deinde, quæ viderentur, ſcriberent, & pro more ſuo Eccleſias Germaniæ, ablatis Vaſis Sacris, ſpoliarent. Hinc eos Romam eadem qua venerant via remiſimus. Cumque per electionem Principum a ſolo Deo Imperium noſtrum ſit, qui tempore paſſionis Filii ſui duobus gladiis regendum orbem ſubjecit, & cum Petrus Apoſtolus docuerit: Deum timete, Regem honorate, quicunque nos Imperialem coronam pro Beneficio a Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, Divinæ inſtitutioni adverſatur, & mendacii reus eſt. Itaque dignitatem Imperii defendite. Nos vero potius vitæ periculum ſubibimus, quam ejus bonorem lædi patiemur.* Notatu dignum, Allegoriam de duobus gladiis tanquam doctri-

1. Petr. 2. 17.

Sup. lib. LXIX. §. 14

doctrinam constantem & certam ab illis ipsis fuisse receptam, qui Curiæ Romanæ opiniones oppugnabant. Sæcul. XII. A.C.1157.

Rolandus & Bernardus, duo Legati, Romam reversi, quam inhumane excepti fuerint, & quantum periculum evaserint, narrarunt, rem etiam exaggerantes, quo Pontificem ad vindictæ cupiditatem excitarent. Clerici Romani in diversas sententias ibant, nam pars eorum Imperatori favebat, & Legatos vel impudentiæ vel ignorantiæ accusabant. Alii causam Pontificis amplectebantur. Is hac de re ad Episcopos Germaniæ dedit Epistolam, in qua postquam retulit, quam male Legati sui fuissent affecti, dicit; *Cum e conspectu Imperatoris abirent, audiverunt, ipsum mandata edidisse, quibus prohibebatur, ne quis ex vestris Partibus Romam iret, & excubitores in omnibus Imperii finibus posuisse.* Papa deinde Episcopos hortatur, ut Imperatorem ad officium revocarent, & ad retractationem Rainaldo Cancellario & Comiti Palatino, qui in Legatos & Ecclesiam Romanam convicia jecerant, imperandam urgerent. *Radev. c.15.* *ep. 3.*

§. XXIV.

Episcoporum Germaniæ Epistola ad Papam.

Germaniæ Antistites postquam consilia con- *Radev. c.16.*

Sæcul. XII. A.C. 1157. contuliſſent, quid Hadriano Papæ reſpondendum eſſet, Epiſtolam ad eum dederunt in hunc ferme modum: *Epiſtolæ tuæ verba usque adeo totum Imperium commoverunt, ut ea approbare ac tueri non poſſimus. Ceterum illis literis, quas ad nos dediſti, reverenter acceptis, Principem admonuimus, ut juſſerat Sanctitas tua, & reſponſum Catholico Rege dignum ab eo retulimus. Duo ſunt, inquit, quibus noſtrum regi oportet Imperium, Leges Sanctæ Imperatorum, & uſus bonus Prædeceſſorum noſtrorum. Hos limites nec volumus præterire nec poſſumus. Debitam Patri noſtro Papæ reverentiam libenter exhibemus, ſed liberam Imperii noſtri coronam Divino tantum Beneficio adſcribimus. Archiepiſcopo Moguntino prima vox in electione debetur, ceteri deinde Principes Ordine ſuo ſuffragia expromunt. Unctionem Regiam ab Archiepiſcopo Colonienſi, Imperialem a Papa accipimus. Si quid præterea af-*

Matth. 5. 37. *firmatur, a malo eſt. Cardinales, ſpreto Pontifice, e terris noſtris abire non coegimus, ſed ne ultra progrederentur cum literis, quas ferebant, Dignitatem noſtram lædentibus, vetuimus. Nullam tulimus legem, ne quis in Italiam iter faciat, aut inde ad nos veniat, nec pie peregrinantibus, aut aliis juſta cauſa Romam petentibus viam claudimus, ſi tales*

Epiſco-

Episcoporum aut Præpositorum suorum testes literas exhibeant. Sed animus est, abusus tollere, quibus omnes Regni nostri Ecclesiæ vexantur, & exhauriuntur, Disciplina autem Monasteriorum prope tota corrumpitur. In capite orbis Deus per Imperatores exaltavit Ecclesiam, & Ecclesia hodie, in capite orbis posita, Imperium destruit & demolitur, quod non a Deo fieri credimus. A pictura cœpit jurgandi materia, ad scripturam pictura processit, id neutiquam patiemur, non sustinebimus, ante Imperium & coronam abdicabimus. Picturæ deleantur, scripturæ retractentur, ut inter Regnum & Sacerdotium æterna inimicitiarum monumenta non remaneant.

Sæcul. XII. A. C. 1157.

Postquam hunc Imperatoris sermonem retulerunt Episcopi, ad illam Epistolæ Papalis partem transeunt, in qua petebat, ut Comes Palatinus Bavariæ & Cancellarius Rainaldus retractarent, & respondent: *Nihil ad nos dixit Cancellarius, quod non ad pacem conservandam tendat. Testatur enim, se Legatos omnibus viribus contra populi vim defendisse, nec forte sine ipsius præsidio vivos evasuros fuisse. In rei hujus testes, omnes illa die præsentes invocat. Comes vero Palatinus nunc abest. Denique Sanctitatem tuam suppliciter oramus; ut datis suavioribus literis Imperatoris animum leniat*

Sæcul. XII. A.C. 1157. *leniat ac demulceat. Ita salva Imperii Dignitate, tranquilla erit Ecclesia.*

§. XXV.

Papa Imperatorem placat.

Interea Fridericus Imperator, in Italiam secundo moturus, ad urbem Augustam castra posuit, ubi milites colligebantur, Rainaldo Cancellario suo & Ottone Comite Palatino Bavariæ præ-
c. 17. missis, qui in Longobardiam progressi ubique Imperatoris Regnum stabiliebant. Hac re comperta Pontifex alios duos Legatos Friderico mittit, Henricum Presbyterum Cardinalem tituli S. Nerei, & Hyacinthum Diaconum Cardinalem S. Mariæ in schola Græca, viros prudentia præditos, & rebus gerendis multo ac priores duo aptiores. Ubi Mutinam pervenerunt, Imperatoris Nuncios adeunt, modeste se se inferunt, & postquam Legationis suæ causam summatim exposuissent, missos se fuisse ad pacem reducendam & honorem Imperii conservandum, iter suum prosequendi licentiam obtinuerunt. Inde Tridentum delati Episcopum illius civitatis, ut tuto in Germaniam proficisci possent, itineris socium acceperunt. Cum enim omnes scirent, Imperatorem Papæ esse infensum, complures occasione usuri, & Legatos in faucibus montium iter facientes

rebus

rebus ſuis ſpoliaturi, in inſidiis excubabant. Quas neutiquam evaſerunt, quippe duo Comites, viri in illis regionibus potentes, Cardinales & Epiſcopum Tridentinum captos, omnibusque ſuis exutos, vinculis ferreis adſtrinxerunt, donec quidam nobilis Romanus, Hyacinthi Cardinalis frater, ſe ipſum pignori dans, vinctos liberavit. At paulo poſt Henricus Dux Bavariæ & Saxoniæ hanc injuriam ultus eſt. Sæcul. XII. A.C. 1157.

Itaque Legati, in caſtra Imperatoris ad Auguſtam commorantis pervenientes, in ejus conſpectum admittuntur, ac poſtquam eum Urbis Romanæ Dominum Orbisque Imperatorem ſalutaſſent, exponunt, Papam vehementer dolere, quod, licet ſua quidem opinione immeritus, Principem ſibi iratum haberet. Tum epiſtolam reddunt; eamque legit & interpretatus eſt Otto Epiſcopus Friſingenſis, quem, ut Radevicus ejus Diſcipulus teſtatur, exorta inter Imperium & Sacerdotium diviſio multum affligebat. Epiſtolæ autem Papalis ſumma hæc erat, Imperatorem ob vocem *Beneficium*, in priore epiſtola adhibitam, non debuiſſe commoveri. Quia poſita non fuiſſet ad ſignificandum Feudum, pro more illorum temporum, nec Papam voluiſſe innuere, quod Imperator Vaſallus ejus eſſet, ſed hanc vocem in eo ſenſu

c. 22.

Ep. 4.

Sæcul XII. A.C. 1157.

sensu adhibuisse, quo ex institutione primæva linguæ Latinæ bonum factum significat, & sicut in universo Sacræ Scripturæ corpore invenitur. Ita etiam Papa illa verba sua explicat: *contulimus tibi Insigne Imperialis coronæ*, & dicit, non alio in sensu fuisse posita, quam *coronam capiti tuo imposuimus.* Alias interpretationes ejusmodi hominibus tribuit, qui pacem oderunt, & in fine Legatos suos Henricum & Hyacinthum Imperatori commendat, quos a se, suadente Henrico Duce Bavariæ & Saxoniæ, missos dicit. Hæc Pontificis epistola c. 23. Imperatoris animum mitigavit, qui Legatis quædam alia exposuit, quæ, nisi tollerentur, discordiæ semina futura essent. Responderunt Legati, quæ Principi placitura sciebant, pollicentes, Papam in omnibus Jura & dignitatem Imperii esse conservaturum. Tunc vero Imperator edixit, se cum Papa & Clericis Romanis in gratiam rediturum, atque in bonæ fidei pignus Legatis præsentibus, affectu ad absentes extenso, osculum pacis dedit. Ita lætos & donis cumulatos dimisit.

§. XXVI.

Ottonis Frisingensis extrema.

Otto Frisingensis inter comites Fridericum Imperatorem, nepotem suum, in

in Italiam proficiſcentem ſecuturos, delectus fuerat, utpote in negotiis Imperii Conſiliarius utiliſſimus. Sed ipſe precibus obtinuit, ut in Germania remanere ſibi liceret, cumque Imperatori valediceret, Eccleſiæ ſuæ jura ei commendavit, præſertim libertatem electionis poſt mortem ſuam, quam non procul abeſſe credebat, motus non neminis admonitionibus, ut putabat, Divinitus acceptis. Tum ad ſuos reverſus, iter arripuit, ad Ciſtercienſe Capitulum ſe collaturus, & Morimundum, cujus Monaſterii olim Abbas fuerat, jam ægrotans pervenit. Subſtitit ergo, & morbo ingraveſcente, Extrema Unctione acceptа, conditoque teſtamento, librum quem de Hiſtoria Friderici Imperatoris ſcripſerat, ſibi afferri juſſit, eumque viris doctis & piis legendum dedit, ut corrigerent ea, quæ forte opinioni Gilberti Porretani faventia dixiſſet, ne cuiquam ſcandalum crearent. Se enim Fidem Catholicam ſecundum Regulam Eccleſiæ Romanæ ſeu potius Eccleſiæ Univerſalis velle defendere. Scrupulum, ſi bene conjicio, movebat, paulo acrior cenſura, qua S. Bernardum, tanquam Gilberto plus juſto infenſum, perſtrinxerat.

Sæcul. XII. A.C. 1158

Radev. 2. c. 2.

lib. 1. c. 57 Sup. Lib. LXIX. §. 32.

Hæc publice profeſſus Otto, Sacro viatico munitus, multis Epiſcopis Ab-

Sæcul. XII. A. C. 1158.

batibusque circumstantibus, vigesima prima Septembris anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo animam Deo reddidit, postquam Ecclesiam Frisingensem annis viginti rexisset. Supersunt Ottonis Frisingensis duo Opera Historica, nempe Chronicum in septem libros divisum, quod a Creatione Mundi usque ad annum millesimum centesimum quadragesimum sextum deduxit. Huic Auctor librum octavum addidit, qui est Tractatus Theologicus de fine Mundi. Postea, Historiam Friderici Imperatoris exorsus, duos Libros composuit, gesta ab anno millesimo septuagesimo sexto, nempe a Schismate Guiberti contra Gregorium VII. usque ad annum millesimum centesimum quinquagesimum sextum continentes; idque opus Radevicus Ottonis Discipulus, & suæ Ecclesiæ Canonicus, prosecutus est (*).

Sup. Lib. L. XIX. §. 20. v. 11. c. 33.

§. XXVII.

(*) In Historia Frisingensi præter alia istud Encomium additur: *Unde, Otto Noster, in Episcopum Frisingensem assumptus doctrina, pietate, morum gravitate totam Europam mirabiliter illustravit, & post multa Sanctitatis opera in proprio monasterio feliciter vitam finivit.* Ex Menelog. Cistercienſi. Tum P. Meichelbeck: *Ad sepulchrum ejus miracula patrata esse etiam Gewoldus in Hundianæ Metropolis Additioni-*

§. XXVII.

Sæcul. XII. A. C. 1158.

Conventus Roncalienſis.

Fridericus Imperator ampliſſima Comitia ad Roncalias, Arcem inter Placentiam & Cremonam poſitam, ad Feſtum S. Martini anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo convocaverat, quibus vigeſima tertia Novembris initium datum. Adfuere Antiſtites, numero plurimi, Fridericus Archiepiſcopus Colonienſis & quinque ex Germania Epiſcopi. Ex Italis Guido Cremenſis Cardinalis Diaconus & Papæ Legatus, Pelegrinus Patriarcha Aquilejenſis, Obertus aut Hubertus Archiepiſcopus Mediolanenſis, & Epiſcopi viginti duo. Complures quoque Dynaſtæ cum Conſulibus & Prætoribus urbium Longobardiæ, ac Doctoribus quatuor celeberrimis, qui Jurisprudentiam Romanam Bononiæ docebant, ſcilicet Bulgaro, Martino, Jacobo, & Hugone, Garnerii, qui hoc Studii genus reſtauraverat, Diſcipulis. Imperator quatuor hos Doctores ad ſe vocatos omnia Jura Regalia, quæ Imperatori in Longobardia

Ott. Morenares. Laud. p. 818. edit. Leib. Radev. II. c. 3.

Additionibus ſcribit. Obiit Otto noſter, qui toto ſui Pontificatus tempore, teſte Arenbeckio, Monaſticum Habitum geſtaverat, anno Chriſti milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo. &c.

Sæcul. XII. A. C. 1158.

ex æquo competerent, sincere sibi indicare jussit. Illi excusarunt se, quod in re tanta ceteris Judicibus inconsultis sententiam proferre non auderent, cumque licentiam cum collegis suis deliberandi Fridericus concessisset, convenere Jurisperiti triginta duo; tum, collatis consiliis, ad Imperatorem, Principibus & civitatum Consulibus præsentibus, deferunt, quæ invenerant, conscripserantque. Nempe ad Regalia seu Jura Regis pertinere Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Consulatus, potestatem cudendi nummos, equorum pabulum, militumque annonam, quæ tunc barbara voce latina *Fodrum* dicebantur, Redemptorum fora, vectigalia, ceteraque tributa, molendina, jus piscandi, & quidquid emolumenti fluvii afferre possent, census bonorum immobilium & in capita pendendos. Itaque Obertus Archiepiscopus Mediolanensis, civitatum Consules, ceterique omnes Longobordiæ Episcopi cum Proceribus præsentes publice in manus Imperatoris his omnibus Juribus, quæ Regalia esse comprobata fuerant, se se abdicarunt. At Imperator omnibus illis, qui justum acquisitionis titulum exhibuerunt, illarum rerum possessionem confirmavit. Nihilominus ex iis bonis terrisque, quæ contra fas usurpata fuerant, triginta marcarum argenti millia

Radev. c. 5. V. Cange Glos

Otto. Mor.

millia ad ærarium Principis, per annos singulos redierunt. Sæcul. XII. A.C.1158.

In hoc Conventu ad Roncalias Fridericus Imperator complures Leges ad pacem & securitatem publicam stabiliendam condidit. Inprimis legem sancivit scientiarum studiosis faventem; cujus, nisi fallor, occasio fuit Scholа Bononiensis, jam illa ætate celebris. In Constitutione hac dicitur; scholasticos, studiorum causa iter facientes, præcipue Legum Divinarum & Cæsarearum Magistros eorumque nuncios, in civitatibus, in quibus scientiæ docentur, securos esse præstandos, additurque: *Nemo præsumat eos lacessere, aut captivos detinere, ob debita in alia provincia contracta, aut commissa crimina, atque si hoc privilegium violetur, Rectores provinciarum rationem reddere teneantur. Si quis Actionem contra Studiosos moveat, his libera facultas sit, tribunal Dynastæ sui vel Doctoris sui, vel etiam illius Urbis Episcopi eligendi. Si quis eos ad aliud Judicium trahere voluerit, causa cadat.* Nulla alia prior Lex in his ultimis Sæculis occurrit, quæ Studentium Privilegia stabiliat.

Rad. 5. & 7.

Authent. ad Tit. ne fil. propat. 4. Cod. 13.

§. XXVIII.

Gratianus ejusque Decretum.

In eadem Friderici Ænobarbi Constitutione

Sæcul. XII. A.C. 1158.

tutione ſpeciatim mentio fit de Legum Divinarum Cæſarearumque ſtudio, cui nempe Literati Bononiæ præcipue operam dabant. Studium Juris Civilis, videlicet Legum Juſtinianearum, jam ſæculo ſuperiore ibidem refloreſcere cœperat, & Scientia Juris Canonici aliquot abhinc annis promulgatione Decreti Gratiani illuſtrata fuerat. Erat vero Gratianus profeſſione Benedictinus in Monaſterio S. Felicis Bononiæ, Cluſii in Tuſcia natus, qui exempla Buchardi Wormatienſis, Ivonis Carnotenſis, multorumque aliorum Compilatorum, ſecutus compoſuit Canonum Collectionem, eique Titulum præfixit: *Concordia diſcordantium Canonum*, quia refert auctoritatem multorum, quos, cum ſibi ipſis oppoſiti videantur, ipſe omnibus viribus conciliare conatur.

Huic Collectioni materiam præbuerunt antiquorum recentiorumque Conciliorum Canones, Epiſtolæ Pontificum Decretales, quibus falſæ Epiſtolæ ex compilatione Iſidori immixtæ ſunt, complura ex SS. Patribus excerpta, ex S. Ambroſio, S. Hieronymo, S. Auguſtino, S. Gregorio, S. Iſidoro Hiſpalenſi & Beda. At nomina Patrum obtendens non nunquam citat opera, iisdem perperam adſcripta, quod Ars criticæ exinde detexit.

Leges

Leges quoque ex Codice, Diggestis, & Regum nostrorum Capitulariis extractas affert. Sæcul. XII. A.C.1158.

Gratianus suam Collectionem in tres Partes divisit, quarum prima centum & unam distinctiones complectitur; agitque primo de Jure in genere, ejusque partibus. Tum de Ministris Ecclesiæ, ac incipiens a Summo Pontifice ad minimos Clericos pervenit. Pars secunda dividitur in triginta sex Causas, quæ sunt quasi totidem Casus particulares, de quibus complures quæstiones proponit. In Causa trigesima tertia a materia digressus septem Quæstiones de Pœnitentia inseruit.

Pars tertia Titulum præfert *de Consecratione*, in qua de tribus Sacramentis, Eucharistia, Baptismo & Confirmatione ac etiam quibusdam aliis Ritibus agit. In toto Opere Auctor oblata occasione aliquas Quæstiones Theologicas discutit, illudque Eugenius Papa III. approbasse, jussisseque fertetur, ut Bononiæ publice prælegeretur. Ceterum constat, ex eo tempore vix aliud Jus Canonicum, quam quod in hoc Libro continebatur, fuisse cognitum, dictumque simpliciter Decretum.

Gratianus ubique novis Curiæ Romanæ de potestate sua opinionibus, doctrinæ falsarum decretalium superstru- *dist.* 19.

Sæcull XII. A. C. 1158.

ctis, favet, nec epistolæ Nicolai I. Papæ, cujus suo loco meminimus, obliviscitur. Postquam attulit Auctoritatem complurium ipsorum Summorum Pontificum, qui se ad servandos Canones & Antecessorum suorum Decreta obligatos profitentur, subjungit: *Si hæc objiciuntur, respondendum est: S. Ecclesia Romana Constitutionibus Canonicis auctoritatem tribuit, sed eis non ligatur, nec eis se ipsam submittit. Quemadmodum Jesus Christus, qui Auctor Legis fuit, Legem implevit, ut eamdem in se ipso sanctificaret; postea vero, ut se Dominum Legis ostenderet, se ipsum exemit, ab eaque Apostolos suos liberavit. Ita etiam primæ Sedis Pontifices reverentur Canones, a se ipsis vel ab aliis, ipsorum tamen auctoritate, conditos, & ex humilitatis studio servant, ut ceteros ad obediendum promtiores habeant; sed non nunquam sive suis Mandatis, sive Decisionibus, sive suis operibus demonstrant, se Dominos esse, & horum Canonum Auctores. Ergo Capitula præcedentia aliis necessitatem obediendi imponunt, & docent, Summos Pontifices ideo Canones servare, ut ostendant, eos contemni non debere, sequentes exemplum Jesu Christi, qui primus Sacramenta, a se instituta recepit, ut in ipsius divina Persona Sancta efficerentur.* Ita differit Gratianus, sed ex proprio

Sup. L. L. §. 37.

25. q. 1. c. 16.

proprio cerebro, & nullam auctoritatem, qua Doctrinam, ad illa usque tempora inauditam, confirmaret, producit. At nihilominus sequentia tria Sæcula ipsi soli fidem habuerunt. Quodcunque in ipsius decreto legitur, pro purissima Ecclesiæ disciplina habitum est, nec eam ex aliis fontibus quærere Clericis memoratæ ætatis in mentem venit. Sæcul. XII. A. C. 1158.

§. XXIX.

Guido Blandrata Archiepiscopus Ravennas.

Imperator Fridericus, in Longobardia hyemem transigens, complures Proceres Præsulesque itineris sui socios amisit, & præter alios Fridericum Archiepiscopum Colonienſem, qui annis non plus tribus sederat, & Anselmum Archiepiscopum Ravennatem. Huic Imperator per electionem suffici curavit Guidonem, filium Comitis Blandratæ, juvenem, quem Papa rogante Imperatore Clericis Romanis adscriptum, Subdiaconum ordinaverat. Cumque Archiepiscopus Ravennas eligeretur, aderat Hyacinthus Cardinalis nomine Summi Pontificis, qui electionem nihilominus confirmare bis recusavit, quod diceret, se eo adduci non posse, ut filium Comitis Blandratæ a latere suo avelli pateretur, se enim eximiis ejus dotibus delectari, *Radev. c. 14.* *Sup. c. 15.*

Sæcul. XII. A.C. 1158.

lectari, & ejus Consanguineos plurimum Ecclesiæ Romanæ posse prodesse. Hinc se juveni sublimiores dignitates destinare, cui jam Titulum, ac si Diaconus esset, designasset. Et ita quidem Papa in proposito perstitit. Sed Guido nihilominus Imperatoris præsidio tutus possessionem Archiepiscopatus Ravennatis adiit, quem annis decem, usque ad obitum suum, annumque millesimum centesimum sexagesimum nonum tenuit.

Ital. Sacr. to. 2. p. 370.

§. XXX.

Alterum inter Papam & Imperatorem dissidium.

Hadrianus vero Papa impatienter ferebat, quod Episcopi & Abbates, se Jura sua Regalia Imperatori in acceptis referre confessi essent, quodque Imperatoris Præfecti pabula etiam ex oppidis ad Patrimonium Ecclesiæ Romanæ pertinentibus insolentia militari extorquerent. Quamobrem ad Imperatorem dedit epistolam, suavi, ut eam obiter legentibus videbatur, stilo, sed si verba bene pensarentur, acerrimo, eamque per famulum vilem transmisit, qui reddita epistola, & necdum perlecta, omnium oculis se subtraxit. Imperator contumelia incitatus, & juvenili impetu, statuit, par pari referre, non equidem misso sordido nuncio, nam virum spectabilem

Radev. c. 15.

ctabilem delegavit, sed acerbitate orationis. Ergo Notarium, qui ipsi ab epistolis erat, jussit formulas antiquorum Romanorum adhibere, in fronte nomen suum Pontificis nomini præponere, eumque in sermonis contextu in secunda & singulari persona compellare; nam usu jam diu introductum fuerat, illum, ad quem dirigebatur sermo, numero plurali honoris causa alloqui. Dicebat enim Imperator, Papam cum sibi scriberet, stilo Antecessorum suorum uti debere, nisi vellet, ut ipse antiquorum Imperatorum more rescriberet. Sæcul. XII. A. C. 1159.

Papa Imperatoris epistolæ respondens conquestus est, quod reverentiam SummoPontifici debitam læderet, fidemque ipsi juratam violasset, cum ab Episcopis homagium sibi præstari jussisset, & prohibuisset, ne Sacræ Sedis Legati non in Ecclesias modo, sed ne quidem in urbes Regni sui admitterentur. In fine epistolæ comminabatur Principi coronæ suæ jacturam, nisi inposterum saperet. *ep. 6.*

Imperator multo quam ante ferocius rescripsit; se Regnum nemini mortalium nisi Antecessoribus suis in acceptis referre, subjecitque: *Numquid Constantini ætate S. Silvestro quidquam juris in Dignitatem Regiam fuit? quin imo piissimus Princeps* *App. ad Rade. p. 563.*

Sæcul. XII. A.C. 1159.

Princeps Ecclesiæ libertatem donavit, & pacem reduxit. Quæcunque, Papa, tenes, Imperatorum munificentiæ debes. Legebistorias, & vera esse, quæ dicimus, invenies. Cur vero ab illis, qui Regalia nostra possident, homagium non exigamus, cum ille, qui nihil ab hominibus acceperat, tributum Cæsari pro se & pro S. Petro solverit? Ergo Episcopi vel Regalia nostra nobis relinquant, vel si eorum possessionem sibi utilem crediderint, quæ sunt Dei Deo & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddant. Ceterum ab Ecclesiis & Urbibus nostris jure merito arcentur Cardinales tui; non enim veniunt, ut Evangelium prædicent, & pacem confirment, sed magis, teste experientia, ut prædonum more aurum argentumque insatiabili avaritia sibi cumulent. Cum tales esse viderimus, quales Ecclesia desiderat, neutiquam eis mercedem, & quæ ad vitam sustentandam necessaria sunt, denegabimus. Contra mansuetudinis & humilitatis virtutes peccas, movens apud homines Sæculares hujusmodi quæstiones, quæ Religioni parum prosunt; nos vero ad ea, quæ nobis objiciuntur, tacere non possumus, quia videmus, superbiam, monstrum illud, quod omnes boni abominantur, usque ad S. Petri Cathedram adrepsisse. Quod hic Imperator dicit, Papam, omnia quæ habet, beneficio Prin-

Matth. 17. 28.

cipum

cipum accepiſſe, de ſolis rebus temporalibus intelligi oportet, ut ſermonis contextus docet, iterumque videmus, Fridericum Donationis Conſtantinianæ veritatem præſumſiſſe. Sæcul. XII. A. C. 1159.

Inter hæc jurgia utrinque animi magis magisque accendebantur, jamque Pontificis epiſtolæ ferebantur interceptæ, quibus Mediolanum aliæque urbes ad ſeditionem moverentur. Tunc vero Henricus Cardinalis Tituli S. Nerei, Auguſtæ pacis inter Papam & Imperatorem conciliator, datis ad Eberhardum Epiſcopum Bambergenſem, qui cum Henrico ad illa fœdera pertractanda delectus fuerat, literis, hortatus eſt, ut ſuis conſiliis pro honore & libertate Eccleſiæ decertaret, *quamdiu enim*, inquit, *negotia Proceres Laici, & Canones & Religionis Regulas ignorantes, gerent, pax ſtabiliri non poterit.* Epiſcopus Bambergenſis reſpondit; maximo dolore ſe affici, cum iſta diſſidiorum exordia conſpiceret. Nihilominus Imperatorem excuſat, affirmans, inde hoc malum naſci, quod quamlibet partem prius reconciliationis modum quærere noxia verecundia prohibeat. Dicit vero Romanis, utpote Sacros Canones melius edoctis, convenire, ut alios in lenitate erudiant. Data deinde ad Papam epiſtola Eberhardus, tam reverentiæ quam libertatis

Sup. n. 25. Radev. 2. c. 19.

Eberhardus Bambergenſis.

Sæcul. XII. A.C. 1159.

libertatis memor, *timendum est*, ait, *ne dicta utrinque acerba, velut colliſi ſilices, ignem accendant, quo Sacerdotium & Imperium late corripiatur.* Et inferius: *Mihi quidem videtur, neutiquam expedire, quod verba omnia tam tetrice penſentur, & cujuslibet vocis ratio exigatur. Præſtat flammas cito extinguere, quam litigare, qua ex parte ortæ ſint. Scribe iterum Imperatori, ulceratum animum dulcibus verbis demulce, & bonitate tua paterna tibi & juvenem & Regem concilia, quem ad omnem tibi exhibendam reverentiam propenſum eſſe ſcio.*

Epiſcopus Bambergenſis, iſtarum epiſtolarum auctor, Vir doctrina & morum puritate eximius tanto affectu in Sacras Scripturas ferebatur, ut diverſos earum ſenſus, etiam belli cauſa proficiſcens, meditaretur, & reipublicæ negotiis obrutus ex illa lectione ſolatium hauriret. Nam Imperator Eberhardum arcanorum ſuorum conſcium habebat, & regiminis curas cum ipſo partiebatur. Quippe, hunc Præſulem honorem & ſalutem Imperii unice amare, nemo neſciebat.

Id. c. 29.

§. XXXI.

§. XXXI.

Sæcul. XII. A.C. 1159.

Papa Regem Franciæ a proposito itineris in Hispaniam suscipiendi dimovet.

Henricus Rex Angliæ, a Rege Franciæ Ludovico Juniore invitatus, anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo Parisios veniens pompa Rege digna excipitur. In quo conventu ratas habuere Reges liberorum suorum futuras nuptias, nempe suo tempore inter Henricum, Regis Angliæ filium primogenitum, trium annorum puerulum, & Margaretham Regis Franciæ filiam recens in lucem editam celebrandas. *Chron. Gervas. 1158.* *Matth. Paris. eod.*

Verisimile admodum est, tunc etiam ambos Reges communi consilio statuisse, in Hispaniam profectionem suscipere, & arma Infidelibus inferre. Jamque Rex Ludovicus copias contrahebat, & omnia ad expeditionem necessaria parabat; cum, ut felicius cœpta perficeret, ad Hadrianum Papam nuncios misit, qui ab eo consilium & subsidium peterent, scilicet Bullam Indulgentiæ, qua Franci ad militandum excitarentur. Respondit Papa, zelum laudans, sed impetum reprimens. *Nec satis tutum*, inquiebat, *nec prudentiæ legibus consentaneum videtur, in alterius Regnum cum milite movere, priusquam Principum populique in*

Sæcul. XII. A. C. 1159. ep. 23.

in illa regione degentis mentem explora. veris; quin magis expectandum tibi esset, donec ab ipsis opem ferre rogeris. Quare suademus, ut eorum, ad quos iturus es, prius consensum requiras; quod si omittas, metuendum est, ne expeditio tua optato effectu careat, ne illis ipsis, quos adjuturus advenies, importunus accidas, nosque indecoræ levitatis arguamur. Nec dum memoria tua exciderit, te olim cum Rege Conrado bellum Hierosolymitanum gessisse, inconsultis populis, per quorum ditiones ducendus erat exercitus, nec satis pensatis periculis. Scis, quam funestus fuerit tanti moliminis exitus, & quam multi Ecclesiæ Romanæ indignati fuerint, quod in tanta te immisisset pericula. His omnibus mature perpensis, distulimus literas dare, a Rotruvio Episcopo Ebroicensi nomine tuo petitas, quibus populum Regni tui ad pulchrum facinus impellamus. Sed interim illas dedimus, quibus nostrum & Ecclesiæ Romanæ tibi spondemus præsidium, contra quoscunque, qui te absente Regnum tuum infestare ausi fuerint. Hæc Pontificis epistola decima octava Februarii anno, si bene conjicimus, millesimo centesimo quinquagesimo nono data est, & testimonium Episcopo Ebroicensi favens continet, cujus virtutem & prudentiam Papa dilaudat. Is Comitis Warwicensis

Sup. Lib. LXIX. §. 22.

Gall. Chron. to. I.

censis filius, quondam Gilberti Porretani discipulus, postea Archidiaconus Rotomagensis & exinde ejusdem Urbis Archiepiscopus fuit. Sæcul. XII. A. C. 1159.

§. XXXII.

Ordo Calatravensis.

Sub idem tempus in Hispania novus Ordo Militaris exortus est. Cum rumor spargeretur, imminere Arabes, valido exercitu modicum oppidum Calatravam in Castilia aggressuros, Templarii Equites, qui arcem insidebant, formidantes, fore, ut ad deditionem compellerentur, eam Regi Sanctio II. permiserunt. Sanctius tunc Toleti versabatur, ubi etiam Raimundus Abbas Fiterii Ordinis Cisterciensis cum quodam Monachorum suorum Didaco * Velasqui, viro nobili, bellicæ fortitudinis gloria quondam celebri, & ab ineunte ætate apud Regem educato. Hic Monachus videns Regem metu amittendi Calatravam angi, suasit Abbati suo, ut istud oppidum a Rege sibi dari poposceret. Et Abbas, primo quidem ab hac mente alienissimus, sensim tamen Didaci argumentis captus Urbem sibi concedi petiit, & obtinuit, multis obstupescentibus, quibus nempe postulatio monachorum insolens videbatur. Illico Abbas cum monacho suo Joannem Archi-

Roder. 7. c. 14. Maria. 2. c. 6.

* Diego.

Sæcul. XII. A. C. 1159.

episcopum Toletanum adit, cui cum eorum probaretur consilium, ipsos opibus suis adjuvit, jussitque promulgari, omnes qui ad propugnandam Calatravam procederent, cunctorum peccatorum suorum veniam consecuturos esse. Hic primum, quod sciam, Indulgentiæ plenariæ, ab alio quam a Summo Pontifice concessæ, exemplum occurrit.

Cum ergo Rex Abbati & Monasterio Urbem arcemque Calatravensem tradidisset, Raimundus Abbas, & Didacus monachus ibi ad certamen se comparabant; sed Arabes ad hoc oppidum exercitum non admoverunt. Nihilominus multi qui ad præstandum auxilium advenerant, Ordini Cistercienſium adscribi petierunt, & accepto habitu ad munera militaria magis apto, in Arabes irruere, & prœliari prospero eventu cœperunt.

Tunc vero Raimundus Abbas Monasterium suum repetens inde pecora & res omnes mobiles, solis infirmis & viris ad ministerium illius Domus necessariis ibi relictis, Calatravam deduxit, quem viginti ferme hominum millia secuta oppidum regionemque incolis repleverunt. Raimundus post hæc mortuus ab omnibus Sanctus habitus est. Hæc fuere anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono initia Ordinis Calatravæ,

travæ, quem anno milleſimo centeſimo Sæcul. XII.
ſexageſimo quarto Alexander Papa III. A. C. 1159.
ſub Garcia, primo Magiſtro confirmavit.

§. XXXIII.

Hugo de Compoſlorido Cancellarius Pariſienſis.

Hugo de Campoflorido Cancellarius Regis Franciæ ad Dominum ſuum cum Rege Angliæ conciliandum egregiam operam contulerat, quod ex epiſtola Hadriani Papæ ad eum data diſpicimus, in qua profitetur, quam gratum ſibi feciſſet. *Ep.* 20. Ex compluribus aliis autem cognoſcimus, quanto ſtudio Hadrianus Hugoni plura Beneficia conferri & conſervari curaverit. Erat Hugo Canonicus Pariſienſis & Aurelianenſis, ac Papa utriusque Capituli Canonicis præcepit, ut ipſi Præbendæ ſuæ reditus, in quocunque loco exiſteret, conſervarent (*). *Ep.* 11. 14. *Ep.* 13. 24. In alia epiſtola Hadrianus Theobaldum Epiſcopum Pariſienſem rogat, 24.

(*) Ex hoc loco Jurisprudentiæ Canonicæ ſtudioſus cognoſcet, quod in Sæculo XII. demum aliqui plura quidem Beneficia poſſederint, ſed ita, ut ſolum tunc etiam fructus perciperent, ſi ibi ſtatuto tempore reſiderent, & Hadrianus IV. Papa primus legatur circa Reſidentiam Canonicorum diſpenſaſſe.

Sæcul. XII. A.C. 1159.

gat, ut Hugoni primum Personatum* vel aliam Dignitatem in sua Ecclesia vacaturam conferat. In alia rursus epistola Canonicis Parisiensibus mandat, Hugoni Cancellario primam in Ecclesia sua Dignitatem, & primas in Claustro suo domos, quamprimum vacassent, concedant. Eidem Hugoni Papa magnum Archidiaconatum Attrebatensem, quem ab Episcopo Godefrido acceperat, confirmavit. Quia vero Episcopus, cum ipsi hoc Beneficium daret, juramentum exegerat, quod sibi Cancellarii officium resignare vellet, eum Pontifex a vinculo hujus juramenti tanquam illiciti absolvit. Papa præterea de Episcopo Attrebatensi conqueritur, quod Hugoni Archidiaconatum tribuens, ei quamdam Ecclesiam, quam tenebat, abstulisset. Jubet eam restitui, & Archiepiscopum Remensem rogat, ut istud executioni dari procuret.

*Dignitatem sine jurisdictione.

ep. 10.

ep. 12. 16.

Hæc prima sunt Exempla, quæ notavi, ubi Summus Pontifex in Residentia Canonicorum aut pluralitate Beneficiorum dispensavit, ac etiam literas commendatitias seu mandata misit, quibus Collatores Ordinarios ad promittenda Beneficia, necdum vacantia, obligaret. Maximi vero momenti hæc fuisse, quæ exinde secuta sunt, docebunt. Hugo de Campoflorido ad Episcopatum

Gall. Chron.

scopatum Suessionensem, Ansculfo decima nona Septembris anno millesimo centesimo quinquagesimo nono defuncto, evectus est, quo non obstante Franciæ Cancellarii munus retinuit. Sæcul. XII. A.C.1159.

§. XXXIV.

Petrus Lombardus Magister sententiarum.

Eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo nono iter æternitatis ingressus est Theobaldus Episcopus Parisiensis, cumque per ejus obitum Episcopatus & Jus Regale ad manus Regis devenissent, Bonorum partem Monialibus Olbiensibus * dedit, qua toties quoties Sedes vacaret, fruerentur. Hic primus Titulus est, qui mihi in Historia occurrit, ex quo Jus Regale Regum Franciæ probetur. *Rob. de mon. Année* 1158. * Hiere. *Gall. Chron. to.1. p.434.*

Theobaldi successor Petrus Lombardus fuit, in cujus gratiam Philippus Archidiaconus Parisiensis, Regis Ludovici frater, cum ipse Episcopus electus fuisset, jure suo cessisse dicitur. Sed Petrus Sedem Parisiensem haud diu tenuit, nam ex Actis certis constat, Mauritium ejus successorem jam anno millesimo centesimo sexagesimo Ecclesiæ Parisiensi præfuisse. Petrus vero prope Novariam in Longobardia natus, postquam Bono- *Preuv. lib. Gall.c.16. n. 2.* *Rob. 1159.* *Duboulai Hist. univ. to.2. p.326.*

Sæcul. XII. A.C. 1159.

niæ ſcientiis operam dedit, in Franciam venit, habens literas commendatitias ad S. Bernardum ab Epiſcopo Lucenſi datas, a quo rogabatur S. Abbas, ut ei alimenta provideret, per breve temporis ſpatium, quo in illo regno ſtudiorum cauſa verſaturus eſſet. Curam geſſit Petri S. Bernardus, quamdiu Remis fuit, & Lutetiam Pariſiorum abeuntem pariter Gilduino Abbati S. Victoris commendavit, ratus, haud longas moras ibi tracturum eſſe (*). Verum Petrus tanto ſucceſſu ſcientiis præcipue autem Theologiæ totum ſe dedit, ut deinde ſuper omnes ceteros ſcholæ Pariſienſis Doctores eruditionis laude eminuerit.

Bern. ep. 410

Maxime Petrus celebratur nomine *Magiſtri ſententiarum*, quod operi a ſe compoſito dedit, quia eſt Collectio Textuum ex SS. Patribus. In eo quæ ſibi videntur adverſa conciliat ad illum ferme modum, quo Gratianus in ſuo Decreto

(*) Abbatia S. Victoris erat prope Pariſios celebre Canonicorum Regularium Monaſterium, & paſſim in Hiſtoria videmus, Domos Canonicorum Regularium Monaſteria, & Præpoſitos earum Abbates dictos fuiſſe. Unde patet, Præpoſitos hunc Titulum ab origine ſui Inſtituti habuiſſe, quo hodie, quaſi ex privilegio Lateranenſis Eccleſiæ adjecto, ſaltem in noſtris partibus utuntur.

creto usus est. Ceterum Opus hoc Petri Lombardi est integrum Theologiæ corpus, in quatuor Libros divisum, quorum unusquisque complures Distinctiones complectitur. In primo Libro disserit Auctor de Trinitate, tumque de Attributis. In secundo, de Creatione, & primo de Angelis, deinde de Opere sex dierum, de creatione Hominis, ejusque lapsu, arreptaque occasione, de Gratia & Libero arbitrio, de Peccato originali & actuali. In Libro tertio pertractat materiam de Incarnatione, & ubi de JEsu Christi Virtutibus locutus est, subjungit Quæstiones de Fide, de Spe, de Charitate, de Donis Spiritus Sancti, & de Præceptis Dei. In quarto, occurrit materia de Sacramentis in Genere & in Specie, & ubi de Eucharistia sermo est, argumenta realem præsentiam Christi demonstrantia neutiquam omittit. In Distinctione de Pœnitentia, etiam Purgatorium dari docet, & ubi Sacramentum Ordinis discutit, etiam de Simonia verba facit. Tandem postquam de Resurrectione, de extremo Judicio, & Statu Beatorum Doctrinam Catholicam explicavit, totum Opus claudit.

Sæcul. XII. A.C.1159.

Dist. 10. 11.

Dist. 14.

Ceterum Auctor hujus Libri haud multum argumentatur, & pauca ex propria penu addit. Continuus propemodum est contextus effatorum ex SS. Pa-

Sæcul. XII. A.C. 1159.

tribus, præsertim ex S. Augustino excerptorum. Porro quamvis Opus breve dici possit, si materiæ amplitudinem consideremus, complures tamen moventur quæstiones, quæ hodie non necessariæ videntur, quales sunt pleræque de Natura Angelorum, & ipsorum peccato, quas non nisi argumentis a verosimili erutis solvit. Item nimis longus videtur, ubi agitat quæstiones de Opere sex dierum, tenetque principia corruptæ Philosophiæ, tunc a plerisque receptæ, præsumens inter cetera, Firmamentum esse corpus solidum, & animalia exigua ex putredine produci. Verumtamen, ut ipse fatetur, de his rebus non nisi dubitans differit, & non certa, sed quæ opinionem gignere possint, exponit. Contra autem, quædam gravissimi momenti sunt, quæ Auctor intacta præteriit, videlicet de Ecclesia, de Primatu Summi Pontificis, de Sacra Scriptura, de Traditione, de Conciliis. Ubi Petrus Lombardus Textus S. Scripturæ refert, sæpe nititur sensu allegorico, quem ex S. Gregorio vel ex aliis SS. Patribus accepit, qui cum ab arbitrio explicantium pendeat, solidum argumentum præbere non potest, quale illud est, ubi dicit, quod in veteri Lege simpliciores inhæserint fidei illorum, qui ipsis doctiores erant, quia in Historia Jobi legitur: *Boves arabant, & asinæ*

II. Distinct. 2. 3. &c.

Dist. 14. 15.

Critica Libri Sententiarum.

III. Dist. 25.

Job. 1. 14.

asinæ pascebantur juxta eos. Auctor sensus hujusmodi tropologicos tanquam notissimos & ab omnibus receptos præsumit. In Tractatu de Sacramentis non nunquam fontes indicat, quos etiam Gratianus in suo Decreto retulit, ac inter falsas verasve Decretales nullum discrimen perspicit. Sæcul. XII. A.C.1159. *IV. Dist. 7.*

Non multum mirabimur, Magistrum sententiarum quæstiones agitasse, quæ nobis videntur inutiles, si cogitemus, quam iniqua bonis studiis ætate ipsi nasci contigerit. Nam plus uno abhinc sæculo omnes Aristotelis Philosophiæ inprimis ejus Logicæ indefesso labore operam dabant, cumque non nulli Doctores Mysteria Religionis cum principiis hujus Philosophi conciliare adlaborarent, multis occasio errandi inde nata est, quod exemplo Roscelini, Abaelardi & Gilberti Porretani comprobatur. Magister autem sententiarum aliam viam tentavit, qui nec Aristotelis auctoritatem adducens, nec humani ingenii argutiis fidens, totus in eo fuit, ut sententias Patrum referret, & in modicum volumen omnia eorum testimonia conjiceret, sicque fastidio Lectorum, qui sine tali ope ingentem librorum molem devorare cogerentur, consuleret.

Ita ipse Petrus suam mentem explicat, dicitque, se eo consilio scripsisse, ut *Præf.*

Sæcul. XII. A.C.1159.

non nullos oppugnaret, qui relictis veritatis castris proprii ingenii partus omnibus viribus defendere conarentur.

Petri Lombardi operi similis sors & æque prospera ac Gratiani Decreto obtigit. Qui sequentibus sæculis Theologiam docuerunt, nullo alio Libro, quam Magistri sententiarum, quem discipulis suis prælegerent & explicarent, usi sunt, atque ducentos quadraginta quatuor Auctores numerare est, qui in eum commentati sunt, videlicet celeberrimos cu-

post lib. sent.

jusque sæculi Theologos. Non ideo tamen Magister sententiarum infallibilis habetur, & aliqui sententias ferme viginti sex notarunt, quæ posteris non placuerunt (*). Præterea a Petro accepimus Commentarium in Psalmos, & alterum in Epistolas S. Pauli. Ceterum sepultus est ad S. Marcellum prope Lutetiam Parisiorum. Mauritius Petri successor lucem primo aspexerat Soliaci ad Lige-

(*) Aliquot nævos Petri refert Natalis Alexander tom. XIII. pag. 274. atque inter alios propositiones sequentes: *Quod Charitas, qua diligimus Deum & Proximum, sit Spiritus Sanctus & non aliquis Habitus creatus.* Tum: *Anima humana separata a corpore est Persona, Christus in Triduo, quo anima a corpore fuit separata, fuit homo. Deus potuit communicare potentiam creandi creaturæ.*

Ligerim amnem, unde cognomentum accepit. Is ex Archidiacono Parisiensi anno milleſimo centeſimo ſexageſimo Episcopus creatus eſt, eamque Sedem annis triginta ſex tenuit. Sæcul. XII. A. C. 1159.

§. XXXV.

Joannes Saresberiensis ejusque Scripta.

Quis illa ætate Reipublicæ Literariæ ſtatus fuerit, ex Scriptis quoque Joannis Saresberiensis cognoſcitur, ita dicti, quod in illa Diœceſi in Anglia natus eſſet. Is vix pueritiam egreſſus ſtudiorum cauſa Pariſios venit anno ſecundo poſt obitum Henrici I. Regis Angliæ, nempe anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo. Prima Dialecticæ elementa didicit Petro Abaelardo Magiſtro, qui tunc in monte S. Genoveſæ maxima eruditionis laude docebat. Ubi Abaelardus diſceſſit, Joannes Albericum Remenſem prælegentem audiit, Dialecticum celeberrimum, Nominalium Sectæ hoſtem acerrimum. Præterea alterum Magiſtrum ſimul auſcultabat, quemdam Anglum, nomine Robertum Melodunenſem, quod olim in illa urbe ſcholæ præfuiſſet, poſtea Epiſcopum Herfordienſem. Poſtquam biennio duobus hiſce Magiſtris operam impendiſſet, Joannes

Sup. Lib. LXVIII. §. 34.

Joan. Sar. Met. II. c. 10.

Sup. lib. LXVII. §. 22.

Sæcul. XII. A. C. 1159.

nes ad Grammaticam rediit, cui per triennium ſtuduit, Guilielmo *de Conques* præceptore. Tum iterum Diſciplinas omnes repetiit ſub Richardo Epiſcopo, viro univerſis ſcientiis imbuto, cujus non tam eloquentia quam ſoliditas maximi æſtimabatur, rurſusque ſingulari diligentia Rhetoricæ vacavit.

Porro Joannes propriam ſcientiam perficiebat docendo quorumdam virorum nobilium filios, ut ſibi minerval & alimenta compararet. Exinde in Adami Doctoris Angli, inter Ariſtotelicos eximii, amicitiam intravit, & poſtquam alios informandi neceſſitate tribus annis fuiſſet impeditus, iterum Logicæ & Theologiæ in ſchola Gilberti Porretani, & tandem ſoli Theologiæ, ſub Roberto Pullo & Simone *de Poiſſi*, incubuit. Joannes Saresberienſis duodecim circiter annis, nempe usque ad annum milleſimum centeſimum quadrageſimum nonum, diverſis hiſce ſtudiis occupatus eſt.

Jo. Sarisb. ep. 1. 2. 3. &c.

Joannes noſter juvenis, inter Clericos Cantuarienſes aſſumtus, exinde Theobaldi Archiepiſcopi Clericus domeſticus & Notarius fuit, quod ex primis ejus Epiſtolis, hujus Antiſtitis nomine ſcriptis, apparet. Sub illud tempus magnum ſcripſit volumen, quod vocavit *Polycration* ſeu de Nugis Curialibus &

de

de vestigiis Philosophorum, anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, dedicatum præcipuo Henrici II. Regis Angliæ Ministro, nempe Thomæ *Becquet*, tunc Regem suum in obsidione Tolosæ comitanti. In principio hujus Operis Joannes Saresberiensis refert & vituperat Nugas Principum, videlicet venationem, lusus, Musicam, Moriones, Magos, Ariolos, & Astrologos, ita tamen ut ipse Auctor plus æquo sycophantarum istorum præstigiis tribuisse videatur.

Sæcul. XII. A.C. 1159. p. 6. 693.

An liceat Tyrannum occidere. *lib. I. c. 4. 5. &c.*

II. c. 15. 19.

In assentatores acriter invehitur, & arrepta occasione dicit, licere Tyrannis adulari, cum liceat ipsos occidere. *Quippe*, subjungit, *non solum licet, sed etiam æquitas postulat, tyrannos occidi; quia qui nutu suo & arbitrio gladium arripit, gladio perire dignus est, & qui hostem communem non persequitur, in se ipsum & in Rempublicam peccat.* In fine Operis sui iterum periculosissimam doctrinam repetit, putatque eam confirmari auctoritate S. Scripturæ, ubi exempla *Aod*, *Jahel*, & *Judith* narrantur. Verumtamen illos Principes ab hac pernicie immunes & exemptos esse vult, quibus fidem juravimus. Venenum autem adhiberi nullis unquam in adjunctis fas esse affirmat (*). Dicit Principem de manu

III. c. 4. 5.

c. 15.

VIII. c. 20.

(*) Ex his patet, Joannem Saresberiensem neuti-

Sæcul. XII. A.C. 1159.

manu Ecclesiæ gladium, & jus malos coercendi accipere, atque esse Sacerdotii ministrum, qui hanc potestatis partem, Sacerdotibus indignam, exsequatur. Unde infert, auctoritatem civilem Ecclesiastica esse inferiorem, & Sacerdotem a Principe potestatem auferre posse, quam dedit.

VIII. c. 20.

VII. c. 19.

Hinc dispicimus, quam strenue posteri inaudita Gregorii VII. principia non modo amplexi fuerint, sed etiam extendere ausi sint.

p. 477.

Auctor etiam contra illos vehementer declamat, qui Dignitates Ecclesiasticas palam ambiebant, & contra illos, qui privilegia nempe Exemptiones obtinebant,

---

neutiquam in eos Principes Tyrannos, qui potestate legitima regnarunt, & quibus subditi fidem, ut par est, jurarunt, mortis truculentæ sententiam ferre, sed tantum in illos, qui per nefas Rempublicam quamcunque perturbant & invadunt. Pie etiam sentit, nunquam veneficium, atrox, perfidum & ab omni humanitate alieniſſimum facinus, adhibendum esse.

At longe prudentius egisset Joannes, si quæstionem, quam discutere nulli Veterum Patrum, Theologiam pertractantium, in mentem venit, omnino præteriisset; cum enim perniciosissimæ suspiciones & scandala ex ea pullularint, optandum esset, ut illi Scriptori, qui tam noxiam sententiam primo ausus est tradere, calamus atramentum non reddidisset.

bant, seque Jurisdictioni Legitimorum Præpositorum suorum subtrahebant. Parcens Pontificis Maximi honori, dicit, non expedire, ut Ecclesia hujusmodi beneficia dispensęt. Notat, inter monachos aliosque viros Religiosos dari complures hypocritas, & inprimis conqueritur, quod immunitatem a decimis, aliaque privilegia Romæ obtinerent, speciatim Templi Milites designans. At præter alios a sincera pietate & animo ab omni avaritia remoto laudat Cartusienses & Monachos Grandimontenses. Denique Opus istud est corpus Doctrinæ Moralis & Politicæ, in quo Auctor vastissimam prodit eruditionem, cum plurimos citat Scriptores, quorum libri non omnes ad nos usque pervenerunt. Verum ejus eruditio non satis diggesta esse videtur, argumenta, quæ in medium affert, non stringunt, & stilus ostentationem sapit. Præterea hic Scriptor non attendit ad morum temporumque diversitatem, atque, ut exemplum proferamus, de Arte & Disciplina militari, & de Judiciorum Ordine, ita disserit, quasivero tempore antiquorum Romanorum scripsisset, & nulla interim in orbe terrarum mutatio contigisset.

Sæcul. XII. A.C. 1159.

c. 21.

p. 496.

c. 23.

VI. c. 2. 3.

V. c. 13.

Paulo post, videlicet eodem anno millesimo centesimo quinquagesimo nono, Tolosano bello adhucdum fervente, Joan-

Sæcul. XII. A.C.1159.

Joannes Saresberiensis Thomæ Cancellario aliud Opus inscripsit, cui nomen imposuit, *Metalogica*, estque Apologia bonæ Dialecticæ & veræ eloquentiæ contra Sophistam astutum, quem, presso vero nomine, ut parcat, Cornificium appellat. Joannes virorum illustrium nomina, quorum famam Sophista ille obscurare conabatur, recenset, nempe Gilbertum Porretanum, Cancellarium Ecclesiæ Carnotensis & postea Episcopum Pictaviensem, Theodoricum, celebrem artium liberalium Doctorem, Guilielmum *de Conques* Dialecticum, Bernardum Carnotensem, Abaelardum, quem Peripateticum Palatinum ob locum nativitatis suæ appellat, Anselmum & Rudolphum Laudunenses, Albericum Remensem, Simonem Parisiensem, & Guilielmum de Campellis. Sed Hugoni S. Victoris & Roberto Pullo parcebat. Dicit Auctor, plurimos sua ætate Arte Logica delectari, sed queritur, paucos bona methodo uti, & complures totum vitæ suæ tempus huic studio sine emolumento consecrare. Aliqui in Introductione Porphyrii morabantur, & totam Logicam in Tractatu de Universalibus docebant. Alii primæ Categoriæ inhærentes, ceteras omnes ad eam referebant. Subtilissimos conceptus circa voces & negationes

II. c. 6.
c. 7.
III. c. 1.
II. c. 19.
III. c. 2.
Metalogica.

tiones conglobatas sine fine excogitabant. Omnes quæstiones, quas cogitatione assequi possumus, & nulli rei utiles, discutiebant; sapientiores Doctoribus Antecessoribus suis videri, Discipulos suos in admirationem rapere, & Adversarios turbare cupiebant, se ipsos magis & propriam gloriam quam veritatem amantes. Sæcul. XII. A. C. 1159.

Auctor Logicam Topicam præprimis, & studium veritatis probabilis extollit, dicens, pauca posse demonstrari, & raro veritatem certam a nobis deprehendi. *Ars demonstrandi*, inquit, *vix amplius inter nos usui est, quia soli prope Geometriæ convenit, quam rari discunt, nisi in Hispania & locis Africæ propinquis. Nam illi populi inter ceteros Geometriæ student, Astronomiæ causa, sicut etiam Ægyptii & non nulli Arabes.*

Quamvis vero Joannes Aristotelem dilaudare & mirari soleret, non suadebat tamen, ipsi simpliciter esse credendum, sed complures in eo errores indicabat. Hæc mihi in duobus hisce Joannis Saresberiensis Operibus præ ceteris notatu digna visa sunt. §. 27.

Sæcul. XII. A. C. 1159.

§. XXXVI.

Quæ ex diſſidiis Papæ & Imperatoris ſecutæ ſint.

Radev. II. c. 29. 30.

Feſto Paſchatis transacto, quod anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono in diem duodecimam Aprilis inciderat, cum Fridericus Imperator in caſtris ſuis prope Bononiam Conventum celebraret, in cauſa Mediolanenſium civium, ſibi rebellium, judicaturus, Cardinales quatuor quoque interfuerunt, Papæ Legati, nempe duo Presbyteri, Octavianus Tituli S. Cæciliæ & Henricus S. Nerei, & Diaconi duo, Guilielmus antea Archidiaconus Ticinenſis ac Guido Cremenſis. Legati præterea Senatus populique Romani advenerant. Dixerunt vero Cardinales, Hadrianum Papam petere, ut ea, quæ in pace, cum Eugenio Papa inita, promiſſa fuerant, effectui darentur. Tum ſequentia Capitula expoſuerunt. Imperator Nuncium Romam non mittet, inſcio Papa, cum Magiſtratus & omnia Regalia ad S. Petrum pertineant. Non exiget pabula in Ditionibus Papæ niſi, in illa profectione, qua ad accipiendam coronam Cæſaream venerit. Epiſcopi Italiæ Imperatori fidem quidem jurabunt, ſed non præſtabunt homagium. Nuncii Impe-

Imperatoris in Palatiis Episcoporum non diversabuntur. Præterea Papa petebat, ut sibi restituerentur complura Territoria, & Tributa ex Ferraria, Massa, omnibus ditionibus Mathildis Comitissæ, ex omni Regione ab Aquis * Taurinis usque Romam, ex Ducatu Spoletano, atque ex Insulis Sardinia & Corsica. Sæcul. XII. A.C. 1159.

* Aqua pendente.

Ad hæc a Papa objecta respondit Imperator: *Quamquam me ad tanti momenti Capitula, necdum expetito Principum consilio, respondere non oporteat, in promptu tamen vobis dicam; me nullum homagium ab Episcopis Italiæ petere, nisi mea Regalia possidere velint. Si autem Papam avidissimis auribus audiant dicentem: quid vobis & Regi? & ego dicam: quid vobis Episcopis & ditionibus meis? Dicit Papa, Nuncios nostros in Palatia Episcoporum non debere recipi. Consentio, si Palatia ista in fundis Episcoporum & non in nostris ædificata sint. Nam superficies fundo cedit. Dicit, Magistratum Romæ & Regalia ad S. Petrum pertinere. Hæc affirmatio rem maximam contingit, & longiore deliberatione indiget. Cum enim ex Dei providentia Romanorum Imperator audiam, inane nomen gero, nisi Romæ Dominus sim.*

Imperator nihilominus super omnia capitula, de quibus Papa conquerebatur,

Sæcul. XII. A. C. 1159.

satisfacturum se esse promittebat, si modo Papa etiam non nulla gravamina in Imperatoris gratiam removeret. Sed Legati Jura Pontificis in dubium vocari non patiebantur, dicentes Papam nullius hominis Judicio se posse submittere. Querelæ Imperatoris erant, Papam pactis & promisso suo non stetisse, se non nisi conscio Imperatore Græcis, Regi Siciliæ, & Romanis reconciliari velle. Cardinales libere per Regnum suum sine ipsius consensu commeare, intrare Episcoporum Palatia, in Regis ditione posita, eosdemque proficiscentes maximo oneri Ecclesiis esse. Tandem de Appellationibus injustis & compluribus aliis abusibus mentionem inferebat.

§. 31. Respondebant Legati, se, nullis acceptis Pontificis mandatis, de his rebus nihil posse decernere. Itaque statutum, ut Papa sex Cardinales & Imperator sex Episcopos deligerent, qui hanc causam, ad examen vocatam, deciderent. Res proponitur Papæ, qui omnibus rejectis nihil aliud dicebat, quam nolle se aliam pacem, nisi cum Eugenio Papa initam. Contra vero Imperator ad illa pacta redire recusavit, testes invocans omnes Episcopos ac etiam Germanorum Longobardorumque Principes, quod omnia, in quibus læsus fuisset Papa, emendare vellet, ea conditione ut etiam ille, quod

justum

justum esset, in sui gratiam faceret. Legati Romanorum, Imperatore hæc loquente, obstupescebant & Pontificiis Nunciis indignabantur. Imperator vero Romam mittere Legatos decrevit, qui saltem cum Senatu populoque, si id Papa constanter recusaret, pacem pangerent. Sæcul. XII. A.C. 1159.

§. XXXVII.

Hadriani obitus. Alexander III. Papa. Octavianus Antipapa.

At hæc negotia intercedens Hadriani Papæ obitus abrupit; quippe die Martis, prima Septembris, eodem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono defunctus est Anagniæ, unde ejus corpus Romam translatum, in Basilica S. Petri penes corpus Eugenii Papæ III. sepultum est. Hadrianus Sacræ Sedi præfuerat annos quatuor & novem menses, quo temporis spatio Patrimonium S. Petri multis Bonis acquisitis auxit. *c. 23. Jo. de Ceu an. 1159. Act. ap. Ba. S. Thom. Cant. 1. ep. 24*

Verum a cupiditate consanguineos suos ditandi usque adeo erat alienus, ut sustentandæ matri suæ adhucdum in vivis agenti nihil aliud, quam quod a misericordia Clericorum Cantuariensium accipiebat, reliquerit. *Act. ibid.*

Justis Hadriano persolutis, Episcopi & Cardinales in Basilica Beati Petri convenerunt de substituendo sibi Pastore *Act. ibid.*

Sæcul. XII. A C. 1159.

tractaturi, & postquam per tres dies deliberarunt, simul omnes, tribus exceptis, Rolandum Cardinalem & Ecclesiæ Romanæ Cancellarium elegerunt. Is patria Senensis, Rainutii filius, cum esset in Ecclesia Pisana Canonicus magni nominis, ab Eugenio Papa Romam vocatus, primo Diaconus Tituli SS. Cosmæ & Damiani, tum Presbyter Tituli S. Marci, & tandem Cancellarius creatus est. Vir eloquentissimus, Divinis humanisque scientiis instructissimus. Ejus electionem Clericis populoque Romano approbantibus, Alexander III. dictus est.

Tres vero Cardinales Alexandro adversabantur, Octavianus Tituli S. Cæciliæ, Joannes Morson Tituli S. Martini, & Guido Cremensis, tres Presbyteri, quorum duo, posterius nominati, Octavianum elegerunt, ad Papam promovendum.

Inter hæc qui Alexandrum elegerant, eum illico purpura induunt, quæ vestis soli Papæ competebat, atque isto ritu Pontificia dignitate investiri credebatur. Fugiebat ipse, & reluctabatur, indignum se supremo fastigio professus. Sed tamen Odo Diaconorum primus repugnantem Papalibus Insignibus vestiit. Quod ubi Octavianus conspexit, seque ipsum spe concepta excidere, purpuram de collo Alexandri, injectis violenter manibus,

Victor Antipapa.

bus, detractam auferre voluit, quam ex Senatorum, qui aderant, aliquis audacter in sævientem insiliens eripuit. Tunc vero ad Capellanum suum oculos furiose intorquens, ac ut phreneticus clamans, jubebat; daret sibi pallium purpureum, quod præparaverat. Moxque capite nudato & inclinato illud induit tam turbato & impotenti animo, ut, cum caputium invenire non posset, illa parte, quæ operire anteriora debuerat, posteriora contexerit, videntibus cunctis & excusso risu dicentibus, hunc Papam præposterе fabricatum fuisse. Nec mora, reserantur portæ Ecclesiæ, quæ jussu Senatorum clausæ fuerant, intrant armatorum catervæ, pretio conductæ, evaginatis gladiis & magno strepitu, ut vi Octavianum, quem Schismatici Victorem III. Papam dicebant, defenderent. Sæcul. XII. A.C.1159.

Alexander & Cardinales, qui eum elegerant, furorem Adversariorum metuentes, in arcem Ecclesiæ S. Petri se receperunt, ubi novem diebus ab Octaviano consentientibus quibusdam Senatoribus, pecunia corruptis, diu noctuque armata manu custoditi sunt. Tum immanem populi clamorem non ferens Octavianus captivos ex Munitione Ecclesiæ educi jubet, & in arctiorem carcerem ultra Tiberim transferri, ubi ferme per triduum fuerunt. Tandem Urbs to-

Sæcul. XII. A.C. 1159.

ta commovetur, clamant pueri, convitia in Octavianum conjicientes, Mulieres insultantes cantabant, nominabantque Antipapam lingua vulgari, *Smanta-compagnum*, quod Alexandro pallium purpureum detraxisset. Unde populus Romanus facti immanitatem sustinere non valens, procedit ad locum, ubi Cardinales inclusi tenebantur, Duce Hectore Frangipane, aliisque nobilibus Romanis, Senatores ad aperiendum celeriter portas munitionis compellit, Alexandrum & Cardinales libertati restituit. Illi igitur per urbem transeunt, clangentibus undique campanis, multis Romanis armatis cum frequentia peditum comitantibus, atque vigesima Septembris in Vigilia S. Matthæi ad locum perveniunt, quod tunc *Nymphæ* hodie vero Nympha dicitur, tredecim passuum millibus seu quatuor leucis ab Urbe distantem. Eadem die, quæ erat Dominica, Alexander Papa consecratur, Ritu solito, manibus Hubaldi Episcopi Ostiensis, quinque aliis Episcopis assistentibus, videlicet Gregorio Sabinensi, Bernardo Portuensi, Walterio Albanensi, Signiensi, & Tarracinensi, multis Cardinalibus Presbyteris & Diaconis, multisque Abbatibus & Prioribus, præsentibus etiam multis Advocatis, Scriniariis, Cantoribus, Nobilibus, & plurima populi Romani parte.

In

In illis Cæremoniis Papæ capiti pro more *Regnum* id est Mitram turbinatam cum corona imposuerunt. Sæcul. XII. A.C.1159.

Octavianus interim cum per quatuor hebdomadarum spatium in convocandis Episcopis, qui ipsum ordinarent, fatigatus fuisset, tandem tres invenit, & consecratus est Dominica prima Octobris ab Imaro Episcopo Tusculano, assistentibus Episcopis Melphitano & Ferentinensi. Imarus seu Igmarus prius in Alexandrum consenserat, olim Monachus ad S. Martinum de pratis, a S. Bernardo amicorum numero adscriptus. *Sup. Lib. LVIII. §.79*

§. XXXVIII.

Literæ Alexandro faventes.

Inter hæc Alexander Papa Tarracinæ commorabatur, unde, ex Episcoporum & Cardinalium consilio, Legatos ad Fridericum Imperatorem, tunc Cremam in Longobardia obsidentem, misit. Verum Imperator jam prius Octaviano favens, & Alexandro a tempore Legationis Vesuntinæ infensus, Legatis contemtim auditis, ad Epistolam Pontificis respondere non est dignatus. Alexander prolixam quoque Epistolam dedit ad Gerardum Episcopum Bononiensem, ad Ecclesiæ ejusdem Canonicos, Doctores Juris, aliosque ejusdem Urbis viros. Ex *Sup. n. 22.*

Sæcul. XII. A.C 1159

quo cognoscimus, quanta jam illa ætate Scholæ Bononiensis auctoritas fuerit. Porro in illa Epistola Alexander omnia narrat, quæ in ipsius Electione & Ordinatione acta fuerant, ut nos ea retulimus, & adjicit, Octavianum, quamvis & Imperatoris minas & Laicorum vim militarem adhibuisset, necdum inveniisse Episcopum, qui ipsi manus imponere vellet. Unde videmus, hanc Epistolam sub finem Septembris, Alexandro jam consecrato, sed Octaviano necdum ordinato, scriptam fuisse. His expositis, Alexander Clericos & Doctores Bononienses hortatur, ut in unitate Ecclesiæ Romanæ constanter remaneant, & literas, si quas Octavianus ad eos daret, rejicerent. Tum addit: Istud quoque vobis notum facio, quod octo diebus ab Ordinatione nostra elapsis, tantum enim temporis ei ad resipiscendum concesseramus, solemni ritu & extinctis facibus Octavianum cunctosque Episcopos, qui ei impositis manibus Ordinationem sacrilegam conferre ausi fuerint, excommunicaverimus.

Alex. ep. 1. ap. Radev. c. 51.

ap. Radev. c. 53.

Cardinales quoque, Alexandri Papæ Electores, data ad Fridericum Imperatorem Epistola, omnes in fronte nomina sua apposuerunt, nempe universim viginti duo, Episcopi quinque, Gregorius Sabi-

Sabinensis, Ubaldus Ostiensis, Julius Prænestinus, Bernardus Portuensis, Walterius Albanensis. Itaque Cardinales Episcopi omnes, excepto Imaro Tusculano, qui partes Octaviani sequebatur. Tum conspiciuntur nomina octo Cardinalium Presbyterorum, & novem Diaconorum. Plures tunc in Cardinalium Collegium non erant adlecti, si quinque illi Octaviani Fautores adnumerentur; nullus enim eorum nulli se parti addixerat. Cardinales Alexandri in ea Epistola, postquam Imperatorem hortati sunt; ut memor esset, ipsius esse officii, Ecclesiæ Romanæ laboranti succurrere, referunt, quæ in electione acta fuerant, iisdem verbis, quibus Alexander usus fuerat. Et sic prosequuntur: *Ad notitiam Majestatis tuæ deferimus, quod Otto Comes Palatinus, arrepta, cum Octavianus intruderetur, occasione, nos & Alexandrum Papam persecutus, Ecclesiam dividere conatus fuerit. Nam cum armatis & Octaviano Campaniam ac Patrimonium S. Petri intravit, nihil intentatum relinquens, quo has provincias suæ potestati subjiceret. Quare suppliciter te rogamus, præcipuum Ecclesiæ Romanæ Defensorem, ut his malis remedium feras, & usurpatori nihil auxilii tribuas.*

Sæcul. XII. A.C. 1159.

§. XXXIX.

Sæcul. XII. A.C. 1159.

§. XXXIX.

Literæ Octaviano faventes.

Radev. c. 50. At Octavianus, qui se magno fastu Victorem Papam dicebat, Epistolam scripsit, ad Patriarchas, Episcopos, Abbates, Duces, Marchiones, Comites, aliosque Friderici Imperatoris Proceres directam, in qua Principem rogat, ut Tutelam Ecclesiæ in turbidis hisce temporibus in se suscipiat. Tum refert, se ad Pontificatum fuisse promotum, omissis adjunctis, & subjungit: *Si autem ex parte illius Rolandi, quondam Cancellarii, qui conspiratione contra Ecclesiam Dei conflata Guilielmo Siculo adstrictus est, ad vos literæ pervenerint, tanquam mendaciis plenas, & a Schismatico missas, respuite.* Hæc Epistola Signiæ vigesima octava Octobris data est.

Sed & Cardinales, Octaviani Sectatores, Epistolam ad omnes Præsules dederunt, in cujus fronte nomina sua posuerunt in hunc modum: *Imarus, Epi-*
c. 52. *scopus Tusculanensis, Episcoporum primus. Joannes Tituli S. Silvestri & S. Martini, & Guido Cremensis, Tituli S. Callisti, Presbyteri Cardinales, Raymundus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata, & Simon S. Mariæ in Dominica, & Abbas Sublacensis.* Universim non sunt plures, quam Cardinales quinque.

que. Epistolæ vero initium hoc est: *Ex quo tempore Hadrianus Papa cum Guilielmo Siculo Beneventi fœdera pepigit, bonori Imperii & Ecclesiæ noxia, non leve dissidium inter nos Cardinales ortum est, inter nos, inquam, quibus hæc pacta non probabantur, & illos, qui fœdera laudabant, fulgore auri accepti excæcati, pluresque alios in suas partes pertrahebant. Cum deinde Nuncii attulissent, Imperatorem in Italiam venisse, multasque provincias in suam ditionem redegisse, Fautores illius Siculi Papam vehementer urgere cœperunt, ut arrepto quocunque prætextu Imperatorem & omnes ejus clientes excommunicaret. Nos vero contra affirmabamus, potius Siculum Excommunicationis sententiæ esse subjiciendum, qui vi adhibita Ecclesiam omnibus Juribus suis tum temporalibus tum spiritualibus spoliasset, quam Imperatorem, violata sacri Imperii jura vindicantem, & Ecclesiam e servitute liberare adlaborantem. Quo sermone audito, Siculi Fautores, pudore obruti, a proposito abstiterunt.*

Sæcul. XII. A.C.1159.

Sup.n.14.

Exinde cum Frater noster Octavianus tunc Cardinalis & hodie Papa, S. Sedis Legatus cum Guilielmo Cardinali S. Petri ad vincula apud Imperatorem versaretur, Papa Roma egressus Anagniam ivit, cum Siculi clientibus, ibique conspira-

Sæcul. XII. A.C. 1159.

ſpiratione manifeſta ſe ſe juramento adſtrinxerunt, quod acquieſcere nollent, donec Imperator excommunicationis fulmine ictus fuiſſet, nec unquam, quoad viverent, voluntati hujus Principis obſecuturi eſſent; præterea, ſi interim Hadrianum Papam mori contingeret, neminem alium defuncto ſucceſſorem ſufficerent, quam illo juramento obligatum.

Epiſtola Octavianiſtarum.

Poſtquam Hadrianus Papa ad æterna abiit, ejusque corpus Romam delatum eſt; antequam tumulo inferretur, omnes Scripto promiſimus, nos ad electionem ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ eſſe progreſſuros, videlicet, aliquot viros ex nobis ſegregandos eſſe, qui omnium ſuffragia exciperent & ſcriberent, ac omnia communi conſenſu fierent. Cum ergo in Eccleſia S. Petri convenisſemus, electionis negotium lente admodum tractatum fuit, & tandem, die tertia prope jam conſumpta, Cardinales quatuordecim conjurati Rolandum Cancellarium nominarunt, nos vero novem numero Octavianum elegimus, non ignari, ad pacem & concordiam, inter Eccleſiam & Imperium conſervandam, eſſe aptiſſimum.

Tunc vero, cum videremus, Adverſarios noſtros velle commune pactum violare, eis in nomine Domini Omnipotentis mandavimus, ne quemquam purpura inveſtirent, niſi omnes conſenſiſſent, Rolando autem

Sæcul. XII. A.C.1159.

autem ne eam accipere præsumeret. Quoniam igitur ipsi, nobis frustra reclamantibus, electum suum investituri erant, antequam id peragerent, nos Octavianum purpura induimus rogati a populo Romano, omnibus Clericis eum eligentibus, totoque ferme Senatu, omnibus belli Ducibus, Baronibus, Nobilibus consentientibus, prius Cathedræ S. Petri impositum, omnibus, ut mos fert, observatis, acclamante populo ad Palatium Papale deduximus. Cardinales adversarii ad munitionem S. Petri confugerunt, ubi plus integro octiduo obsessi latuerunt. Inde postea quorumdam Senatorum auxilio emissi & Roma egressi cum ad arcem, quæ Cisterna dicitur, inter Aricium & Tarracinam positam pervenissent, Rolandum Cancellarium pallio rubro contegunt & sequente Dominica consecrant. Tum, sparsis per totam Italiam Epistolis, prohibent, ne Episcopi consecrationi Electi nostri interessent, addita excommunicationis & depositionis comminatione. Sed nihilominus in Dominica prima Octobris consecratus est. Hæc est Epistola Cardinalium Octaviano faventium, in qua omnino notandum, quod ipsimet Rolandum & priorem, & a majore Cardinalium parte electum, ac etiam prius consecratum fuisse fateantur.

§. XL.

Sæcul. XII.
A. C. 1159.

§. XL.

Legatio Imperatoris ad Alexandrum.

Fridericus Imperator acceptis utriusque Partis literis, & adhibitis ad consilium Principibus, statuit, Concilium convocare, ratus, hanc sibi auctoritatem post exempla veterum Imperatorum, Justiniani, Theodosii, & Caroli Magni competere. Quare duos Episcopos, Danielem Pragensem & Hermannum Verdensem misit, ut ambos, qui se dicebant Romanos Pontifices, ad Concilium citarent. In Epistola Imperatoris, ad Alexandrum Papam data, is solum Rolandus Cancellarius appellabatur, atque simul ad illos Cardinales, qui eum elegerant, dirigebatur. Dicebat vero Fridericus, se, ut Schisma tolleret, statuisse Comitia seu Conventum generalem intra octavam Epiphaniæ Ticini celebrare, quo omnes Imperii aliorumque Regnorum, Angliæ, Franciæ, Hungariæ, Daniæ Episcopos vocasset, ut tantum negotium judicio Ecclesiastico, quin de eo Sæculares cognoscerent, terminaretur. Mandabat ergo Rolando & Cardinalibus partis suæ in Dei & totius Ecclesiæ nomine, ut ad hunc Conventum se conferrent, promittens jussurum se esse, ut ipsis proficiscentibus a duobus Episcopis delegatis & Comite Palatino viæ securitas

Radev. II. c. 54.

c. 55.

ritas præstaretur. In Epistola encyclica ad Episcopos, qua ad Concilium vocabantur, dicebat Imperator: *Episcopis Italis Germanisque, cum Principibus, & viris piis, Ecclesiæ bonum amantibus, congregatis, ex Decretis Pontificum & Regulis Ecclesiasticis cognovimus, si Schisma in Ecclesia Romana oriatur, a nobis ambos æmulos esse vocandos, & litem secundum consilium Orthodoxorum decidendam.* In fine Epistolæ illi Episcopo, ad quem dirigitur, prohibetur, ne uni vel alteri Papæ se addicat. Sæcul. XII. A.C.1159. c. 56.

Data est Cremæ vigesima tertia Octobris.

Cum Episcopi duo Pragensis & Verdensis, Imperatoris Legati, Anagniam, ubi Alexander Papa versabatur, perveniissent, ejus Palatium intrant, & coram eo cum Cardinalibus pluribusque aliis tam Clericis quam Laicis considunt, nullam Dignitati Papali reverentiam exhibentes. Nam Alexandrum tanquam Papam non recipiebant. *Act. ap. Bar.*

Tum ea recitant, quæ a Domino suo mandata acceperant, epistolamque Imperatoris auro bullatam reddunt. Qua perlecta Cardinales maxime turbabantur, inde enim terrebantur minis Principis potentissimi, hinc vero Ecclesiæ libertas infringi videbatur. Postquam diu deli-

Sæcul. XII. A.C. 1159.

berassent, statuerunt, sibi in obedientia Alexandri inconcusse perseverandum esse, quocunque demum suo periculo. Tum Legatis Regis responsum petentibus, Alexander Papa audientibus omnibus dixit in hunc modum: *Nos quidem Dominum Imperatorem, Advocatum, & Defensorem Ecclesiæ Romanæ agnoscimus, eumque præ ceteris totius orbis Regibus honorare cupimus, si modo illius inprimis conservetur honor, qui est Rex Regum & Dominus Dominantium. Quare miramur, quod nobis Imperator consuetum honorem contra morem Antecessorum suorum deneget, cum Concilium nobis inconsultis convocat, nobisque, quasi potestatem super nos haberet, præcipit, conventui futuro interesse. Sane JESUS Christus Beato Petro & per eum Ecclesiæ Romanæ concessit privilegium, ad hæc usque tempora conservatum, quod ipsa causas omnium Ecclesiarum discutiat & finiat, & econtra nullius judicio subjaceat. Quare, inquam, satis mirari non possumus, cum istud privilegium conspicimus destrui ab illo ipso, cujus potentia conservari & defendi oportuisset. Porro nos ad Curiam Cæsaris accedere, & judicium ejus expectare, Traditio Canonica & Patrum auctoritas non permittunt. Ne quidem minorum Ecclesiarum Advocati aut Principes causarum Eccle-*

Ecclesiasticarum decisionem usurpant, sed suorum Metropolitanorum aut Sedis Apostolicæ sententiam expectant. Itaque coram Domino peccati maximi reos nos efficeremus, si committeremus, ut nostra ignorantia vel vecordia Ecclesia in servitutem redigeretur, quin potius ultima patiemur. Hæc fuit Alexandri Papæ responsio. Sæcul. XII. A C. 1159.

Verumtamen in Historia Ecclesiastica perspeximus, quod anno Salutis quadringentesimo decimo octavo, cum Eulalius Antipapa Bonifacio Papæ oppositus fuisset, Honorius Imperator de hac causa cognoverit, Ravennæ, ubi residebat, Concilium celebrari jusserit, Episcopum, qui tenente Schismate Romæ officia divina perageret, constituerit, & ubi veritas patuit, ejecto Eulalio, Bonifacium in Sacra Sede confirmatum tutus sit. Cujus rei Acta Romæ habentur; eaque Cardinalis Baronius suis Annalibus inseruit. Præterea perspeximus, quod annis exinde octoginta quatuor, etiam Schisma Symmachi & Laurentii eodem modo extinctum fuerit. Communi consensu statutum est, utrumque æmulum Ravennam ire oportere, ubi Theodorici Regis, utcunque Ariani, judicium subiret, qui etiam Symmacho Papæ faventem sententiam pronunciavit. Sed

Sup. Lib. XXIV. §. 7. 8. 9.

Ap. Baron. an. 418. & 419.

Sup. Lib. XXX. § 48.

Sæcul. XII. A. C. 1159.

verisimile est, Alexandrum III. Papam hæc facta ignorasse. Verum, si ipsius sententiæ inhærendum esset, Schisma semel exortum nulla ratione extingui posset, quia uterque, si se Romanum Papam, legitime electum, dicat, nullum causæ suæ judicem in tota orbis terrarum latitudine existere affirmabit.

Act. ap. Baron.

Duo Episcopi a Friderico Imperatore missi Alexandri Papæ responso offensi, inde Signiam digressi Octavianum Antipapam adeunt, & procidentes ipsius pedes osculantur. Id honoris etiam Otto Comes Palatinus, qui cum Germanis Romæ erat, Octaviano exhibuit, cujus propterea haud parum crevit audacia. Verum Imperator, Octaviano manifeste favens, causam posuit, ob quam Alexander Papiam se conferre, & se ipsum ejus manibus tradere recusavit. Sed Legatos ad omnes orbis partes misit, nempe in Franciam & Hispaniam Cardinales tres, Presbyteros duos Antonium Tituli S. Marci, Guilielmum S. Petri ad vincula, & cum eis Diaconum Odonem Tituli S. Nicolai. In Orientem Joannem Tituli SS. Joannis & Pauli, in Hungariam Julium Episcopum Prænestinum & Petrum Diaconum S. Eustachii, Constantinopolim Tiburtium cum Arderico S. Theodori Diacono.

§. XLI.

§. XLI.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

Concilium Papiense.

Tempus advenerat, celebrando Concilio Papiensi *indictum; quamobrem aderant Episcopi Longobardiæ & Germaniæ opperientes Imperatorem, morantem in obsidione urbis Cremensis, quam tandem captam flammis vastavit, vigesima septima Januarii anno millesimo centesimo sexagesimo. Unde Concilium celebrandum ad Festum Purificationis distulerat; sed non nisi quinta Februarii die Veneris ante Feriam IV. Cinerum initium solemne huic conventui datum est. Cum Imperator Papiam pervenisset, Episcopos commonuit, ut animos jejuniis & orationibus ad Concilium præpararent. Omnibus deinde congregatis, ipse residens ait: *Quamvis noverim penes me, Imperatorem esse potestatem Conciliæ convocandi, præsertim in tantis Ecclesiæ periculis, auctoritatem tamen definiendi hujus summi negotii vestræ prudentiæ committo. Deus dedit vobis auctoritatem nos ipsos judicandi, & in his quæ ad Deum pertinent, nostrum non est vos judicare, agite igitur tanquam soli Deo quondam rationem reddituri.* Hæc elocutus Imperator ex Concilio exiit, ubi quinquaginta ferme tum Archiepiscopi tum Episcopi præter magnam multitudi-

* Ticinensi. *Radev. II. c. 62. 64. tom. 10. Conc. p. 1387.*

Sæcul. XII. A.C. 1160.

nem Abbatum & Præpositorum aderant. Præterea nuncii Regum Franciæ & Angliæ & diversarum Regionum Legati advenerant, qui omnia, quæ Concilium decrevisset, a popularibus suis recipienda esse pollicebantur.

Præter alios aderant Legati duo Capituli Cathedralis S. Petri Romæ, nempe Petrus Christianus Decanus, & Petrus Guido Subdiaconus Ecclesiæ Romanæ & Ærarii præfectus, qui epistolam hujus Capituli ad Imperatorem & Concilii Antistites datam attulerat. In ista Epistola ferme eadem repetebantur, ac in epistola quinque Cardinalium, qui Victoris partes sequebantur. Canonici fatebantur, quod Otto Cardinalis Diaconus S. Georgii, & Adelbaldus Cardinalis SS. Apostolorum pallium purpureum arripuissent, eoque Rolandum Cancellarium investire omnibus viribus conati fuissent, verum affirmabant, eos a saniore & meliore Cardinalium parte fuisse prohibitos, quæ Octavianum elegisset. Cum non auderent dicere, fuisse majorem Cardinalium partem, jactabant fuisse saniorem. Adjiciebant; cum Octavianus ad Palatium deduceretur, populum lingua Italica acclamasse: *Papa Vittore! Santo Pietro lo eleggé.*

Radev. c. 66. tom. 10. Conc. p. 1394.

Sup.

Mentiebantur, Cancellarium dixisse: *Octavianus nunquam me purpura spoliavit,*

vit, qua nunquam veſtitus fui. Dicebant, eum non prius fuiſſe ſtola & pallio indutum quam apud *Ciſternam*, die duodecimo poſtquam Victor electus fniſſet (*). Teſtes rerum illo tempore geſtarum adducebant Ottonem Comitem Palatinum, Guidonem Comitem de *Blandrata* & Hebertum Præpoſitum, Imperatoris Legatos. Tum epiſtolam claudebant his verbis: duos gladios Apoſtolorum habetis, & quid hiſce agere debeatis, nullus veſtrum ignorat. Volebant dicere, in hoc Concilio Poteſtatem ſæcularem ſpirituali junctam fuiſſe. Sæcul. XII. A.C. 1160.

Cauſa electionis duorum per quinque dies agitata, die ſexta publice recitata eſt quædam inſtructio, cujus hoc eſt initium: *Ecce Capitula, quæ in Concilio Papienſi de Electione Victoris Papæ per teſtes idoneos comprobata ſunt. Dominus Octavianus & nemo alius ſolemni ritu Purpura Sacra inveſtitus eſt, Romæ in Eccleſia S. Petri, id expetente populo, & conſentientibus Clericis. Idem in Cathedra S. Petri, præſente & non reclamante* Radev. c. 67.

(*) In Actis Conciliorum ad illa verba, *apud Ciſternam* additum legitur: *in qua Nero Imperator quondam ab Urbe profugus latitavit.*

Ceterum in Actis hic Conventus *Conciliabulum Papienſe* vocatur.

Sæcul. XII. A. C. 1160.

Acta Papiæ.

clamante Cancellario collocatus est. Cardinales & Clerici Romani, Te Deum Laudamus, decantarunt, eumque Victorem appellarunt. Cum ibi Clerici populusque Romanus turmatim ad ejus pedes prosternerentur, Scriniarius, conscenso suggestu,

Sup. n. 37. *pro more clamavit: Audite, Cives Romani! Pater noster, Hadrianus Papa Feria II. mortuus est* (legendum est Feria III.) *& Sabbato sequente Dominus Octavianus, Cardinalis S. Cæciliæ, Papa electus, investitus, Cathedræ impositus & Victor nominatus est. An placet? responderunt Clerici & populus, jucundo*

Sup. n. 37. *clamore, placet. Quæ verba ter repetita fuerunt. Tum Papa ad Palatium cum*

* Vexillis. *Bandis *, ceterisque Dignitatis suæ Insignibus inter omnium laudes & acclamationes deductus est.*

Illico Capitulum Cathedrale S. Petri, ad pedes Victoris Papæ accedens, obedientiam juravit. Altera die cum Clericorum Romanorum præcipui ad Cancellarium & Cardinales, qui cum ipso erant, se contulissent, exploraturi, an purpuram, ut ferebatur, accepisset, nullum in ejus vestitu novæ Dignitatis vestigium invenerunt. Sed & ipse & ejus fautores professi sunt, nunquam fuisse investitum, quod aliqui per calumniam sparsissent. His auditis Clerici Primarii, ad pedes Victoris Papæ reversi, obedientiam

ei promiserunt, quorum omnium testes Sæcul. XII.
sunt Petrus Christianus Decanus Basilicæ A.C. 1160.
S. Petri cum omnibus Fratribus suis, Blasius & Manerius Presbyteri, Rectores Cleri Romani, Archipresbyteri novem, aliique tum Diaconi tum Subdiaconi quatuor. Deinde prolixe enumerantur, qui Victori Papæ obedientiam promiserunt, videlicet Prior & Canonici Lateranenses, Clerici S. Mariæ Majoris, multarum aliarum Ecclesiarum & Monasteriorum, numero triginta quatuor, additurque, adhuc plures alias fidem juraſſe.

Præterea etiam dicta multorum testium afferuntur, inter quos occurrunt duo Presbyteri Ecclesiæ S. Marci, quam Rolandus ut Titulum suum obtinuerat. Eorum testimonia pleraque superius dicta repetunt, & subjicitur; Cancellarium quosdam, qui ei purpuram Papalem injicere conabantur, repulisse, & cum indignatione dixisse: *Non feram, ut me ridiculum efficiatis. Ecce Papa! ad eum ite.* Tum conspectum fuisse Roma exeuntem sine stola, sine purpura, sine equo candido, cum velamento capitis vulgari * & nigro, ac pallio itidem nigro tectum. Eumdem non prius quam ad Cisternam perveniſſet, pallio rubro fuisse circumdatum. Hadrianum Papam auditum fuisse dicere: *Octavianus, quem ix*

* Aumuce?

Sæcul. XII. A.C. 1160.

Longobardiam misi, vult Mediolanenses excommunicare. Ego vero eis mandavi, ne ipsius minis terreri se paterentur, sed virili constantia obsisterent Imperatori. Initis pactis cives illius Urbis se mihi obstrinxerunt, effecturos se, ne Imperatori Romam movere vacet. Cum Cardinalibus quoque pactus sum, ne post obitum meum Octavianus Papa fiat. Duos Cardinales dixisse, se dudum edito juramento Rolando Cancellario obstrictos esse.

Hæc summatim testes contra Alexandrum Papam attulerunt; sed plerique non nisi ab aliis audita referebant.

§. XLII.

Sententia Octaviano favens.

Causa itaque per dies septem pensata, Concilium Sententiam Octaviano, cum defensoribus suis præsenti, faventem protulit, Rolandum contra ob speciem contumaciæ, quod ad Concilium legitime vocatus venire noluisset, damnavit. Sententiam ad se delatam Imperator reverenter suscepit & approbavit. Mox Victor ad Ecclesiam vocatur, ubi, insigni pompa exceptus, Pontifex Maximus adoratur. Ecclesiæ portam subeunti Imperator consuetum, & eumdem honorem, ac olim S. Silvestro Constantinus (sunt hæc propria Historici verba) exhibuit, tumque manu prehensum,

Rad. c. 65.

c. 68.

hensum, ac usque ad Cathedram de- Sæcul. XII.
ductum, throno Episcopali imposuit. A.C.1160.

Plura speciatim enarrata leguntur in c.70.
Epistola encyclica Concilio Præsidentium. Dicunt, in eo Causam canonice, nullo judicio sæculari accedente, fuisse pertractatam. Tum, Summa Actorum relata, testibus in iis nominatis subjungunt Petrum, Romæ Præfectum, pluresque alios partim positis partim omissis nominibus, omnes Viros Nobiles, Imperatoris mandato accitos. *Volebant quidem*, adjiciunt Præsides, *juramenti fidem interponere, sed visum nobis, hac in re a Laicis Sacramentum non esse exigendum, cum tot Sacerdotum testimonia suppeterent.* Postea, ut refert ista epistola, Hermannus Episcopus Virdunensis, Daniel Episcopus Pragensis, Otto Comes Palatinus, & Hebertus Præpositus, quos Imperator, consilium suggerentibus viginti duobus Episcopis, ac Abbatibus Cistercienst & Claravallensi, ad advocandam utramque Partem Romam miserat, rationem legationis suæ reddiderunt; quod Rolandum Cancellarium ejusque Sectatores ter solemni ritu citassent, & significassent, ipsos ad Ecclesiæ judicium vocari. Rolandum vero ejusque Cardinales viva voce respondisse, nec se examen nec judicium subituros esse.

In

Sæcul. XII. A.C. 1160.

In eadem epistola dicunt, Electionem Victoris, cum a Concilio fuisset approbata, eam etiam, postquam omnes Clerici sententiam dixissent, ab Imperatore, tum etiam ab omnibus Proceribus & innumerabili Laicorum multitudine ratam fuisse habitam. Tum prosequuntur in hunc modum: *Sequenti die, prima Veneris in Quadragesima* (nempe anno millesimo centesimo sexagesimo, duodecima Februarii) *Victor Papa, cunctis solemni pompa procedentibus, ab Ecclesia S. Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat ejus hospitium, ad Ecclesiam Cathedralem deductus est. Ibi Imperator ad januas Ecclesiæ eum excepit, de equo descendenti stapedem tenuit, & manu apprehensum usque ad Altare comitatus est, ubi pedes ejus est osculatus, quos & nos omnes devoto osculo pressimus. Proxima die, quæ erat Sabbatum, Papa & nos cum illo, accensis moxque extinctis candelis, Rolandum Cancellarium Schismaticum & Fautorum ejus præcipuos excommunicavimus ac Satanæ tradidimus. Itaque rogamus vos & exhortamur in Domino, ut ea, quæ Ecclesia Papiæ congregata decrevit, irrefragabiliter rata & firma teneatis, & oretis ut Deus Omnipotens Victorem Papam nostrum per tempora longa conservet.* Huic epistolæ primus subscripsit Peregrinus Patriarcha Aquile-

Aquilejenſis, tum Arnoldus Archiepiſcopus Moguntinus, Hartwicus Bremenſis, Rainaldus Colonienſis, & Guimannus ſeu Wicmannus Magdeburgenſis. Hi quatuor Archiepiſcopi præſentes erant, cum non nullis Suffraganeis ſuis. Archiepiſcopi Veſuntionenſis, Arelatenſis, Lugdunenſis, Viennenſis, & Guido electus Epiſcopus Ravennatenſis miſſis ſolum Legatis conſenſerunt. Leguntur etiam nomina Epiſcoporum, Firmini, Ferentini, Mantuani, Bergomenſis, & Faventini. Sed firmam fidem non adſtruunt hæ ſubſcriptiones, cum etiam legatur ibidem nomen Regis Angliæ, quem tamen paulo poſt videbimus hoc Concilium non recepiſſe, quemadmodum etiam Archiepiſcopum Trevirenſem, qui in itinere morbo retardatus literas excuſatorias miſit. Sæcul. XII. A.C. 1160.

§. XLIII.

Quæ Concilium Papienſe ſecuta ſint.

Fridericus Imperator, data ad Eberhardum quoque Archiepiſcopum Salisburgenſem ejusque Suffraganeos epiſtola, in eo præcipue morabatur, quod, Hadriano Papa adhuc luce fruente, Rolandus Cancellarius contra ſe conjuraſſet, cujus rei argumentum afferebat in hunc modum: *Deliberantibus nobis, quid exorto Schismate faciendum eſſet,* *Radevic. c. 69.*

Sæcul. XII. A.C. 1160.

esset, adsunt Archiepiscopus Tarentasiæ, Abbates Claravallensis, Morimundensis & decem alii, quasi a Deo missi, pacem Mediolanensibus concedi rogantes. His exposuimus mentem nostram; tumque Mediolanum reversis, ut quid consilii civibus esset, cognoscerent, illi respondent: juramento nos Papæ & Cardinalibus libere obligavimus, nos sine ipsorum consensu cum Imperatore pacis conditiones non esse inituros. Ac reponentibus Abbatibus: hodie Papæ amplius obligati non estis, homini mortuo, iterum Mediolanenses: at fidem datam Cardinalibus & nostrum juramentum servabimus. Fatetur deinde Imperator, Victori Papæ objici, quod a minore Cardinalium parte electus fuisset. Hæc epistola decima quinta Februarii data est.

Eberhardus Episcopus Bambergensis, qui apud Imperatorem versabatur, suo quoque nomine Archiepiscopo Salisburgensi, quæ Papiæ acta essent, perscripsit. *Initio deliberationis*, inquit, *omnibus ferme placebat, rem differendam esse, usque ad majorem hujus negotii cognitionem, atque amplius Concilium; sed tandem prævaluit pars Victoris Papæ, ideo præcipue quod conjuratio contra Imperium præcessisset. Itaque Dominum Victorem recepimus, spe pacis permoti inter Sacerdotium & Imperium futuræ.* Et inferius:

c. 71.

Nun-

Nuncius Regis Francorum nomine Domini sui promiſit, ipſum neutrum eſſe receptu- Sæcul. XII. A.C. 1160.
rum, donec Legatis Imperatoris fuiſſet collocutus. Nuncius Regis Anglorum ſe idem cum Nuncio Francorum velle & idem nolle affirmavit. Archiepiſcopi Arelatenſis, Viennenſis, Lugdunenſis, & Veſuntinus per literas, & miſſos Legatos ſuos conſenſerunt. Trevirenſis ſolus in illa Germaniæ parte diſſentit, cujus Suffraganei nihilominus ſubſcripſerunt. Tu ſolus ſuperes, cujus Suffragium adhuc expectamus (*).

Henricus Præpoſitus Berchtolgadenſis quoque eadem in cauſa Archiepiſcopo Salisburgenſi ſcripſit, ex cujus epiſtola complura Concilii Ticinenſis adjuncta memorabilia diſcimus. *Patriarcha Aquilejenſis*, inquit, *& non nulli alii morem geſſerunt, amore pacis in Imperio, ſalvo tamen Eccleſiæ Catholicæ judicio. Epiſcopi Bambergenſis, Paſſavienſis, & Ratisbonenſis Patriarchæ exemplum ſecuti ſunt. Ceterum,* c. 72.

(*) Hos quoque Verſiculos Eberhardo Salisburgenſi Eberhardus Bambergenſis ſcripſiſſe traditur:

Jam cinis eſt, ubi Crema fuit. Quis, Papa futurus?
Catholici certant, & adhuc ſub Judice lis eſt.

Hiſt. Salisb.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

Ceterum, ut ea quæ acta sunt confirmentur, in varias provincias Legati mittuntur, scilicet Archiepiscopus Colonienſis in Franciam, Episcopus Virdunenſis in Hiſpaniam, & Pragenſis in Hungariam. Imperator Fridericus præterea ad Reges Angliæ, Daniæ, Bohemiæ & ad Manuelem Imperatorem Nuncios direxit.

Omnes hæ epiſtolæ ad Eberhardum Archiepiſcopum Salisburgenſem datæ ſunt; is enim cum iter ingreſſus eſſet, ad Concilium Papienſe iturus, Vicentiæ gravi morbo correptus, ibi morari & deinde domum redire coactus eſt. Hic Friderici Imperatoris Hiſtoria, a Radevico, Canonico Friſingenſi, ſcripta, atque ob acta, quæ inſeruit, pretioſa, clauditur. Guntherus quoque, qui eandem hiſtoriam in ſuo Poemate *Liguri-nus* verſibus comprehendit, hic finem ſcribendi fecit, videlicet ſub initium Schismatis Alexandri & Octaviani, cum Imperator, capta Crema, Papiam intraſſet.

c. 73.

Concilio Ticinenſi ſoluto, Fridericus Imperator mandata in omnibus ditionibus, ſibi ſubjectis, nempe in Italia & in Germania publicari juſſit; Epiſcopi omnes Victorem Papam reciperent, niſi in perpetuum proſcribi vellent. Multi potius ſibi in exilium migrandum eſſe, quam ſe Schismaticis conſentire poſſe exiſti-

Act. Alex. pp. Baron.

existimarunt, quibus in variis Ecclesiis Antipapæ cultores vi adhibita suffecti sunt. Unde turbæ immanes exortæ. Contra vero Alexander, postquam Fridericum sæpius hortatus fuisset, ut resipisceret, eum Anagniæ solemni ritu excommunicavit, in Cœna Domini, vigesima quarta Martii, anno millesimo centesimo sexagesimo, Episcopis & Cardinalibus suffragantibus. Simul etiam, pro antiqua Antecessorum suorum consuetudine, omnes illos, qui fidem huic Principi juravissent, a vinculo Sacramenti absolvit. Ita quidem loquitur, qui vitam Alexandri scripsit. Sed ex Historia Ecclesiastica didicimus, hanc consuetudinem non fuisse Gregorio VII. antiquiorem, qui eam ante annos octoginta introduxerat. Nec legimus, quemquam in Romano Imperio post hanc excommunicationis sententiam segnius quam antea Friderici mandata exsecutum fuisse, aut ullum mortalium dubitasse, an legitimo jure Imperium teneat (*). Alexander

Sæcul. XII. A.C. 1160.

Sup. Lib. LXII. §. 29.

(*) Ex potestate absolvendi Subditos a juramento fidei præstito præsumeretur Romanum Imperium & Regnum Germaniæ Feudum esse Ecclesiæ Romanæ; de qua materia Natalis Alexander respondens ad Notas Religiosorum Censorum Tom. XIII. p. 111. dicit: *Displicetne*

Sæcul. XII. A C. 1160.

Alexander etiam excommunicationis fulmen in Octavianum & conscios omnes secundo intorsit, atque ut mendacia ab ipsis undique sparsa dilueret, Legatos in multas provincias misit.

§. XLIV.

Religiosis Censoribus, quod Imperium Sedis Apostolicæ Feudum non esse professus sit Adrianus IV. idque ego fideliter & absque fuco & exaggeratione narraverim? Voluntne Regna & Imperia sic a Papa donante pendere, ut nisi Papæ placuerit, nec Imperatores nec Reges sint, quibus Imperium & Regnum legitima electione vel successionis jure delatum est? Ab hac sententia non sola facultas Parisiensis & Ecclesia Gallicana, sed Academiæ omnes Christianæ & Ecclesiæ omnes cum Romana communicantes, immo & ipsa Romana Ecclesia abhorrent. Bellarmini quidem Libros de Romano Pontifice sub Sixti V. Pontificatu proscriptos a Romanis Censoribus notum est, & in Librorum prohibitorum Indicem relatos, quod indirectam duntaxat potestatem Summo Pontifici in temporalia Regum tribuisset, directam vero in eorum Regna auctoritatem & dominium illi negasset. Sed post Sixti V. obitum nullam proscriptionis hujus habitam rationem, & Eminentissimos Dominos Cardinales tanti Viri libros ex Indice librorum prohibitorum expunxisse certum est, ut referunt P. Fuligati & Silvester a Petra Sancta S. J. in vita Cardinalis Bellarmini.

§. XLIV.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

S. Eberhardus Salisburgenſis.

Eberhardum, Archiepiſcopum Salisburgenſem, ex primis ſtirpibus Bavariæ, circa annum milleſimum octogeſimum quintum, ortum parentes ſtudiorum cauſa Bambergam miſerunt, ubi, poſtquam aliquamdiu Canonicus fuiſſet, inſtitutum monaſticum in Abbatia S. Michaelis amplexus eſt. Inde vero invitus a Canonicis evocatus in Franciam delegatur, ut iterum literis incumberet, donec deleta tonſura capilli rurſus creſcerent. Reverſus in patriam ſuam, Bavariam, & apud parentes ſuos diverſatus, cum diu in utramque partem argumenta diſcuſſiſſet, ad monaſterium, annos natus quadraginta, accepta ab Epiſcopo S. Ottone & Capitulo Cathedrali Bambergenſi licentia, rediit. Inter hæc, ejus Fratres, cum Monaſterium in prædio ſuo, quod Biburgum dicebatur, condidiſſent, expetierunt, ut ibi Abbas eſſet; at nihil impetrarunt per ſpatium annorum quinque, usque ad illud tempus, quo *S.* Præſul, Epiſcopus Bambergenſis, Romam profectus comitantem ſe Eberhardum Innocentio Papæ ſecundo commendavit, & quanto deſiderio eum Abbatem habendi Monachi Biburgenſes tenerentur, indicavit.

Vit. tom. 2. Canis p. 287.

p. 287.

Sæcul. XII. A.C. 1160. Papa Eberhardum, Monachorum voluntati obsequi jussum, ipse suis manibus Benedictione Abbatiali consecravit. Qui Abbas ordinatus nascentem familiam, prudentia magna præditus, & Disciplinæ Regularis amantissimus, rexit. Hospites advenientes liberaliter habuit, & eleemosynas largissime distribuit, nec de messe plura reservavit, quam uno anno suis suffectura essent.

Eberhardus annis jam quatuordecim Abbatiæ Biburgensi præerat, cum, Sede Salisburgensi per obitum Conradi Archiepiscopi vacante, communi Episcoporum hujus provinciæ, Clericorum populique ejusdem Ecclesiæ consensu, Archiepiscopus eligitur. Dignitate sublimi auctus de prioris vitæ rigore nihil dimisit, & majores opes adeptus, eo largius pauperibus succurrere cœpit. *Radev. 2. c. 73.* Oves suas tam verbo quam exemplo pascebat, in Sacris literis versatissimus. Ampliſſimas facultates excipiendis hospitibus & alendis monachis impendebat. Archipræsul per se ipsum pauperibus serviebat, & lepra liventes artus tangere, miserorumque pedes osculari dignabatur. Alexandrum Papam semper veneratus & Pastorem Ecclesiæ secutus, *vit. p. 296.* Hartmannum quoque, Episcopum Brixinensem, Suffraganeum suum, permovit, ut eidem obediret. Hi duo soli Antistites

Germaniæ

Germaniæ extiterunt, qui se noxio schismate involvi passi non sunt. Nec temere, sed post longam demum deliberationem Archiepiscopus legitimum Papam recepit, facti sui rationem reddens, quod tota Ecclesia (nempe pars major) in Alexandrum consensisset. Quamvis vero tanta libertas Fridericum Imperatorem graviter affligeret, nihilominus durius in Præsulem consulere non audebat, sed quoties ad Curiam veniret Eberhardus, emicans ex S. Viri vultu majestas Principem in officio continebat. Id non nunquam Fridericus proprio ore fatebatur; at S. Præsul exilium vel mortem pro Deo sustinere sive schismatis sive quacunque alia occasione ardenter desiderabat. Obiit S. Eberhardus annis quatuor a Concilio Papiensi elapsis, illa nocte, quæ inter Dominicam & diem Lunæ, vigesimam secundam Junii intercedit, anno a partu Virginis millesimo centesimo sexagesimo quarto, ætatis septuagesimo nono, & Pontificatus sui decimo octavo. Multa miracula ad ejus tumulum patrata leguntur, & ipse in Sanctorum numerum relatus est. Sæcul. XII. A.C. 1160.

§. XLV.

Epistola contra Concilium Papiense scripta.

Henricus Cardinalis Presbyter, olim *Bibl. Cist. Mo. to. 3. p. 241.*

Sæcul. XII. A. C. 1160.

Monachus Claræ-vallenſis, Odo Cardinalis Diaconus, & Philippus Abbas de Eleemoſyna, Monaſterii Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Carnutenſi, data epiſtola encyclica, omnes Præſules & Fideles contra epiſtolam Synodalem Concilii Papienſis præmunierunt. Inprimis Judicium haud fuiſſe competens affirmant, & dicunt: *Si Eccleſia Romana circa aliquam cauſam judicanda eſt, Romæ ab Epiſcopis illius provinciæ, & univerſali totius Eccleſiæ Concilio judicanda erat. Romæ majore facilitate & libertate, quid in electione Alexandri actum ſit, cognoſci potuiſſet.* Tum poſtquam affirmarunt, Jus eligendi Papam tribus Cardinalium Ordinibus, Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum eſſe reſervatum, ſubjungunt: *Si ad electionem Papæ Capitulum Baſilicæ S. Petri admittitur, cur non etiam Canonici Eccleſiæ Lateranenſis, quæ Romæ prima eſt, cur non Clerici S. Mariæ Majoris, cur non Abbates monachique S. Pauli & S. Laurentii, quæ omnes Eccleſiæ Patriarchales ſunt, admittantur?* Quædam deinde S. Petri Decano, Schismatico veterato, Petri Leonis Sectatori, ſpeciatim exprobrant. Refutant etiam, quod dicebant Schismatici, Alexandrum in ſua Bulla faſſum fuiſſe, quod Octavianus a duobus Cardinalibus fuiſſet electus, cum in ea tantum nomina-

nominatus dicatur, ex quo non sequeretur, fuisse electum. Sæcul. XII. A.C.1160.

Merita Alexandri dilaudant, & accusant Octavianum, quod quædam vi adhibita peregisset. Illis vero, qui Alexandrum damnabant, eo quod nomine ipsius nemo ad Concilium Papiense venisset, causam defensurus, respondent: *In illam regionem ad agendam Pontificis causam missi eramus, cum vero in eo negotio Imperatorem adire voluimus, tuto accedere non licuit. Undique minæ sonabant, undique terrebant mortis pericula. Animus erat, in conspectum Imperatoris procedere, non ut Judicium, nomine Ecclesiæ proferendum, subiremus, sed ut veritas rei, sicut peracta erat, ad Imperatoris aures perveniret. Verum hanc licentiam (id Deus, scrutator cordium, scit) obtinere non potuimus.*

§. XLVI.

Epistolæ Arnulphi Lexoviensis.

Arnulphus ex Archidiacono Sagiensi, anno millesimo centesimo quadragesimo primo, Episcopus Lexoviensis, Vir in Regis Angliæ ditionibus inter Præsules nec scientiæ laude nec auctoritate ulli secundus, ubi Alexandrum electum fuisse fama percepit, ad eum epistolam dedit, in qua Papam legitimum salutat, animum contra Schismaticos addit,

Mabil. ad ep. 348. S. Bern.

Arnul. ep. 19.

Sæcul. XII. A. C. 1160.

addit, adducto Innocentii Papæ II. exemplo & subjungit: *Sæpe similia schismata in Ecclesia Romana exorta sunt, quod ex picturis Palatii Lateranensis cognoscimus, ubi Pontifices pro scabello pedum suorum Schismaticos temerarios calcant.* Et infra: *Quamprimum sortem electionis super te cecidisse, &, quanta Adversarius tuus contra moliretur, percepi, rem ad Principis nostri notitiam celeriter detuli, ut tibi faventem redderem, & caverem, ne ab adversa parte caperetur. Hæsitavit aliquamdiu Rex; postea autem læto & constanti animo mihi promisit, se nunquam alterum præter te Papam receptarum esse. Haud diu abhinc literas accepit ab Imperatore, rogante, ut te recipere differat, cumque illi Principi arcto amicitiæ fœdere junctus sit, noluit eum contemsisse videri, & cito peragere, quod, ne faceret, rogabatur. Quare mandata universalia non edidit, sed re vera te legitimum Pontificem professus est; nec a proposito, quidquid statuerit Imperator, Rex noster dimovebitur.* Nempe in Anglia adhucdum nesciebant, Imperatorem Fridericum Antipapæ partes fuisse amplexum. Tum Arnulphus sic prosequitur: *Curabo diligenter, ne maledicorum sermones se Regis animo insinuent, & efficiam, ut nihil eum ab obedientia tibi promissa abducat. Tu quoque ne tibi*

ipsi

ipsi desis, in omnes provincias frequenter mandata dirige, ut Fideles tuis imperiis adsuescant. Sæcul XII. A.C.1160.

Alexander Papa accepta hac epistola, eaque in conventu omnium Cardinalium recitata, dato ad Arnulphum responso, hortatur, ut Regis Angliæ, Episcoporum, ceterorumque in illa Regione Procerum, favorem sibi jam conciliatum sua industria conservaret, & addit: *Non ignoras, Fridericum Imperatorem in exordiis Regni sui ad opprimendam Ecclesiam Romanam multa tentasse, & quam fastidiose nos ipsos, Legatione Vesuntina fungentes, habuerit.* Deinde Papa ad Concilium Papiense digreditur, & de Antipapa mentionem inferens ait: *Ad notitiam nostram res certa pervenit, quod per aliquot dies a cultu Pontificio abstinuerit, præsente Imperatore, qui vestes deinde Pontificias ei reddidit, & Papatus Investituram, tradito annulo, exemplo in hanc usque diem inaudito, concessit. Tum Episcopis sagacioribus ab illo Conciliabulo clam discedentibus, ceteros ad reverentiam Antipapæ exhibendam vi illata compulit.* His subdit Alexander: *Ut tuo obsequamur consilio, Archiepiscopo Rotomagensi aliisque Normanniæ Episcopis scribimus.* Epistola ista Anagniæ prima Aprilis anno millesimo centesimo sexagesimo data est.

Alex. ep. 2.

Tom. 10. Conc. p. 1397.

ap. Arnul. 20.

Sup.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

Ut hisce Alexandri mandatis obtemperaret, Arnulphus ad Episcopos Angliæ epistolam dedit, in qua notat, quantum discrimen inter utrumque Papam & utriusque electionem deprehendatur. Tum adjuncta refert, & de Episcopis, Ticini congregatis, ait: *Quo jure in causa communi auctoritate privata decernere ausi sunt? nobisque legem, quasi inferioribus, imponere, nobis inquam, quos ipsis æquales Deus fecit?* Et post alia: *Benedictus Deus! qui Ecclesiam Gallicanam ut assolet misericordia sua servavit, deditque veritatem semper agnoscendi lumen, & a via Justitiæ non aberrandi. Quemadmodum enim Divina potentia omnes illos dejecit, quos Germanorum furor contra Ecclesiam Romanam excitavit, ita etiam omnibus * illis, quos Francorum Pietas recepit, victoriam dedit. In præsenti quoque Schismate Franci, personarum & electionis adjunctis mature pensatis, unanimi consensu, concedente in ipsorum sententiam Rege, vere Catholico, Alexandrum Papam venerantur ac ejusdem literas & Nuncios reverenter amplectuntur.* Tam insigne Elogium Francorum ex ore Præsulis, Regi Angliæ subditi, omnino memorabile est. Tum Arnulphus prosequitur: *Quia vero concordia inter Regem Franciæ, nostrumque, nuper reducta est,*

Conciliabuli Ticinensis Adjuncta.

*Pontificibus Romanis.

est, ad paucos dies dilata est promulgatio, Sæcul. XII.
qua Alexander recipi jubeatur, donec A C. 1160.
Rex noster Ecclesiam Regni sui consulat, & vestro consensu, quod in mente habet, confirmet. Non enim Principis prudentiæ erat, nec id reverentia Episcopis debita permittebat, ut in causa tanti momenti vobis inconsultis quidquam statueret. Nihilominus hoc in negotio ab origine mentem suam satis prodidit, semper Nuncios & literas Alexandri Papæ modesto & jucundo vultu dignatus est, sæpe professus publice, nunquam futurum ut alteri Papæ obediret. Contra vero, cum ei Epistola Octaviani redderetur, manu sua eam contingere noluit, tanquam rem immundam, sed elevato, quod forte humi jacebat, ligni fragmento exceptam, tanto quo potuit conatu, in altum post tergum suum, conspiciente Nuncio, projecit. Quæ res omnibus spectatoribus risum excussit.

Arnulphus Lexovienſis Cardinalibus quoque, qui cum Alexandro Papa erant, ſcribens, ſignificat, quanta ſolertia uſus eſſet, ut Regem Angliæ ad eum recipiendum permoveret. Dicit, ſe ſemper cum Legatis verſari, ut juncta opera Eccleſiæ Romanæ commodis providerent. Erant vero hi Legati Henricus Piſanus & Guilielmus Ticinenſis, Cardinales Presbyteri, quorum pietatem, doctrinam, & *ep.* 23. *p.* 38. *Matth. Paris.* 1160.

in

Sæcul. XII. A.C. 1160.

in rebus gerendis manſuetudinem Arnulphus laudat. Mox ſubjungit: *Si ſpectemus illud eorum factum, quod Regem Franciæ tantopere offendit, ſine dubio excuſari merentur; nunquam enim eo adduci potuiſſent, ut in illam diſpenſationem conſentirent, niſi neceſſitas ineluctabilis & ingentis boni, inde naſcituri, ſpes cunctantes impuliſſet. Ad Concilium jubente Rege omnes convenerant, ubi de recipiendo Papa deliberaretur, qua in cauſa necdum publice quidquam ſtatutum fuerat. Legati Rem Eccleſiæ in maximo verſari periculo cernebant, quia complures, veritatem palam oppugnare erubeſcentes, humana prudentia ſeu magis aſtutia cauti dicebant; differendum eſſe negotium, & potius ſchismatis eventum expectandum, quam ſubeundum periculum, ne tanti Principes temere quidquam decernerent. Eccleſiam Romanam ſemper Regibus oneri fuiſſe; jam occaſione favente excutiendum eſſe hoc jugum. Quæſtionem mature ſatis per mortem alterius Papæ ſolvendam eſſe, & interim Auctoritatem Epiſcoporum in quolibet Regno ſuffecturam. His argumentis Legati Imperatoris, & duo Cardinales Joannes & Guido ab Octaviano miſſi, nitebantur, ac ob minimam dilationem grande lucrum ad eos rediiſſet, eo magis, quod omnibus eſſet perſuaſum, ambos Reges Alexan-*

lexandro favere. Præterea Rex Franciæ dicebat, sibi Regis Angliæ sententiam placituram esse, & publice affirmaverat, se ab eo, quodcunque elegisset, non dissensurum. Itaque satius erat Regis Angliæ animum concessa dispensatione sibi devincire, quam intempestivo jurgio irritare. Quippe postquam is partibus vestris accessit, simul etiam suffragia Franciæ, Angliæ, Hispaniæ, Hiberniæ, & ultimo loco Norwegiæ vobis conciliavit. Sæcul. XII. A. C. 1160.

De qua dispensatione hic sermo sit, nec conjicere quidem licet, nisi ad futuras inter Henricum Regis Angliæ filium & Margaretham ex Rege Franciæ genitam, ambos primæ infantiæ annos necdum egressos, nuptias concessa. Hæc enim pacta Legati Alexandri Papæ sua auctoritate confirmarunt, nec id sine dispensatione fieri potuit, tum ob ætatem sponsorum impuberum, tum quod Henricus ex Alienora natus esset, longo tempore pro uxore legitima Ludovici habita, ex qua liberos susceperat. *Sup. n. 31.* *Matth. Paris. an. 1160.*

Quamvis vero Ludovicus Rex hæc sponsalia cuperet, nimia tamen Legatorum facilitas, qua dispensassent, scandali occasio ei esse potuit (*).

§. XLVII.

(*) Pronius conjicere est, Regem ob Legatorum repugnationem fuisse offensum.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

§. XLVII.

Literæ Joannis Saresberiensis.

Multo major rebus in Anglia gestis lux affunditur ex Epistolis Joannis Saresberiensis, tempore Schismatis scriptis, qui tunc Clericus Domesticus, & ab Epistolis Theobaldo Archiepiscopo Cantuariensi erat. Is ergo Præsul, seu magis ejus nomine Joannes, Regi Angliæ scripsit in hunc modum: *Ecclesia Romanæ schisma multos delectat, qui res novas amant, indeque crescit improborum audacia. Ex nostris enim Ecclesiis alii Alexandrum, alii Victorem adire cupiunt. Nos quidem, uter causæ æquitate vincat, nescimus, illos qui unum alterumve ex levitate animi recipiunt, cohibere non valemus, nec credimus nobis licere ex duobus alterum in regno tuo, te inconsulto, legitimum Papam agnoscere, quamdiu Ecclesiæ judicium suspenditur. Quid ergo nobis faciendum est, nobis, inquam, qui mandatis tuis obsequentiores quam alii sumus, & Ecclesiæ Romanæ magis obstricti, cum eam præstitutis annis invisere juramento edito teneamur?* Nempe illa ætate adhucdum seria putabatur promissio, quam Episcopi præstant, velle se post singula triennia vel quinquennia, pro distantia locorum, Romam proficisci,

ap. Joan. Saresb. ep. 44.

ciſci, quæ verba hodie tanquam ſtilus Curiæ retinentur. Sæcul. XII. A.C.1160.

Tum Archiepiſcopus proſequitur: *Porro noxium nobis ſine dubio foret, ſi illi qui minus honoris quam nos ab Eccleſia Romana acceperunt, in colendo Papa, quem tota Eccleſia agnoſcet, nobis promptiores extiterint. Circa hæc omnia, o Rex, conſilium auxiliumque tuum petimus & exſpectamus.* In hac Epiſtola Theobaldus Archiepiſcopus ſibi, ætate & morbis ingraveſcentibus, breve vivendi ſpatium ſupereſſe confitetur.

Henricus Rex tunc ex Anglia aberat, quod Archiepiſcopus in altera Epiſtola diſerte dicit, ſcilicet in Normannia, ubi reſidere ſolebat. In ſecunda vero Epiſtola Archiepiſcopus dicit: *Rem certam comperimus, Eccleſiam Gallicanam, rejecto Octaviano, Alexandrum recepiſſe. Et quantum humana ratione perſpicere poſſumus, meliorem partem elegit; quippe omnium teſtimonio Alexander æmulum fama probitatis, prudentiæ, doctrinæ, & eloquentiæ ſuperat. Cuncti, qui ex Italia adveniunt, teſtantur, potiorem eſſe ipſius cauſam; & quamvis nec ab uno alterove vel nuncios vel literas acceperimus, ſcimus tamen omnes Anglos propenſiore in Alexandrum animo eſſe, ſi tuus accedat conſenſus. Porro ad nos relatum eſt, quod Imperator te in Octaviani*

Sæcul. XII. A.C. 1160.

viani partes pertrahere conetur. Absit, o Rex, ut in tanto Ecclesiæ discrimine aliud facias, quam quod Deo placiturum est. Absit, ut totius Regni tui Ecclesiam subjicias homini, qui non electus, non a Deo vocatus, sed solius Imperatoris favore munitus Sacram Sedem invasisse passim dicitur. Nam tota prope Ecclesia Romana Alexandrum reveretur. Ex Annalium vero lectione accepimus, casu schismatis existente, illos semper viciisse, quos Ecclesia Gallicana recepit. Nostrorum temporum exempla habemus in Innocentio contra Petrum, in Calliſto contra Burdinum, in Urbano contra Guibertum, in Paschale contra tres Antipapas, & in pluribus aliis, quibus Patrum nostrorum ætate vivere contigit. Tibi vero, magne Rex, in negotio tam delicato sine consilio Virorum Ecclesiasticorum in regno tuo nihil tentandum est.

Postquam, quæ Papiæ acta fuerant, in Angliam delata sunt, Joannes Saresberiensis cuidam Doctori Anglo, amico suo, cui nomen Rudolphus *de Serre*, tunc Remis existenti, de Schismate rescripsit in hunc modum: *Summopere timemus, ne Imperator Germaniæ Principem nostrum suis artibus decipiat. Veruntamen, ut mihi videtur, Conciliabulum Papiense non modo virum prudentem ad assensum movere non potest, sed magis*

ep. 59.

electio-

Sæcul. XII. A. C. 1160.

Conciliabulum Ticinense.

electionem Alexandri ex ipsorum Adversariorum testimoniis confirmat. Ut enim illud silentio prætereamus, quod in Ecclesiam Romanam, solius Dei judicio reservatam, pronunciare sententiam ausi sint, aliosque defectus, qui nullum fuisse Judicium probant, quæcunque Papiæ actitata comperimus, contra æquitatem, Leges, & Canones peccant. Damnati fuere absentes, non discussa causa, quæ in alio loco & ab aliis pertractanda fuisset. At, dices, vocati contumaciter abfuerunt. Qui hoc objiciunt, vel privilegium Ecclesiæ Romanæ ignorant, vel dissimulant. Quis Ecclesiam universalem Judicio unius Ecclesiæ privatæ submisit? Quis Germanos ceterarum Gentium Judices constituit? Quis hominibus brutis, non ratione ductis, sed impetu abstractis auctoritatem tribuit, omnibus Christianis caput & Pastorem obtrudendi? Verum enimvero non latent me Imperatoris consilia, nam Romæ versabar, sub Eugenio Pontifice, cum Princeps iste, missa sub initia Regni sui Legatione, quid in sinu gereret, prodidit. Pollicitabatur, se Imperii Romani potentiam restauraturum esse, & facili negotio terrarum orbem Romæ subjecturum, si modo Papæ auxilium non denegaret, & quoscunque hostes, qui Cæsari arma inferre præsumerent, excommunicationis fulmine con-

Sæcul. XII. A. C. 1160.

tereret. Tunc vero Papam invenit ab hujusmodi pravitate alienum; hinc modo alium creare voluit, quem sibi penitus haberet obnoxium (*).

Omnia Judicia oportet esse libera, præsertim autem Ecclesiastica. Verum Papiæ cuncta vel vi vel fraudibus acta. Judices, terribili exercitu cincti, & minis perterriti, sententiam præcipitarunt. Dicunt, se demonstrasse, quod Electio Victoris tempore prior sit, & Constitutionibus Canonicis magis consentanea. Quomodo autem demonstrarunt? Decanus S. Petri, & duo Canonici, nomine totius Capituli, ac Rectores Clerici Romani, id jurejurando affirmarunt. Id etiam

(*) Si vera sunt, quæ refert Joannes Saresberiensis de Friderici Ænobarbi consiliis, non inepte adeo argumentatus est hic Imperator, & quidem ex Principio illa ætate a multis recepto. Nam si Principem excommunicatum subditi a vinculo obedientiæ soluti deseruissent, & hujusmodi Regno Imperator arma intulisset, facili brachio, Potestate Ecclesiastica & Cæsarea conspirante, maximam orbis terrarum partem si non Ecclesiæ saltem sibi subjicere potuisset.

Ceterum, si omnia quæ Saresberiensis de Privilegio Ecclesiæ Romanæ in hoc paragrapho dicit conferantur, id solum affirmare videtur, quod tempore Schismatis causa Pontificis dubii non ab Ecclesia unius Regni, sed ab universali discuti & definiri debeat.

etiam Romæ Præfectus & alii cives sponte juraturi erant, sed tantum Ecclesiastici ad jurandum admissi sunt, eo quod negotium ab ipsis pertractatum fuisset. Sed quis tam cæcus, ut ineptum figmentum non perspiciat? Nemo nescit, minimam esse istorum Rectorum, præsertim in electione Pontificis, auctoritatem, quam tantopere crepant. Nemo credet, ut ut istud jactent, suffragium ipsorum fuisse requisitum. Demus vero, ipsos in exordio jurgiorum fuisse præsentes, an etiam Rolandum per duodecim dierum spatium usque ad consecrationem ejus secuti sunt? An eum Capitulum S. Petri vidit? An Romæ Præfectus, exul, cui Romam intrare non licet, ceterique cives, in ditiones Regis Siciliæ, & locum, in quo ordinatus est, pedem intulerunt? Ergo juramentum ab eis non fuisse exactum dicitur, quia nempe jurare noluissent, ne conscientiam suam læderent, & prostituerent famam. Sæcul. XII. A.C. 1160.

Ceterum, ubi est nunc ille maximus sanioris partis Cardinalium numerus? an forte corrupti sunt pecunia, quam Senatores se accepisse confessi sunt, ut ad promovendum Octavianum juramento se se obstringerent, quamque populus ad reparandas murorum ruinas destinaverat? de tanto numero nullus nisi tres Cardinales supersunt, digni qui Germanorum

Sæcul. XII. A.C. 1160.

judicio in eorum castris subjiciantur. At Guilielmus Papiensis, S. Petri ad vincula Cardinalis, omnia sciebat; cur hunc non interrogarunt? scilicet pro Victoris causa non fuisset locutus. Ipse vero de industria tacebat in tanto tumultu, ubi omnia cæco impetu fieri conspiciebat, non ignarus, quæcunque agerentur, libertati Ecclesiæ nocere non posse. Verumtamen si electio Victoris usque adeo canonica fuit, cur ceteri Episcopi Cardinales, exceptis his tribus, Ordinationi ipsius non interfuerunt? Quid vero Episcopos Hetruriæ, ad hanc Ordinationem vocatos, probibere potuit, ne venirent, nisi sacrilegii horror? Miror, quod cuncti pauperem Alexandrum sequantur, & exilium cum eo sustinere, quam Adversarii fortunam adorare & cum eo regnare malint. Omnes Cardinalium Ordines, tota Curia Romana, Alexandro adhærent, sententiam Concilii Papiensis non pertimescunt, quin ipsi Imperatori, ejusdem Idolo, ejusque Cultoribus omnibus Anathema dixerunt.

Sup. n. 42.

Sed jam pauca dicam de hujus Concilii subscriptionibus, in quibus Episcoporum loco Comites visuntur, & in fronte Episcopi tales ponuntur, quorum vel nulla fuit vel rejecta electio. Rainaldus, Cancellarius Imperatoris, se Archiepiscopum Colonienſem dixit, etsi constet, ejus electionem

Joannes Saresberiensis.

ctionem ab Hadriano Papa fuisse damnatam, nec intelligo, cur a Victore suo consecrari differat, nisi quod forte eum proxime ruiturum timeat. Guido Comes de Blandrata nomine Archiepiscopi Ravennatis subscripsit, etsi ejus filius, bonus juvenis, cujus vero electio abrogata est, Archiepiscopus haberi nequeat. Quis risum teneat? Conventus Papiensis ludo comico quam Concilio Ecclesiastico similior est. Quid referam magnum numerum, etsi confictum, Regnorum & provinciarum conscriptarum, ut rudibus fucus fieret? Hac vero ex parte beati sumus, magis Imperatorem puduisse illicita petere, quam ipsius adulatores ea concedere.

Sæcul. XII. A. C. 1160.

Sup. n. 29.

Hæc, mea quidem opinione, ad persuadendum sufficient, ut Archiepiscopus Remensis Alexandrum Papam recipiat, ea saltem conditione, ut, si e re esse videatur, consensum suum promulgare differat. Neutiquam enim dubito, quin Antipapam abjecturus sit. In rebus maximi momenti nihil temere agendum. Cum Episcopi Ticinensis & Placentinus ultra omnem modum ad amplectendum Octaviani partes solicitarentur, nec unus nec alter cessit, quia Deum timent. Nihilominus ambos urgere Imperator non desinit, idque Deus permittit, ut eorum exemplum remotioribus constantiam suggerat.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

rat. Et infra: *Quamvis Archiepiscopus Cantuariensis, quod non nescis, haud leviter ægrotet, eum tamen hujus negotii necessitas ad iter suscipiendum compulit, ut Conventui Episcoporum & Clericorum totius Regni interfit, Regique, qui ipsum de hac causa consuluit, respondeat. Episcopus Wintonienſis, & Dunelmenſis transituri ad castra Octaviani dicuntur, si tuto liceret, contra vero Archiepiscopus Eboracenſis & noster ærario præfectus Alexandrum omnibus viribus defendunt, quem etiam pars hominum major & honestior tuetur.* Hucusque Joannes Saresberiensis.

§. XLVIII.

Alexander in Francia & Anglia Papa recipitur.

Jo. Saresb. ep. 64.

Philippus Abbas Eleemosynæ, Ordinis Cistercienſis in Diœceſi Carnutenſi, cujus superius memini, egregiam operam contulit, ut Alexander Papa in Francia & Anglia reciperetur. Cum singularis virtus magnam Viro conciliasset auctoritatem, Papa, data Epistola, hortatus fuerat, ut causam suam sedulo curaret. Cui Philippus respondit in hæc verba: *Epistolam tuam Regi Angliæ obtuli, quam comis & lætus accepit; postquam nobiscum & suis deliberavit, te Papam*

Papam salutavit, nosque ipsius nomine obedientiam tibi promittere jussit. Legatos brevi ad te mittet, voluit vero ut tibi prior scriberem, sicque de ejus mente secreto & prompte certior fieres. Epistolam tuam encyclicam ad Episcopos Angliæ per fidum hominem misi, qui Gilbertum Episcopum Herfordiensem & Hilarium Ciceſtriensem iter facientes, tibi causæque tuæ addictissimos, comitatur. Nec mora, Regem Franciæ quoque adivi, qui & ipse, utpote Princeps Catholicus, tibi devotissimus est. Idque jam opere tibi demonstrasset, nisi pluribus gravissimis negotiis fuisset impeditus. Me itaque ministro Epistolam officiosam tibi mittit, quam tamen optat esse secretam, donec duo Reges, in Comitiis publicis conjuncti, tibi obedientiam profiteantur. Id intra brevissimum temporis spatium fiet, quo pacem & gratiam invicem inire statuerunt. Et postea: *Omnes Archiepiscopos, Episcopos aliosque Prælatos Electioni tuæ suffragari scias.*

Sæcul. XII. A. C. 1160.

Præstituto tempore conventus in Anglia celebratur. Lecta sunt complura documenta, ex quibus ambo Papæ Justitiam causæ suæ tueri conabantur. Canones deinde recitati sunt, testesque non expectati supervenerunt, qui veritati majorem lucem affuderunt. Nulla tamen in illo Conventu prolata est sen-

Sæcul. XII. A.C. 1160.

tentia, quæ Regi reservabatur. Sed communis omnium opinio conscripta, quam Theobaldus Archiepiscopus per Rainaldum Archidiaconum suum & Guilielmum *de Ner* Capellanum suum Regi transmisit. Tum Archiepiscopus accepto Regis responso, mandatis ad omnes Angliæ Episcopos directis, notum fecit, *ep.* 65. Alexandrum Papam esse legitimum, ab Ecclesiis Anglicana & Gallicana receptum, Octavianum vero cum omnibus suis Fautoribus damnatum, & manifeste Schismaticum. Hinc præcipit, ut Alexandro Papæ reverentiam & obedientiam exhibeant.

to. 10. *Conc. p.* 1406.

Præterea Rex Angliæ, alia comitia mense Julio anno millesimo centesimo sexagesimo in Foro novo in regione Caletensi, leucas sex a Belvaco distante, celebraturus, omnes Episcopos Normanniæ cum Abbatibus & Baronibus convocavit.

Ex Rob. de Monte an. 1160.

Sub idem tempus Rex Franciæ Proceres suos Belvaci congregavit. Utrinque de Schismate actitatum, & tandem una omnium sententia Alexander Papa receptus, ac Victor rejectus.

§. XLIX.

Hæretici in Anglia castigati.

Inter hæc in Anglia aliud Concilium in causa Hæreticorum, quos populus Publica-

blicanos appellabat, celebratur. Hi ex Vaſconia originem trahentes regionibus plurimis virus ſuæ perfidiæ infuderant, quippe in latiſſimis Galliæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Germaniæque provinciis multi hac peſte infecti dicebantur. Porro Anglia magnifice jactabat nunquam ſe aliqua Hæreſi fuiſſe corruptam, ex quo Gens illa ſub Sancto Gregorio Papa ad fidem Catholicam traducta fuiſſet. Qui tunc in Angliam advenerunt, erant tam viri quam feminæ paulo amplius quam triginta, homines ſine literis, impoliti & ruſtici, excepto duce eorum Gerardo, literis leviter tincto. Cum aliquamdiu latuiſſent, deprehenduntur, quod peregrinæ eſſent Sectæ, & cuſtodiæ publicæ traduntur. Rex vero nolens eos inauditos vel expellere vel punire, Concilium Epiſcoporum Oxoniæ congregari præcepit. Ibi cum publice de Sacræ Fidei articulis interrogarentur, Gerardus ſuſcipiens cauſam omnium reſpondit; Chriſtianos ſe eſſe & Doctrinam Apoſtolorum ſequi. Poſtea autem ad ſingulos Articulos reſpondere compulſi, ſe Baptiſmum, Euchariſtiam & matrimonium deteſtari, & auctoritatem Eccleſiæ nihili facere confeſſi ſunt. Tum, quia teſtimoniis ex Sacra Scriptura ſumtis urgebantur, dixerunt, ſe quidem ut inſtituti erant credere, de Fide vero ſua

Sæcul. XII. A.C.1160.

to. 10. Conc. p. 1104. ex Guil. Neub. lib. II. c. 13.

Sæcul. XII. A. C. 1160.

disputare nolle (*). Minas & admonitiones deridebant, verbo illo Domini-

co

(*) Da beobachten wir wiederum einige Vorläufer oder Väter der Herrn Protestanten, welche nach ihrem eigenen Geständnisse in der Lehre von der Taufe aus der Zahl der Ketzer nicht können gerettet werden. Es saget zwar Mosheim, in der Vorrede zu einer Ketzergeschichte, es wären allzeit Leute gewesen, die einen Theil der Wahrheit eingesehen, nämlich solche, die der römischen Kirche widersprochen. Allein wenn diese Leute keine Ketzer gewesen wären, sondern Rechtgläubige, welchen Christus der HErr versprochen hat, daß sie GOtt der heilige Geist alles lehren würde, Ille vos docebit omnia. Joan. 14. so würden sie nicht nur einen Theil, sondern die ganze Wahrheit erkannt haben.

In diesen Stücken nun kommen die Herrn Protestanten mit den Publicanen der damaligen Zeit übereins, da sie auch die heiligen Sacramente und das Ansehen einer sichtbaren Kirche verwerfen, die heilige Schrift aber willkürlich auslegen. Bey diesem allen ist es ein Wunder, daß sie sich dennoch bekümmern, um ihrer Religion und ihren Geistlichen ein Ansehen zu geben oder zu erhalten. Denn Windheim in der Erklärung des Mosheimischen Kirchenrechts schreibt also auf der 336. Seite. Der Beichtstuhl ist ein Mittel wodurch das Ansehen der Geistlichen noch erhalten werden kann, und darauf kommt ungemein viel an. Haben die Leh-

rer

co abutentes: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter Justitiam.* Sæcul. XII. A.C.1160.

Tunc Episcopi præcaventes, ne virus hæreticum latius serperet, publice Hæreticos declaratos Principi tradiderunt, corporali disciplinæ subdendos. Præcepit Rex, hæreticæ infamiæ caracterem *Matth.* 5.

rer kein Ansehen, so können sie auch ihr Amt nicht mit Nutzen verrichten; und wer das Ansehen der Geistlichen schwächet, der kränket das Ansehen des Christenthums. Daher ist es abermals gut, daß der Beichtstuhl noch beybehalten werde. Sehet da, das Vernünfteln eines Lutheraners! Sie haben in ihrer Religion die von Christo dem Herrn eingesetzte heilige Sacramente der Buß, der Priesterweyhe, des heiligen Meßopfers abgeschaffet, und ihren sogenannten Geistlichen die Schlüsselgewalt genommen, und nichts destoweniger wünschten sie ihnen ein Ansehen zu erhalten. Was soll aber das lutherische Beichthören, ohne Gewalt von Sünden los zu sprechen, einem Prädicanten für ein Ansehen geben können, da doch eine solche Gewalt auch von seiner Frau könnte ausgeübet werden.

Wir Katholicken sind klüger; Wir nehmen die Worte Christi Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c. Joann. 20. 22. & 23. in ihrem buchstäblichen und natürlichen Verstande, welche gewiß von einem Zeitgebote nicht können ausgelegt werden, und da ein römischkatholischer Priester die Weyhe von der

Sæcul. XII. A.C. 1160.

rem frontibus eorum inuri, & ſpectante populo virgis coercitos urbe expelli, diſtricte prohibens, ne quis eos vel hoſpitio recipere, vel aliquo ſolatio fovere præſumeret. Dicta ſententia ad pœnam, præeunte Magiſtro, proceſſerunt gaudentes, & cantantes: *Beati eritis cum vos oderint homines.* Muliercula, quam ſolam in Anglia ſeduxerant, metu ſupplicii ab eis diſcedens ad ſinum Eccleſiæ rediit, errorem confeſſa. Porro omnes, ut dignoſcerentur eſſe Hæretici, in fronte cauteriati ſunt, eorumque Ductor idem dedecus circa mentum ſuſtinuit; tum ſciſſis cingulo tenus veſtibus, flagris reſonantibus, cæſi & ex urbe ejecti. Ceterum ob algoris intolerantiam, hyems quippe erat, neminem miſericordiam impendente miſere interierunt!

Luc. 6. 22.

Hujus ſententiæ pius rigor peſte illa, Manichæorum, ut facile notari poteſt, progenie, Angliam purgavit (*).

§. L.

der Kirche empfangen, da er den wahren Leib und Blut Chriſti ſegnen kann, und die Gewalt hat die Sünder von ihren Sünden los zu ſprechen, ſo folget ſein groſſes Anſehen aus dem Amte ſelbſt. Windheim wünſchte auch ſeinen Geiſtlichen ein Anſehen zu erhalten; er kann aber keinen Grund erweiſen, warum ſie anſehnlicher als ein jeder Lay ſeyn ſollen.

(*) Nimia hæc fuiſſe in homines ad mortem non damnatos ſeveritas videtur. In Actis Conci-

§. L.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

Alexander in Palæstina recipitur.

In Oriente Alexandri Papæ Legatus, Joannes, Cardinalis Presbyter Tituli SS. Joannis & Pauli, Byblium exeunte anno milleſimo centeſimo quinquageſimo nono cum quibusdam Genuenſibus appulit. Cumque nuncios, an ſibi tanquam Sedis Apoſtolicæ Legato Regnum Hieroſolymitanum intrare liceret, Regis Balduini aliorumque Optimatum tam Eccleſiaſticorum quam Sæcularium mentem exploraturos miſiſſet, poſtquam diu deliberatum, ei mandatur, ne in Regnum ingredi præſumeret, priusquam ex communi Præſulum Principumque conſilio & juſſu accepiſſet, quid ſibi facere liceret. Interim Concilium convocatur in *Naza-*

Guil. Tyr. XVIII. c. 29 to. 10. Conc. p. 1403.

Conciliorum nulla de Manichæis fit mentio, ſed Titulus hujus Concilii legitur in hunc modum: *Concilium Oxonienſe Habitum anno Domini MCLX. contra Waldenſium ſive Publicanorum dogma, a Gerardo quodam Teutone in Angliam inductum.*

Ceterum, utinam Anglia, nobiliſſimum Regnum, in iſto fervore, & in Doctrina a S. Gregorio Magno accepta perſeveraſſet. Sed hodie, eheu! abjecta Romanæ Eccleſiæ Communione, in Inſula, quæ olim patria Sanctorum dicebatur, præter Chriſtianæ Religionis umbram & Epiſcoporum larvas, nihil ſupereſt.

Sæcul. XII. A.C. 1160.

Nazaret, ubi Amalricus Patriarcha Hierosolymitanus cum cæteris Præsulibus & Rex cum quibusdam Proceribus interfuerunt. In diversas abierunt sententias, quamvis enim Præsules Latini Orientis necdum in alterutram partem publice declinassent, occulte tamen alii huic alii illi suum favorem præstabant. Aliqui igitur in Concilio dicebant, Dominum Alexandrum esse recipiendum, & ejus Legatum admittendum, quorum Princeps erat Petrus * Archiepiscopus Tyriensis. Alii contra Dominum Victorem præferebant, semper, ut ajebant, Regni Hierosolymitani amicum & tutorem, Legatum vero Alexandri nullo modo recipiendum esse censebant. Rex mediam viam tenebat, cum Principibus suis & quibusdam Ecclesiarum Prælatis, timens ne Ecclesia Orientis in partes scinderetur. Suadebat ergo, neutri partium accedendum esse, Legato, si more Peregrinantium, orationis gratia, & sine Legationis Insignibus ad loca sancta vellet invisere, dandam esse hanc licentiam, & concedendam esse libertatem, moram in Regno faciendi, usque ad primam navigandi occasionem, tunc que ei redeundum esse. Opinionis suæ rationem addebat: Schisma in Occidente recens est, necdum orbi innotuit, uter amborum meliorem causam foveat.

* Guilielmi Antecessor.

Peri-

Periculo non vacat in re incerta præcipitare judicium noſtrum. Præterea nec in hoc Regno Legato opus eſt, qui Eccleſias & Monaſteria impenſis gravet, & exactionibus divexet. Sæcul. XII. A.C. 1160.

Hæc erat Regis ſententia, quæ licet utilior videretur, prævaluit tamen eorum opinio, qui Legatum eſſe recipiendum aſſerebant. Itaque in Regnum vocatur, ubi deinde compluribus, qui ob ejus adventum lætitiam profeſſi fuerant, moleſtus extitit.

Hæc ſunt verba Guilielmi Archiepiſcopi Tyrienſis.

Amalricus Patriarcha, ſuo & Suffraganeorum ſuorum nomine Epiſtolam ſcripſit Synodicam ad Alexandrum Papam directam, in qua dicit: *Epiſtolam Electionis veſtræ quanta debuimus veneratione ſuſcepimus, eamque præſentibus Archiepiſcopis Nazareno & Tyrienſi, aliisque Fratribus noſtris, legimus. Quia autem percepimus, electionem veſtram unanimi conſenſu Epiſcoporum aliorumque Cardinalium, Clericis quoque & populo ſuffragantibus, peractam fuiſſe, eam laudavimus & approbavimus, Schismaticos, nempe Octavianum, cum duobus Cardinalibus Joanne & Guidone, eorumque Fautores ex Eccleſiæ Communione ejecimus, & vos in Dominum temporalem ac Patrem ſpiritualem elegimus*

&

Sæcul. XII. A.C. 1160.

& unanimiter recepimus. Titulus, *Dominum temporalem*, Papæ datus, eo magis notari debet, quod in illo Concilio Rex Hierosolymæ & Proceres adfuerint.

§. LI.

Amalricus Patriarcha Hierosolymitanus.

Tyr. XVIII c. 19. 20.

Cum Concilium Nazarenum celebraretur, Amalricus tertio jam anno Hierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcha præerat. Nam Fucherius ejus Antecessor vigesima Novembris anno millesimo centesimo quinquagesimo septimo e vita migraverat. Præsulibus deinde ad eligendum Successorem Hierosolymæ congregatis, Amalricus, repugnantibus Ecclesiæ Constitutionibus, favente duarum feminarum Principum Melisendæ & Sibillæ, Comitissæ Flandriæ, Regis sororum, factione electus est. Ex Gente Francorum erat, natus Neelæ in Diœcesi Noviomensi, tunc S. Sepulchri Prior, vir cui satis ampla literarum supellex, sed simplex ingenium, & tanto muneri implendo impar. Ad istud Dignitatis Ecclesiasticæ fastigium evectus est, Herneso Archiepiscopo Cæsarienſi & Rudolpho Episcopo Bethlehemitico frustra reluctantibus, quippe Romam appellarunt. Amalricus vero ad Curiam Romanam missi

misit Fridericum Episcopum Acrienſem, qui abſentibus Adverſariis ab Hadriano Papa, ingentis pretii donis, ut ferebatur, obtinuit, ut Amalricus confirmaretur, eique Pallium attulit. Amalricus Patriarcha Latinus Hieroſolymitanus numero octavus illam Eccleſiam annis viginti duobus rexit. Ipſo ſedente, alius in Regno ſucceſſit Dominus; nam Balduino tertio Rege, die undecima Februarii anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, Regni ſui vigeſimo, ætatis trigeſimo tertio, fatis functo, cum nullam prolem relinqueret, Frater ejus Amalricus ſucceſſit, qui octiduo poſt obitum Balduini elapſo, in Eccleſia S. Sepulchri coronatus, exinde annis duodecim & dimidio rerum potitus eſt. Sæcul. XII. A.C. 1160. *Guil. Tyr. XVIII. ult. & XIX. c. 1.*

§. LII.

Milo II. Epiſcopus Teruanenſis.

In Francia Beatus Milo Epiſcopus Teruanenſis decima ſexta Julii anno milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, poſtquam illi Eccleſiæ annis viginti ſeptem præfuiſſet, ad cœleſtia migravit. Jamque ipſius nepos Milo II. Canonicus Regularis, & ejusdem Eccleſiæ Archidiaconus Succeſſor fratris electus erat, quem cum Samſon Archiepiſcopus Remenſis conſecrare parat, Clerici Bononienſes *Bibl. Præm. p. 460. Gall. Chron. to. 2. Fol. 430.*

Sæcul. XII. A.C. 1161.

nienſes reclamarunt, & ad Sacram Sedem appellarunt; dicebant enim, ſibi Epiſcopum proprium competere, qualem olim habuiſſent, adeoque Milonem tantum ad Sedem Teruanenſem ordinandum eſſe. Eorum cauſæ illud favebat, quod Hincmarus Bononiam Urbibus Epiſcopalibus Provinciæ Remenſis adnumeraſſet. Neutiquam ceſſit Adverſariis Milo, ſed Romam profectus cauſam ſuam defendit, quam etiam Joannes Saresberienſis Papæ commendavit, Clericos Bononienſes ambitionis accuſans. Poſtquam igitur etiam Clerici Legatos Romam miſiſſent, Papa, auditis partibus, judicavit, Eccleſiam Bononienſem in eo ſtatu, in quo usque in eam diem fuiſſet, relinquendam eſſe, ac Milonem II. in Epiſcopum Teruanenſem, ſalvo Jure Metropolis, ordinavit. Hæc ex Bulla Alexandri ad Samſonem Archiepiſcopum Remenſem directa, & Anagniæ decima ſeptima Januarii anno milleſimo centeſimo ſexageſimo primo data, cognoſcimus. Ceterum in urbe Bononienſi tunc demum Cathedra Epiſcopalis erecta, cum Teruana poſt annos quadringentos everſa eſt.

Opus. 33. c. 1. in fi. ap. 54. n. 19.

Joa. Sar. ep. 41.

Ap. Marlot. tom. 2. p. 371.

Eodem anno 1161. Samſon Archiepiſcopus Remenſis vigeſima prima Septembris mortem oppetiit, poſtquam in Abbatia Igniacenſi Ordinis Ciſtercienſis, ab

ab Anteceſſore ejus fundata, veſtem Monaſticam induiſſet, ubi etiam ſepultus eſt. Sæcul. XII. A.C.1161.

Succeſſorem nactus eſt Henricum, Regis Ludovici fratrem, antea Epiſcopum Belvacenſem, & olim Ciſtercienſem Monachum, quem Clerici populusque Remenſis unanimes Archiepiſcopum elegerunt. Ergo decima quarta Januarii anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo ad illam Cathedram translatus, annis tredecim ſedit. *Sup. Lib. LIX. §. 44.*

Haud diu poſtquam Epiſcopum Teruanenſem confirmaſſet, Alexander Papa Regis & Eccleſiæ Anglicanæ precibus dedit, ut Eduardus Rex, ante annos nonaginta quinque ad cœleſtem Beatitudinem translatus, Sanctorum catalogo inſereretur. Quod ex Bulla ad Epiſcopos ceterosque Angliæ Prælatos directa, & Anagniæ ſeptima Februarii anno milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo primo data diſcimus. In ea dicit Pontifex, tanti momenti cauſas de conſuetudine non niſi in ſolemnibus Conciliis definiri. S. Eduardus quinta die Januarii inter Confeſſores colitur. *Sup. Lib. LXI. §. 18. Alex. ep. 3. Martyr. Rom. 5. Jan.*

§. LIII.

S. Petrus Tarentaſienſis Alexandro favet.

Alexander Papa edoctus, quanto zelo S. Petrus Archiepiſcopus Tarentaſienſis

Sæcul. XII. A. C. 1161.

tasienſis Schismaticos perſequeretur, virum ad ſe accerſivit. Verum priusquam progrediamur, vitæ ſeries hujus S. Præſulis nobis repetenda eſt. Cum virum humilem ſumma veneratio, qua ipſum omnes ob miraculorum ſuorum frequentiam venerabantur, affligeret atque terreret, quadam nocte clam cum unico ſocio per vias difficiles & rupes inacceſſibiles effugit, ac mutatis ſæpe viæ ducibus tandem ſolus in quoddam Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in Germania pervenit, ignotus omnibus monachis, quibuscum, quia ipſe linguæ Teutonicæ, & illi Italicæ ignari erant, ſermonem conſerere non poterat. Igitur ut vulgaris conditionis monachus ibidem receptus aliquamdiu exoptata quiete potitus eſt. Interim Petri domeſtici & populi Diœceſani ſimul omnes interrogare, ubi Archiepiſcopus eſſet, quo fugiſſet, vel quis ſaltem de eo certa referre poſſet, tumque ad triſtiora converti. Multis vicinas regiones ſcrutantibus, quidam juvenis, quem Archiepiſcopus a prima ætate educaverat, ad illud monaſterium, ubi latitabat, delatus, Petrum cum aliis Fratribus ad laborem exeuntibus procedere conſpicit, ſimulque maxima contentione exclamat: *Cariſſime Pater! novi te. Jam nemo te mihi eripiet.* Monachi quantus Antiſtes

Sup. Lib. LXVIII. §. 73. vit. c. 3. Bol. tom. 13. p. 329.

tiſtes eſſet Petrus edocti ſtupent, tota Congregatio ad ejus pedes provolvitur, veniam rogat, quod debitam reverentiam non exhibuiſſet, omnes lacrymantur, quamvis nemo amarius fleret, quam ipſe Præſul, quod ſolitudinis dulcedinem iterum exuere cogeretur. Hujus rei fama in omnem late provinciam ſparſa S. Præſul ad gregem ſuum, qui ejus abſentiam vehementiſſime doluerat, redire compellitur. Poſt reditum quorumdam inimicorum implacabilium odia inveterata extinxit, Principes permovit ad mutuam gratiam ineundam, bella patriam devaſtantia compoſuit. Præterea non exiguo numero miracula edidit. Sæcul. XII. A. C. 1161.

Exorto deinde ſchismate, cum ejus Eccleſia in terris, Imperio ſubjectis, poſita eſſet, ſolus ferme ex omnibus Archiepiſcopis bonam cauſam tuitus eſt. Quin etiam complures Schismaticos ad Eccleſiam reduxit, propinquas provincias peragrans & ubique ſacerdotali libertate prædicans. Imperator, dum alios Catholicos perſequebatur, Petrum reverebatur, & Schismaticis ipſi objicientibus, quod tanta lenitate propriam cauſam perderet, reſpondebat: *Si homines de me male meritos caſtigo, num vultis, ut etiam Deo reſiſtam.* Ceterum in illis regionibus Heberto Archi-

Sæcul. XII. A. C. 1161. epiſcopo Veſuntino nemo ferventius Schismaticorum partes tuebatur. Cumque Imperator Veſuntionem divertiſſet, Petrus Archiepiſcopus eum adiit, ſuaſitque, ne Catholicos perſequeretur, præſertim viros Religioſos. Plurimos vero non ſolum ex civitate, ſed etiam ex pagis circumjacentibus ad ſe turmatim venientes, a Deo communi oratione flagitare juſſit, ut Hebertus Archiepiſcopus vel vi cœleſti converteretur, vel ab ejus pravitate Eccleſia liberaretur. Orarunt populi & Hebertus poſt quartum quintumve diem e vita deceſſit.

Ergo S. Petrus Tarentaſienſis, ab Alexandro Papa vocatus, Catholicos in Hetruria conſolabatur, & in ceteris Italiæ partibus Schismaticos pudore obruebat, ex Cathedra publice in eos declamans, in illis ipſis urbibus, quarum Epiſcopi Octaviano favebant. Eum enim populi devotiſſime auſcultabant, quia doctrinam, quam verbis proferebat, prodigiis confirmabat. Nulli alteri tantos honores decernebat Pontifex, nec ullum Epiſcoporum tunc temporis Eccleſia Romana tantum admirata eſt, nullum tanta reverentia & amore eſt proſecuta. Nemo de Curia Romana munera expectabat a Petro, qui ſua omnia in pauperes erogabat. Nihilominus Dynaſtarum aliquis S. Virum Roma rever-

S. Petri Miracula.

revertentem invadere conatus est, equos quinque, quos habebat, & pauca alia, iter facienti necessaria, direpturus. Sed en! cum laxatis habenis Archiepiscopum prædo insequitur, equus, inæquali humo fallente vestigium lapsus, crus fregit, illæso Domino. Qui periculo territus & conversus S. Præsulem adit, ad ejus pedes sese demittit, & veniam petit, ejus præsidio in acceptis referens, quod ipse, pereunte equo, incolumis servaretur. Sæcul. XII. A. C. 1161.

Totus Ordo Cisterciensis, cujus membrum erat S. Petrus Tarentasiensis, cum ipso Alexandri Papæ Communionem sequebatur, atque illa ætate complures Episcopos, plus quam septingentos Abbates & immensam monachorum multitudinem complectebatur. Eorum auctoritas Alexandri Pontificis causæ multum profuit; quare ira accensus Imperator Decretum edidit, quo omnes Cistercienses in Regno Germaniæ degentes vel Victorem Papam agnoscere, vel ex patria migrare jubebantur. Hinc complures Abbates cum suis Congregationibus in Francia receptaculum quærere compulsi. Cartusiensium quoque exemplum magni ponderis contra Schismaticos fuit. Nam Ordo iste omnium primus Alexandrum Papam veneratus est, cura & opera inprimis duorum *Helm.* 1. *Chron. Slau.* c. 91. *Vit. S. Anthelm.* c. 15. *Sur.* 26. *Juin.*

Sæcul. XII. A. C. 1161.

Monachorum Anthelmi & Geofridi, quorum hortatu excitati Priores ceteriique hujus Instituti monachi, postquam diu hæsitassent, Alexandro Papæ obedientiam promiserunt, complures que Præsules in eadem Communione confirmarunt. Quo comperto Imperator, Anthelmum vehementer aversatus, a suæ factionis Episcopis excommunicari curavit.

§. LIV.

Concilium Tolosanum.

Guil. Neubrig. 2. c. 9.

Reges Franciæ Angliæque, pace inter se firmata, ex utroque Regno Concilium Tolosæ anno 1161. celebrarunt frequentissimum, ut Alexandrum Papam solemniore ritu, quam in Comitiis hinc in Francia & inde in Anglia, Belvaci, apud Novum Mercatum *, & Londini coactis agnoscerent. In eo centum Patres tum Episcopi tum Abbates interfuerunt, una cum Regibus Franciæ & Angliæ & multis Proceribus. Aderant quoque Friderici Imperatoris & Regis Hispaniæ Legati, nec non utriusque Papæ Nuncii. Nam Alexander Cardinales tres, Henricum Pisanum, Joannem Neapolitanum, & Guilielmum Ticinensem miserat, Octavianus vero Guidonem Cremensem & Joannem S. Martini, solos, qui ipsi supererant, Cardinales, quippe Igmarum Epi-

*Neuf-Marchè.

Tom. 10. Conc. p. 1406.

Episcopum Tusculanensem, qui eum consecraverat, fata abstulerant. Sæcul. XII. A.C.1161.

Porro hujus Concilii Acta discimus ex Epistola Fastradi, secundi Abbatis Claravallensis ad Omnibonum Episcopum Veronensem, a quo hæc gesta edoceri rogaverat, data. In ea Fastradus loquitur in hunc modum: *Postquam sæpe multumque exhortati fuimus Reges proceresque, qui, vel timore vel amore Imperatoris, veritatem sequi differebant; post multa consilia, quæ cum Archiepiscopis, Episcopis, Viris piis, quotidie omnia ad Reges referentibus, contulimus; post multas preces & lacrymas, quas Ecclesia fundebat ad Dominum, maxime autem in Ordine nostro; post ultimam pæne desperationem, tandem duo Cardinales, quos solos de Curia Romana Octavianus apud se habebat, cum magna pompa, comitantibus Cæsareanis, in die & ad locum, a Regibus Franciæ & Angliæ totaque eorum Ecclesia ipsis præfixum, pervenerunt. Quid plura? auditi sunt primum Octaviani Cardinales, responderunt Alexandrini, & patuit, non solum ex responsionibus ipsorum, & ex testimonio virorum tunc præsentium, omni exceptione majorum, sed etiam ex propriis verbis Schismaticorum, ex quibus Deus manifesto miraculo verum exprimebat, Octaviani nullam fuisse electionem,*

Sæcul. XII. A.C. 1161.

eum suis manibus & arbitrio purpuram rapuisse, seque ipsum Laicorum auxilio in Cathedram Pontificalem intrusisse; quod me audiente Guido Cremensis publice testatus est. Tum etiam exploratum est, Octavianum, jam per octo dierum spatium excommunicatum, ab Episcopis Tusculanensi & Ferentino pariter excommunicatis, & a Melfitensi ob enormia facinora, quæ vera esse Rex Angliæ, Episcopi huic Regi subjecti, quin & incolæ illius Regionis, perhibuerunt, consecratum fuisse. Contra demonstratum est, Alexandrum ab omnibus aliis Cardinalibus, qui aderant, fuisse electum, & nisi ipse primum fugiendo, deinde reluctando humiliter restitisset, ex adverso autem Joannes, & Guido Cremensis id vi objecta prohibuissent, solemni etiam ritu Purpuram accepturum fuisse; quod deinde suo tempore & loco perfectum. Manifeste etiam probatum est, quod diu ante Papiense Concilium Imperator per Nuncios suos & literas auro bullatas Octavianum Papam recepisset. Quod vero scripserunt, Papiæ Episcopos in Concilio centum quinquaginta tres adfuisse; non fuerunt nisi quadraginta quatuor, qui, dicente Imperatore, Laicum se esse, ad quem nec Ecclesiam Romanam judicare, nec Summorum Pontificum electionem discutere pertineret, omnes, cum Cardi-

nali

Sæcul. XII. A.C.1161.

nali Guilielmo Papiensi (is enim neutri parti adhærebat) postquam diu deliberassent, statuerunt, ob suam paucitatem, neutrum recipere, quousque vel universalis vel saltem plurium Regnorum Synodus conveniret, & sic manifestius appareret, quem denique major & sanior pars totius Ecclesiæ receptura esset. Id ergo suaserunt Imperatori, cui hæc ratio minime probabatur, quin contra singillatim ad se vocatos Octavianum recipere tum precibus tum minis compulit. Verum jam tunc haud plures quam viginti Episcopi aderant, nam alii viginti quatuor, & ipse Episcopus Papiensis, in cujus urbe hæc agebantur, clam recesserant. Hæc Guilielmus Cardinalis testata faciebat. Communi itaque consilio amborum Regum & totius ipsorum Ecclesiæ, rejecto Octaviano Schismatico, Alexander receptus est. Archiepiscopus Trevirensis in unitate Ecclesiæ durat. Quidam ex eis, qui Octaviano manus dederant, revertuntur. Nos ipsi Cartusiensium precibus dedimus, ut pro eorum Episcopo Gratianopolitano intercederemus. Huc usque de Concilio Tolosano Abbas Fastradus in epistola ad Episcopum Veronensem.

§. LV.

Concilium Laudense *.

* Lodi.

Inter hæc Victor Antipapa Concilium primo

Sæcul. XII. A.C. 1161.

primo Ticini, deinde Cremonæ indictum, tandem ut Imperatori præsenti obsequeretur, Laudæ celebravit. Inceptum est in Festo SS. Gervasii & Protasii die decima nona Junii anno millesimo centesimo sexagesimo sexto. Interfuit Imperator cum Curiæ suæ Proceribus, & Duce Bohemiæ. Præterea Pelegrinus Patriarcha Aquilejensis, & Guido electus Ravennæ Archiepiscopus aliique multi Episcopi, cum magna copia Abbatum, Priorum, Præpositorum aliorumque Virorum Ecclesiasticorum. Hi uno ore electionem Victoris, sicut anno superiore in Concilio Papiensi factum fuerat, confirmarunt. In isto recitatæ sunt literæ Regum Daniæ, Norwegiæ & Hungariæ, sex Archiepiscoporum, Episcoporum viginti, & plurimorum Abbatum etiam Ordinis Cistercienſis, qui Victorem Papam venerabantur, & facturos se esse promittebant, quidquid in hoc Concilio constitueret. Excommunicationis sententia lata est in Hubertum Archiepiscopum Mediolanensem, Alexandro Papæ addictum, ad quem Genuam se contulit & anno sequente in Franciam proficiscentem secutus est. Excommunicati quoque sunt Consules civitatis Mediolanensis, qui eam adversus Imperatorem (nam tunc eam obsidione cingebat) propugnabant. Rursus, Epi-

to. 10. *p.* 1409. *ex Otto Mor. p.* 834.

Ital. Sacr. tom. 4. *p.* 210.

scopis

scopis Placentino & Brixiensi, atque utri- Sæcul. XII.
usque urbis Consulibus, anathema dic- A.C. 1161.
tum. Depositus est Episcopus Bononiensis, Paduanus autem usque ad primam diem Augusti suspensus. Concilium Laudense usque ad Festum S. Jacobi, diem vigesimam quintam Julii tenuit.

Præterea in Conventu Laudensi fulmine Ecclesiastico perculsi sunt auctores & conscii cædis, qua Arnoldus Archiepiscopus Moguntinus truculentum in modum anno superiore sublatus fuerat. *Sup. Lib. LXIX. §. 64.* Is Præsul successerat Henrico Archiepiscopo, a duobus S. Sedis Legatis anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto deposito. Sed multi Henrico adhucdum favebant, & contra fas depositum fuisse querebantur. *Chron. Cora Christ. ap. Serrar.* Arnoldo quoque, Moguntiæ nato, amici & Clientes non deerant; hinc bellum civile & seditiones frequentissimæ exortæ. Quidam Laici, Arnoldo adhærentes, Ecclesia principe occupata, Clericos factionis oppositæ ab ingressu arcebant; nam Archiepiscopus plurimorum ex Clericis suis animos contra se usque adeo accenderat, ut anno millesimo centesimo quinquagesimo nono in Synodum armati intrantes eum ejeciissent, nisi ipsos Comites Laici repulissent. *Dodech. ch. 59.* Tunc quidem Archiepiscopus in Longobardiam profectus querelas ad Imperatorem detulit.

Post-

Sæcul. XII. A.C. 1161.

Postquam vero de Concilio Papiensi reversus est, ejus inimici invisum sibi Præsulem e medio tollere statuerunt. Ipse ab amicis insidiarum certior factus indicium sprevit. Sed tandem in Festo S. Joannis vigesima quarta Junii anno millesimo centesimo sexagesimo Arnoldum in Monasterio S. Jacobi diversantem adorti, ignem tectis subjiciunt. Tum turrim Ecclesiæ conscendens & inde furiosis collocutus nihil obtinuit, cumque sciret monachis licentiam fugiendi concessam fuisse, arrepto cujusdam monachi habitu evadere conatus est. Sed ab hostibus deprehensus multis adactis vulneribus trucidatur. Corpus vestimentis spoliatum & insepultum toto triduo infimæ plebis insultibus expositum jacuit. Hic exitus fuit Arnoldi Archiepiscopi Moguntini, postquam hanc Sedem annis septem occupasset.

Dodech. 1160. *&c.*

Arnoldi interfectores, timentes, ne essent, qui paricidii pœnas exposcerent, Canonicos Moguntinos ad eligendum Archiepiscopum Rudolphum filium Ducis Zæringiæ, a quo sperabant impunitatis præsidium, compulerunt. Eodem autem tempore Conradus Comes Palatinus Christianum Comitem Buchensem in Thuringia eligi curavit. At Rudolphus in Longobardiam profectus, maxima dona ferens, Investituram ab Imperatore petiit

petiit, qui hominem indignans rejecit. Sæcul. XII.
Sed nec electus Christianus tunc placuit; A. C. 1162.
cum vero in Curia sua Canonicorum Moguntinorum præcipuos haberet, Conradum Witelspachium, Ottonis Comitis Palatini Bavariæ fratrem, eligi jussit.

§. LVI.

Translatio trium Regum.

Cum Fridericus Imperator Mediolanum tota hyeme obsedisset, tandem urbem, dira fame oppressam, nullis initis conditionibus, prima Martii anno millesimo centesimo sexagesimo secundo in suam potestatem redegit. Exierunt cives ad Imperatorem, adhuc Laudæ commorantem, tenentes crucem in manibus & nudo gladio e cujusque collo pendente, ut victorem ad commiserationem permoverent. Ille quidem supplicibus vitæ gratiam fecit, sed non solum præcipites fossas, quæ muros cingebant, injecta humo oppleri, verum etiam totam urbem Ecclesiasque, quibus antea parcere statuerat, dirui jussit. Inter ceteras Ecclesias una fuerat S. Eustorgio veteri Mediolanensium Episcopo, qui decima octava Septembris colitur, sacra, ubi Corpora trium Magorum, qui Bethlehemum ad adorandum Jesum Christum infantem venerunt, & Reges fuisse jam tunc credebantur, inventa fuisse dicebantur. Quo

ep. Frid. to. 5. Spicil. p. 568. ep. Burch. ap. Freh. p. 236.

Sæcul. XII. A.C.1162.

Quo pacto hæc corpora Mediolanum pervenerint, quis perspiciat? nec ulla de eis usque ad hanc inventionem mentio occurrit. Ut ut vero res se habeat, Fridericus Imperator ea donavit Rainoldo, Archiepiscopo Colonienſi, Cancellario ſuo, ſe in hoc bello comitanti, cujus consilia maximi faciebat. Archiepiscopus Clericos populumque ſuum hujus rei certiores fecit, data epiſtola, in quâ dicit, ſe ad eos etiam afferre corpora S. Naboris & S. Felicis, Martyrum Mediolanenſium, quos Eccleſia die duodecima Julii colit. Coloniæ vero vigeſima tertia ejusdem menſis Translatio trium Regum, quos exinde populus ſemper honore publico proſecutus eſt, celebratur. Quin etiam iisdem nomina Caſparus, Balthaſarus & Melchior impoſita ſunt, atque Petrus Comeſtor, illius circiter ætatis Scriptor, hæc in ſua Hiſtoria Scholaſtica refert tanquam ipſorum nomina latina, jungitque alia, quæ eorumdem vocabula Græca Hebræaque fuiſſe dicit. Ceterum Fridericus Imperator, proſtratis Mediolanenſibus, nominis ſui terrore orbem implevit.

Boll. to. 1. Maj. Eph. p. 8.

to. 10. Conc. p. 1186.

Helm. Chron. Slau. 1. c. 91.

§. LVII.

Alexander Papa in Francia.

Act. ap. Baron.

Anno ſuperiore milleſimo centeſimo ſexageſimo primo, Pontificatus ſui ſecundo,

secundo, Alexander Papa Romam re- Sæcul. XII.
versus, tumultuantibus Schismaticis, A. C. 1162.
diu ibi degere non potuit. Nam maxima erat Familiæ Octaviani potentia, & Imperator, eum tuendo, Romanorum animos sibi conciliare satagebat. Alexander ergo, populi precibus cedens, in Campaniam, ubi Regis Siciliæ præsidio utebatur, rediit, & quia Germani majorem Patrimonii S. Petri partem occupaverant, itinere maritimo in Franciam pergere decrevit. Nam Schismaticis vias omnes obsidentibus, Alexandrum adeuntes capientibus, spoliantibus, & in carceres detrudentibus, salva dignitate in Italia permanere non poterat. Quare Julio Cardinale, Episcopo Prænestino, Romæ Vicario suo constituto, & præscripta Regiminis forma, cum Cardinalibus Tarracinam se contulit, ubi quatuor triremes Regis Siciliæ, rebus omnibus strenue instructas, habuit, quibus conscensis, cum omnibus suis in Festo S. Agnetis vigesima prima Januarii anno millesimo centesimo sexagesimo secundo Genuam appulit. Ibi honorifice exceptus & cultus, licet id Fridericus Imperator fieri vetuisset, in Dominica Passionis, die vigesima quinta Martii, iterum mari se committit. Sabbato sequenti, fluctibus periculose intumescentibus, apud quamdam Insulam anchoras jacere

Sæcul. XII. A. C. 1162.

compulsus, in ea Festum Paschæ celebravit, & Feria IV. undecima Aprilis Magalonam pervenit. Cum vero istud oppidum in Insula situm ad hospites supervenientes recipiendos arctum nimis videretur, & Papam magna Antistitum multitudo extra Insulam pio affectu præstolaretur, ad urbem Montis Pessulani jam tunc populosissimam navigavit.

Intravit urbem Alexander cultu Pontificio fulgens, & equo albo vectus, quem vix ob maximam frequentiam populorum pedes ejus osculari gestientium, conscendere potuit. Montis Pessulani vero Dominus cum Ditionis suæ Baronibus equitanti occurrit, & stratoris officium per milliarium exhibuit. Ita cum pompa magna procedenti & viris nobilibus, qui pedibus sequebantur, stipato Pontifici obvium se se intulit cum copioso comitatu quidam Saracenorum Princeps, fixisque coram eo genibus & inclinato capite pedes osculatus, tanquam Christianorum Deum adoravit. Tum etiam interprete adhibito, lingua patria, nomine Regis, Domini sui, Papam salutavit. Respondit ille benigne, & Legatum ad pedes suos inter primæ nobilitatis viros considere jussit, omnibus, qui ea conspiciebant, stupentibus, & illud ex Psalmo memorantibus: *Et adorabunt*

Ps. 71. 11.

rabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſervient ei. S. Ægydii Comes quoque, & Vicecomitiſſa Narbonenſis, pompæ augendæ cauſa, ad Pontificem acceſſerunt. Sæcul. XII. A.C. 1162.

Archiepiſcopi quatuor Montispeſſuli adfuere, videlicet Senonenſis, Turonenſis, Aquenſis, & Narbonenſis, qui ibi Papa manus imponente conſecratus eſt. Præterea advenerant Epiſcopi ſex, Antiſiodorenſis, Fani S. Maclovii, Nivernenſis, Teruanenſis, Magalonicus, & Telonienſis, quibus Præſulibus, numero decem præſentibus, Alexander in Feſto Aſcenſionis die decima ſeptima Maji Excommunicationis cenſuram contra Octavianum & complices publice confirmavit. Id enim teſtatum facit in epiſtola ad Omnibonum Epiſcopum Veronenſem eadem die data, ſubjungitque: *Legatos noſtros Henricum & Guilielmum Cardinales, tum etiam Epiſcopos Ebroicenſem & Bajocenſem, Regis Angliæ Legatos, & Archiepiſcopos Bituricenſem & Remenſem expectamus, Deumque brevi pacem Eccleſiæ ſuæ donaturum eſſe ſperamus.* *Alex. ep. 32. p. 1313. to 10 Conc. p. 1410.* *Ibid. p. 1367.*

Ubi Rex Ludovicus junior inaudiit, Alexandrum Papam Montispeſſulum veniſſe, ad eum miſit Theobaldum Abbatem S. Germani de pratis, & ex Clericis

Sæcul. XII. A. C. 1162.

Curiæ suæ aliquem, quos Papa frigido vultu excepit. Inde offensum Regem pœnitentia subiit, quod Alexandrum Papam agnovisset, idque per Manassem Episcopum Aurelianensem Henrico Comiti Trecensi, ad Fridericum Imperatorem proficiscenti, significari jussit. Haud diu post Papa ad Regem Ludovicum Henricum Archiepiscopum Remensem, hujus Principis fratrem cum Episcopis Lingonensi, & Silvanectensi, ac Abbate Grandisilvæ Ordinis Cistercienſis misit. Quod ex ejus Epistolis, ultima die Aprilis datis, dispicimus.

Duchesne tom. 4. p. 416. 424.

App. 2. ep. 33. 37.

§. LVIII.

S. Thomas Cantuarienſis.

Montispessuli versabatur Alexander Papa, cum Nuncios Thomæ, novi Archiepiscopi Cantuarienſis, Pallium petentis, recepit. Jam plus integro anno effluxerat, ex quo Theobaldus Archiepiscopus, lento morbo tandem consumptus, obdormiverat in Domino. Is haud multo ante obitum suum omnes perversas consuetudines, quæ suo tempore in Eccleſiam Archiepiscopalem irrepserant, abolere animo constituerat, jamque subsidium secundo Eccleſiis ab Archidiacono imperatum sustulerat. Sed ubi extrema

ap. Joan. Saresb. ep. 49.

trema sibi imminere sensit, data ad Regem tunc absentem Epistola Benedictionem sacerdotalem impertitus est, Ecclesiamque Cantuariensem & digni Successoris electionem commendavit. Præterea rogabat, ut datis literis testamentum suum confirmaret, & ea, quæ scripserat, executioni dari præciperet. In eo autem Theobaldus res mobiles suas, quæ supererant, pauperibus donat, & quadraginta dierum Indulgentiam illis promittit, qui quamcunque operam & auxilium ad ea præstanda, quæ in suo testamento designabantur, contulerint. Regiis præfectis anathema minatur, nisi Bona Monachorum Cantuariensium intacta relinquerent. Tandem Theobaldus Archiepiscopus Feria III. Paschatis, decima octava Aprilis anno millesimo centesimo sexagesimo primo ad Cœlestia migravit, postquam annos viginti duos & menses tres Sedem Cantuariensem tenuisset, quæ ipso defuncto menses tredecim vacavit.

Sæcul. XII. A.C. 1162.

ep. 54.

ep. 57.

Chron. Gervas. 1161.

Sup. Lib. LXVIII. §. 51.

Vix nuncium de morte Archiepiscopi Cantuariensis in aula Regis vulgatum fuit, cum omnes in Thomam *Bequet* Cancellarium, qui etiam Archidiaconus Cantuariensis erat, oculos conjiciunt. Eadem populi erat sententia; nam Thomas, in Angliæ Regno præcipuus rerum

vit. S. Thom. c. 6.

Sæcul. XII. A.C. 1162.

gerendarum Miniſter, ſoli Regi ſecundus, vir maximi ingenii, & excelſi animi, omnium ordinum admirationem in ſe rapiebat. Rex quoque Cathedram Cantuarienſem ei deſtinabat; ſed paulisper diſſimulans cuſtodiam tamen hujus Eccleſiæ ipſi pro more commiſit, quod officium Cancellario curam Eccleſiarum Epiſcopalium & Abbatiarum, quamdiu vacabant, imponebat. Deinde vero cum Rex, in Normannia degens, Cancellarium negotiorum publicorum cauſa in Angliam mittere ſtatuiſſet, & ille ultima accepturus mandata Faleſiam ad eum ſe contuliſſet, Henricus, remotis arbitris, *neſcis adhuc dum, Thoma*, ait, *quo præcipue conſilio mittaris in Angliam. Volo, ut Archiepiſcopus Cantuarienſis fias.* Cui Cancellarius ſubridens, & veſtem, qua indutus incedebat, virum Religioſum haud ſatis decentem digito oſtendens, reſpondit: *Vis nempe Rex, hominem haud ſane idoneum in maximam Regni tui Sedem evehere, & Monachis, Regulam eximie amantibus, præficere. Scito autem, ſi Archiepiſcopum me facias, brevi fore, ut me ex amicorum tuorum numero expungas, amorque tuus in odium pernicioſum degenerabit. Multa a me exiges, & modo jam aliqua contra Eccleſiæ immunitatem moliris, quæ pati non potero.*

potero. Gaudebunt æmuli, & inter nos perpetuæ inimicitiæ semina spargent. Sæcul. XII. A.C. 1162.

Rex, a proposito non abiens, mandavit, ut id Monachis Cantuariensibus & Clericis Angliæ denunciaretur. Thomas, aliquamdiu reluctatus, amicorum consiliis & vehementibus Cardinalis Henrici Pisani, Papæ Legati, admonitionibus cessit. Postquam in Angliam delatus est, Monachi Ecclesiæ Metropoliticæ cum quibusdam Episcopis ad eligendum Antistitem convenerunt; sed discrepabant suffragia, quibusdam dicentibus, Præsulem, Regi carum, pacem & concordiam inter Regnum & Sacerdotium esse conservaturum. Aliis contra affirmantibus, Regis favorem Ecclesiæ nociturum, eamque sub Archiepiscopo, ex aula accersito, a præfectis Regiis licentius direptum iri. Addebant; rationi adversari, & contra Regulas Ecclesiasticas pugnare, si venerabili monasterio & toti Ecclesiæ Anglicanæ Caput daretur vir, magis Laicorum quam Clericorum moribus vivens, venationi assuetus, Aulicus sæculari fastu elatus. Quibus non obstantibus, Episcopi illius provinciæ & Monachi Cantuarienses, Westmonasterii prope Londinum congregati, ut cupiebat Rex, Thomam elegerunt, anno ex quo Cancellarii munere fungebatur, quinto, ætatis suæ quadragesimo quarto. Archiepiscopus eligitur.

Sæcul. XII. A.C. 1162.

Electus illico perducitur in conſpectum Regis juvenis Henrici, tunc præſentis, cujus olim præceptor fuerat; is nomine Regis, patris ſui, ſuo conſenſu electionem confirmavit. Rex vero Thomam ab omni vinculo Curiæ liberum pronunciavit. Ipſe Londino diſceſſit, Cantuariæ pro more conſecrationem acceptarus; ubi omnes fere totius Regni Optimates adfuere, Clerici, quia id honoris Primati ſuo debebant, Proceres Laici, ut ſe ſe Regi & electo Archiepiſcopo officioſos exhiberent. Ergo primum Presbyter in Sabbatho poſt Pentecoſten, ſecunda die Junii anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, & deinde die ſequente Dominica octavæ, Epiſcopus magna pompa, ab Henrico Epiſcopo Wintonienſi, juvene Rege præſente, ordinatur. Aſſiſtebant Epiſcopi quatuordecim, Cantuariæ Suffraganei, qui omnes Thomam, numero decimum quintum, Archiepiſcopum ſuum venerabantut. Nec mora, conſecratus miſſis ad Papam, tunc Montispeſſuli commorantem, Nunciis Pallium petiit, idque ſolito facilius citiusque obtinuit. Quo accepto Thomas ex Epiſcopo (ut loquitur Hebertus, qui præter alios ejus vitam ſcripſit) factus eſt Archiepiſcopus. Ceterum, ut ſuæ Ordinationis memoriam redderet perpetuam, Thomas in die

Gervas. p.

die Octava Pentecostes Festum S. Trinitatis instituit, quod necdum in tota Ecclesia celebrabatur. Sæcul. XII. A. C. 1162.

§. LIX.

S. Thomæ Cantuariensis exordia.

Thomas *Bequet*, qui primus Anglorum in Cathedra Cantuariensi, ex quo Normanni Angliam subegerant, sedit, Londini anno millesimo centesimo decimo septimo, vigesima prima Decembris, in Festo S. Thomæ Apostoli, a quo nomen accepit, natus erat, cujus pater & majores, cives Londinenses, mediocri, ut ipse fatebatur, fortuna usi fuerant. Mater vero Thomam filiolum suum timorem Domini docuit, eique devotionem in S. Mariam Virginem instillavit. Juvenis primo Oxonii ad literas incubuit, & deinde Parisiis, ubi cum scientiis Francorum linguam didicit, quæ illa tempestate Curiæ Anglicanæ familiaris erat. Cumque speciem haud vulgarem, decorum corporis habitum & indolem egregiam inter naturæ dotes numeraret, ab amicis de industria sæpiuscule in conspectum Theobaldi Archiepiscopi deducebatur, qui apud se retentum a consiliis habuit, ac bis terque Romam ad res Ecclesiæ suæ gerendas misit, quas Thomas felici eventu effectas dedit; utque hujuscemodi negotiis tractandis magis ido-

vit. Quadripart. l. 1. c. 1.

Goll. Iupi lib. 1. ep. 108

c. 2.

Sæcul. XII. A.C. 1162

neum se redderet, Bononiæ aliquamdiu Jurisprudentiæ civili operam navavit. Tum, Rogerio Archidiacono Cantuarienſi ad Archiepiſcopatum Eboracenſem anno milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto translato, Theobaldus Archiepiſcopus Archidiaconatum Eccleſiæ ſuæ Thomæ *Bequet* contulit, quem ille cum Præpoſitura Beverlacenſi, pluribus Beneficiis & Præbendis poſſedit. Cum poſtea Rex Henricus II. ſolium conſcendiſſet, Theobaldus Archiepiſcopus, ut Regem juvenem, Eccleſiæ privilegiis non faventem, facilius in Officio contineret, & Regiorum præfectorum molitionibus obſiſteret, ſolertiſſime effecit, ut ad munus Cancellarii Angliæ Archidiaconum ſuum Thomam deligeret. In tanto gradu collocatus Thomas induſtriam, qua valebat, adhibuit, ut Regis gratiam omni obſequiorum genere ſibi conciliaret. Feras in ſilvis perſequenti aderat, Rege cœnante, cœnabat, Rege dormiente, ipſe cubitum concedebat. Nemo ſumptuoſius convivia invitatis adornabat, nemo magnificentius habitabat. Magna clientum turba ſtipabatur, nemo magis famam & ſæculi hujus gloriam affectabat. Nihilominus deliciis innatans & divitiis abundans Thomas nunquam laſcivo feminarum amore captus deprehenſus eſt. Sæpe ei Aulicorum invidia negotia faceſſe-

I. ep. 108. *vit. c.* 3.

c. 4.

c. 5.

Sæcul. XII. A.C.1162.

ceſſebat, ſæpe ad Archiepiſcopum amicosque ſuos obortis lacrymis dicere auditus, nihil magis ſibi in votis eſſe, quam ab aula exire, ſi id ſalva fama exſequi poſſet. Interim magis magisque Regis animum non exiguis obſequiis ſibi devinciebat, ut cum ſponſaliorum negotium inter liberos amborum Regum Franciæ Angliæque ſolertiſſime tractavit, quo ſimul pactum, ut Regi ſuo Giſortium tresque aliæ validæ urbes reſtituerentur. Tandem Thomæ Rex filium ſuum Henricum juniorem Regni hæredem informandum commiſit. Talis erat Thomas *Bequet*, cum ad regendam Eccleſiam Cantuarienſem vocatus eſt.

Ubi vero electus fuit, illico ſanctitate Ordinis Epiſcopalis, quem ſuſceppturus erat, mature penſata, vitam mutare moresque emendare ſtatuit; & in itinere Londino Cantuariam, ubi ordinandus erat, conſtitutus, ad Hebertum quemdam ex familiaribus ſibi Clericis, eximiæ virtutis virum, ait: *Jubeo, ut deinceps mihi referas, quæ de me homines loquentur. Id enim mihi, quod ceteris, præſertim potentibus, continget; nempe multa errata omnium ore vulgantur, quæ tamen ad Principum aures nunquam perveniunt. Tu vero nævos, quos in me deprehenderis, mihimetipſi expones; væ enim*

Sæcul. XII. A.C. 1162.

enim soli, quia si ceciderit sublevantem se non habet. Tum accepta Episcopali unctione alius omnino homo videbatur, totus conversus est, nihilque antiquius habuit, quam sub vestibus exterioribus, splendidis & suæ Dignitati congruis, habitum monasticum ac rigidum cilicium induere.

§. LX.

Colloquium in Oppido S. Joannis Launensi.

Mense Junio exeunte, anno millesimo centesimo sexagesimo secundo, Alexander Papa Montispessulo excessit, ac per oppida Alesiam, Vicum Mimatensem, & Anicium commigrans, Claromontium in Arvernia decima quarta Augusti in Vigilia Assumptionis S. Virginis pervenit. Ubi vero Fridericus Imperator comperit, Alexandrum Franciam petiisse, Epistolam ad Hugonem de Campo florido Episcopum Suessionensem & Franciæ Cancellarium dedit, hujus tenoris: *Certo indicio scimus, Rolandum olim Cancellarium, cui per fideles ministros nostros Romæ versari tuto non licet, cum Sectatoribus suis maris pericula subiisse, ut in Franciam iret, nobilem provinciam schismate turbaret, & Ecclesiasticos laicosque, ad quoscunque devene-*

Act. ap. Bar.

Duchesn. to. 4. p. 579. ep. 47.

venerit, spoliaret. Quippe ære alieno oppressus, plus quam viginti librarum millibus indiget, si se utcunque a creditorum jurgiis liberare velit. Vos igitur rogamus, suadete Regi vestro, ne quacunque ratione Schismaticum istum, hostem nostrum & Imperii nostri infensissimum, nec Cardinales ipsius aut Nuncios recipiat. Inde enim inter nos & Regem inimicitiæ nascentur, quas nemo facile extinguet. Sæcul. XII. A. C. 1162. *Hist. Vizel. Duchesne to. 4. p. 424.*

Inter hæc Henrico Comiti Campaniæ, Regis Ludovici genero, redditur Epistola, jussu Regis a Manasse Episcopo Aurelianensi ad eum scripta, in qua Regem pœnituisse dicebat, quod Alexandrum Papam recepisset. Comes lætissimus, quod occasionem nactus esset, gratum Imperatori obsequium præstandi, suasit ei, ut Regi Conventum offerret, cui omnes Principes Præsulesque Franciæ & Germaniæ interessent, adjiciens cum juramento: *Sancte tibi promitto, Regem facturum esse, quod ipsi suggesserо, postquam, ipso præsente, electio utriusque Papæ discussa fuerit.* Locus Colloquii apud S. Joannem Launæ, modicum in Burgundia ad Ararim oppidum, tunc Franciæ terminum, indictus, dies vero, Festum Decollationis S. Joannis Baptistæ, vigesima nona Augusti, præstituta. Rex, vir simplex, & Comitis consiliis fidens appro- *Act. Alex.*

Sæcul. XII. A.C. 1162.

approbavit, quæ sibi suggerebantur, ratus ita se pacem Ecclesiæ daturum esse. Tum Comes ad Imperatorem, in Longobardia degentem, reversus, nomine Regis, addito Sacramento, promisit, fore, ut destinata perficerentur. Interim fama hujus Conventus ad urbes Italiæ perveniente, Catholici gravioris mali metu consternebantur; at Rex Ludovicus, cum iter faciens ad locum indictum, Alexandrum Papam Salviani, quod est Prioratus Cluniacensibus subditus, habuisset, eum rogavit, ut ad Colloquium veniret, aut si Imperatoris præsentiam horreret, saltem Verginiacum, arcem insuperabilem, se reciperet, promittens, se ei venienti & redeunti securitatem esse præstiturum. Quia vero Papa eo adduci non poterat, Imperatoris insidias veritus, Ludovicus, *Res profecto*, ait, *admiratione digna! quod illi, quibus de causæ suæ Justitia constat, judicium fugiant.* Hisque iter suum prosequitur. Papa ad Monasterium Dolense*, quod Civitas Dei dicebatur, prope Arcem *Roux* in Territorio Bituricensi confugit, ratus se in loco, in Aquitania posito, posse securius acquiescere.

*Bobiense.

Porro Regem Franciæ adhuc conditiones, quibus Comes Campaniæ nomine suo cum Imperatore egisset, nescientem, cum Divionem pervenisset, Comes adiit,

adiit, & quid promiſſum fuiſſet retulit in hunc modum: *Honoris tui cauſa & ad commodum Regni tui, auctor fui Conventus celebrandi, in quo Jus utriusque Papæ ad examen vocetur. Si electio Rolandi potior videatur, Imperator ad ejus pedes accidet. Si cauſa Octaviani melior apparuerit, eum Papam ſalutabis, ſi alteruter a Conventu abfuerit, rejicietur, ejusque Adverſarius Papa habebitur ab omnibus. Si Majeſtas tua ſententiæ Concilii manus dare noluerit, jurejurando promiſi, ne impoſterum Imperatorem Dominum veneraturum eſſe, & omnia Feuda, quæ a te habeo, ab ipſo accepturum eſſe.* Rex tantæ audaciæ promiſſa miratus, ait: *Tu ut me inſcio ſummi momenti pacta inieris?* Reſponditque Comes: *Tu ipſe mihi hanc poteſtatem per mandata Epiſcopi Aurelianenſis feciſti.* Simulque oſtendit Epiſtolam, in qua Rex commotus, quod Alexander Legatis ſuis nullum honorem exhibuiſſet, Comiti præceperat, ut de Conventu celebrando ageret, & ſpoponderat, ſe, quæcunque ſtatuta fuiſſent, rata habiturum eſſe.

Sæcul. XII. A C. 1162.

Decipitur Rex.

Imperator interim Dolæ, ultima ditionum ſuarum urbe, ſubſtiterat, & Franci ſcientes, Octavianum apud eum non eſſe, ob ejus abſentiam lætabantur. Sed a Germanis celeriter accerſitum Imperator usque ad mediam viam pontis

S. Joan-

Sæcul. XII. A.C. 1162.

S. Joannis Launenſis deduxit, ſtatimque iterum, quaſi promiſſis ſuis ſatisfeciſſet, receſſit. Rex autem ad locum Colloquii præfixum ſe contulit, miſitque Joſcionem Archiepiſcopum Turonenſem, Mauritium, Archiepiſcopum Pariſienſem & Guilielmum Abbatem Vezeliacenſem cum aliis proceribus ad Imperatoris Legatos in eodem loco reſponſum Regis exſpectantes, ac apud ſe Comitem Campaniæ, Victori Antipapæ omnino addictum, habentes. Tum Regis Legati rem differri petierunt, quoniam non prius quam proxima die præterita conditiones fœderis percepiſſet, & tanti ponderis negotium temere peragi non deberet. Sed Legatis Imperatoris moram denegantibus Rex Divionem rediit. Cardinales, a Papa miſſi, Vezeliacum reverſi ſunt, rati abruptum eſſe Conventum. Altera vero die, cum vix illuxiſſet, adeſt Divione Comes Campaniæ, & Duci Burgundiæ collocutus ait: *Compellor, Imperatori me ſubjicere, quia Rex promiſſo non ſtetit. Verumtamen amore Regis trium ſeptimanarum inducias ab Imperatore impetravi, ea conditione, ut Rex die præſtituenda veniat cum Alexandro Papa, & quod deciſum fuerit, exſequatur, injuncta pœna, niſi promiſſa præſtiterit, quod ſe ipſum Imperatori captivum Veſuntione traditu-*

rus

rus esset. Non superfuit Regi, quod opponeret, omnia ergo promisit licet invitus, ac Ducem Burgundiæ, Comitem Flandriæ, & Niverni obsides dedit. Quæ res vulgata totum Ordinem Ecclesiasticum perterruit; unde omnes boni orare, ut Deus Ecclesiæ suæ misereretur. Sæcul. XII. A. C. 1162.

Ergo Rex ad S. Joannem Launæ secundo se confert. Sed non venit Imperator, cui satis fuit, Rainoldum Cancellarium suum, Archiepiscopum Colonienſem, illuc mittere, præcipuum Schismaticorum Fautorem. Releguntur conditiones, quas Comes Campaniæ nomine Imperatoris Regi exposuerat. Sed Archiepiscopus Colonienſis opposuit, Imperatorem non ea dixisse, quæ hic eum promisisse fingerentur, nec unquam passurum esse, ut quisquam alius Ecclesiam Romanam judicaret, quod jus sibi soli & Romanorum Imperatoribus semper fuisset. Gavisus est Rex, offerri sibi occasionem promissa retractandi, Comitem interrogat, an fœderis pacta talia essent, qualia retulisset. Cumque Comes id affirmaret, addidit Rex: *Videtis, Imperatorem non adesse, licet juxta Fidem verborum vestrorum adesse teneatur, præterea testes præsentes estis, quod Imperatoris Legati conditiones, in pactis initis positas, mutent. Quare ab*

Sæcul. XII. A.C. 1162.

omnibus quæ promisi liberatum me esse, ut par est, existimo. Consensit Comes, Proceres omnes & Præsules, qui aderant, idem sentiebant. Moxque Rex equo valido, cui insidebat, subditis calcaribus in cursum concitato, velocissime avectus est. Germani pudorem non ferentes, abeuntem sequebantur, rogantes ut rediret, quippe Imperatorem cuncta exsecuturum esse, quæ Comes promisisset. At Rex lætissimus quod periculum evasisset, dixit, se omnia, quæ ab ipso expectari debebant, effeciſſe. Sicque solutus est Conventus.

§. LXI.

Waldemari Regis Daniæ in Germaniam profectio.

Helm. Chro. Slav lib. 1. c. 91.

Imperator Reges Daniæ, Bohemiæ, & Hungariæ ad hoc Colloquium invitaverat, affirmans, ambos Papas adfuturos, & schisma penitus tollendum esse. Rex Daniæ tunc erat Waldemarus, S. Canuti Martyris filius, qui, recepto Octaviani Antipapæ Legato, scire cupiens, an legitimus Papa esset, Rudolphum ex Gente Anglorum Notarium suum ad Fridericum Imperatorem misit. Is Danum hospitem humanissime & honorifice excepit, & multo magis Octavianus, usque adeo, ut ei ex Clericis suis socium addi-

Saxo lib. 14. p. 170 edit. ann. 1576.

addixerit, qui honoris causa cum ipso Officium Divinum recitaret, præterea- que licentiam dedit, ut Missam celebrans annulum, Episcoporum more, digito insereret. Imperator Rudolpho de causa schismatis collocutus dixit, hoc negotium in Concilio Papiensi fuisse discussum, utque illud omnino definiret, animo sibi constitutum esse, omnes Reges convocare, cum res ista omnes tangeret. Inprimis cupere se cum Rege Daniæ deliberare, cujus sapientiam sibi haberet perspectam; ne vero tam longæ profectionis operam perderet, se Waldemarum aliqua Italiæ provincia & totius Sclavorum Regionis præfectura donaturum esse. Sæcul. XII. A.C.1162.

Cum Rudolphus, ad suos in Daniam reversus, blanditiis Imperatoris & Octaviani captus, apud omnes jactaret, quanti Regem suum Germani facerent, Waldemarus non tam Religionis studio, quam regiones nunquam sibi cognitas videndi cupiditate ductus, ad Imperatorem profectionem suscipere statuit. Interim vero Bernardus Octaviani in Dania Legatus nihil intentatum relinquebat, quo Episcopos sibi conciliaret, cumque a pauciſſimis officiose exciperetur, Concilium indixit. Sed plurimis non obtemperantibus plus contemptus nocuit, quam ejus industria prodesse potuerit.

Sæcul. XII. A.C. 1162.

Waldemarus Rex, Bernardo Sleswici relicto, consilium in Germaniam proficiscendi aperuit Absoloni Episcopo Roschildæ, fratri suo collactaneo, quem hujus Sedis Præsulem anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo eligi curaverat. Absolonem non solum prudentia & fortitudo bellica, sed etiam virtutes Christianæ plurimum commendabant; nam veræ Religionis fines apud Rugios aliosque Sclavos & armis & prædicatione protulerat. Is nullum non movit lapidem, ut Waldemarum Regem ab itinere in Germaniam suscipiendo abstraheret, & etiamsi persuadere non potuerit, Dominum tamen suum invitus proficiscentem comitatus est. Ubi vero Waldemarus ad Curiam Imperatoris, tunc Metis agentis, pervenit, facile intellexit, se temere statuisse, tantum terrarum spatium emetiri. Quippe Imperator palam exprobravit, quod tam fero venisset, jussitque, sibi Homagium de Regno Daniæ quod tenebat præstare, seque supremum omnium ditionum suarum Dominum agnoscere. Quid faceret Rex Daniæ, omnibus viribus destitutus in Regno alieno? juramentum ergo, quod exigebatur, additis tamen non nullis conditionibus, edidit.

ibid. p. 245. 254.

Hist. Gen. Dan. 1158.

vit. S. Guil. Abb. 6. Apr.

Boll. to. 9. p. 630.

Tum Octavianus Concilium celebravit, in quo prolixis sermonibus demonstra-

Saxo. 275.

monstrare conatus est, se legitime electum fuisse, atque ut favorem Episcoporum captaret, constituit, ad Sacram Sedem non nisi tunc appellandum esse, cum causa in Episcoporum Judicio decidi non posset (*). Ubi Octavianus finem dicendi fecit, subjunxit Imperator, se Reges invitasse ad colloquendum, ut tandem funestum schisma tolleretur, seque eorum sententiæ voluisse acquiescere, sed illos non venisse, quod Papam alium contempta Imperatoris auctoritate creare præsumerent, etiamsi nulli eorum in urbem Romam quidquam juris esset. Mox Rainaldus quoque Archiepiscopus Colonienſis probare omnibus viribus adlaboravit, quam injuste Reges agerent. *Si enim*, ajebat, *causam cujusdam Ecclesiæ Episcopalis in ditione alterius Regis Imperator judicare moliretur, id ille sane impatientissime ferret; dum tamen Reges Romæ, quæ Imperii Caput est, in electione Episcopi Jus usurpant, quod Imperatori in Regnis suis denegant.* Quod argumentum Archiepiscopo usque adeo convincens & indisso-

Sæcul. XII. A.C.1162.

Imperatoris Jus in electione S. Pontificis.

(*) Hac Constitutione Octavianus seu Victor III. Antipapa Episcopis non conferebat privilegium sed tollebat abusum. Quippe nunquam de jure Episcopi judicium præterire licuit.

Sæcul. XII. A.C. 1162.

solubile videbatur, ut illud tribus linguis Latina, Francica, & Germanica a se toti Concilio exponendum esse crediderit. Sed quantum Germani loquenti Archiepiscopo applaudebant, tantum refragabantur Dani, cumque sub finem ad pronunciandam excommunicationem contra Alexandrum Papam cerei accenderentur, Rex Waldemarus, ab Absolone Episcopo monitus, e concilio se proripuit; sequebatur exeuntem Absolon, rogantique Octaviano, ut remaneret, respondit, se latus Regis, quocum venisset, deserere non posse. Itaque Schismaticorum factum sua fuga damnarunt. Altera die Octavianus Livonem electum Episcopum Ottoniæ, in Finia Insula Metropolis, ordinavit, cujus Consecrationi Absolon magno vigore se opposuerat.

Hist. Gent. Dan. 1163. *Duchen. to* 4 *p.* 715. *ep.* 418

Ceterum Rex Waldemarus non prius quam anno sequente millesimo centesimo sexagesimo tertio in Daniam rediit. Inter hæc vero, Octavianus actitata inter Comitem Campaniæ & Imperatorem astute in rem suam convertens, Romam scripsit, Regem Franciæ ad partes suas transiisse, seque legitimum Pontificem jurejurando affirmasse, quod ipso jubente Comes Campaniæ Imperatori retulisset. Id discimus ex Epistola Frangipanum, Romanorum Consulum, ad Regem data, in qua rogant, ut has calu-

calumnias manifestando veritatem diluat. Sæcul. XII. A. C. 1162.

§. LXII.

Alexander a Regibus Franciæ & Angliæ colitur.

Alexandrum Papam, ut diximus, in Monasterio Bobiensi commorantem Rex Angliæ invisens ad ejus vestigia humiliter procidit, & post oscula pedum, aureis oblatis muneribus, ad osculum oris receptus est. Tum solium sibi præparatum declinans ad pedes Pontificis cum suis Baronibus consedit. Elapso autem triduo, cum rursus Papam & Cardinales muneribus cumulasset, magnam professus lætitiam discessit. Haud post longum temporis spatium, peracto ad S. Joannem Launæ conventu, Reges Franciæ Angliæque Cociaci ad Ligerim degentes venientem Alexandrum Papam honore congruo susceperunt; tum pedibus incedentes dextra lævaque functi officio stratorum, & equi, cui insidebat, frœnum tenentes, usque ad fixum ipsi tabernaculum deduxerunt. Nempe Papa cum diu in Monasterio Bobiensi versatus fuisset, Turonem perrexit, quo ad Festum S. Michaelis perveniens, ibidem Festum Natalis Domini celebravit. *Bourg Dieu.* *Act. ap. Bar.* *Rob. de mont.* 1162.

Adveniente autem Quadragesima, anno millesimo centesimo sexagesimo *Act.*

Sæcul. XII. A. C. 1163.

tertio, Alexander Papa, colloquium habiturus cum Ludovico Rege, Parisios venit. Cum appropinquaret, obviam processit Rex ad duas leucas cum Baronibus & Militibus suis, & conspecto procul Pontifice de equo descendit, celeriter occurrit & stapedem tenuit, tumque in amplexus itum est. Simul progressi urbem intrant, & obviam exeuntes Clerici Papam cum Cardinalibus ad Ecclesiam Cathedralem deducunt. Parisiis Papa illa Quadragesima permansit peregitque Festum Paschale, quod in vigesimam quartam diem Martii incidebat. Post Pascha haud diu ibi moratus discessit & per civitatem Carnutensem transiens Turonem rediit, quo Concilium in Octava Pentecostes, nempe die decima nona Maji inchoandum convocaverat.

§. LXIII.

Concilium Turonense.

to. 10. Conc. 1424.

Præstituta die initium datum est Concilio Turonensi in Ecclesia Metropolitana S. Mauritii. Aderant vero cum S. Pontifice Cardinales septendecim, Episcopi centum viginti quatuor, Abbates quadringenti & quatuordecim, præter magnam tum virorum Ecclesiasticorum tum Laicorum frequentiam, omnes ex Franciæ Angliæque provinciis utrique

trique Regi ſubditis, cum quibusdam Italis. Sæcul. XII. A. C. 1163.

Conſidentibus omnibus Arnulphus Epiſcopus Lexovienſis, mandante Pontifice, orationem exorſus eſt, in qua hortatur Epiſcopos, ut pro concordia & pace Eccleſiæ contra Schismaticos, ac pro ejusdem libertate contra tyrannos, Matrem ſuam ſpoliantes & opprimentes, fortiter decertent. *Quamvis vero*, inquit, *illi Eccleſiam dividere ſatagant, non ideo tamen minus una eſt, quia ex ſinu ejus exeunt, & foris permanent. Et quamvis iſti eam in ſervitutem redigere velint, non ideo minus libera eſt, quia poteſtate ſpirituali rebelles caſtigat.* Prædicit Arnulphus, futurum eſſe, ut Imperator converſus fateatur, Principatum Eccleſiæ ſua poteſtate eſſe ſuperiorem, & inprimis Dominatum Eccleſiæ Romanæ recipiat, quandoquidem ex Hiſtoria diſceremus, ejus Anteceſſores ſolius hujus Eccleſiæ gratiæ Imperium in acceptis retuliſſe (*). In peroratione excitat Epiſcopos, ut opes ſuas utiliter communi neceſſitati impendant,

Conc. p. 1411

Act. p. 61.

(*) Contrarium legimus in Epiſtola Hadriani Papæ paragrapho ſuperiore XXV. & Friderici Imperatoris paragrapho XXX. Ceterum, hæc dicit Epiſcopus Gallus & in Gallia; Germanus aliter ſine dubio locutus fuiſſet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæcul. XII. A.C. 1163. Ecclesiæ exuli succurrant, illisque, qui res suas & quietem propter JEsu Christi causam amisissent, nempe Papæ & Cardinalibus.

Concilium Turonense decem Canones, plerosque ex Conciliis superiorum temporum petitos, stabilivit. Decreta magis memorabilia sunt sequentia: Præbendæ & Dignitates Ecclesiasticæ, præsertim minora Beneficia in partes non dividantur. Episcopi aliive Præsules nulli Laico Ecclesiæve vel Decimas vel Oblationes pendant. Nemo ex contractu Locationis sub annuo pretio cuicunque Sacerdoti Regimen Ecclesiæ concedat, quæ consuetudo enormis in quibusdam locis invaluerat. Prioratus aut Capellaniæ Monachorum vel Clericorum non vendantur. A nullo, qui ad Religionem transire voluerit, aliqua pecunia requiratur.

c. 1.
c. 3.
c. 5.
c. 6.

Pro sepultura quoque, pro Unctione ægrotorum, aut perceptione Chrismatis nihil exigatur. Nec sub obtentu antiquæ consuetudinis reatum suum quisquam tueatur, quia diuturnitas non minuit peccatum sed auget. Clerici aut Religiosi usuras non petant. Non liceat ipsis inire contractum pignoratitium, ita ut pignoris loco fundum accipiant, cujus reditus, salva sorte, usque ad solutionem debiti percipiant.

c. 2.

In

In quibusdam Diœcesibus Episcopi & Archidiaconi ad peragendas vices suas & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio sibi reddendo, Decanos aut Archipresbyteros constituebant. Concilium damnat hunc abusum, quod ad Parochorum gravamen & Judiciorum eversionem tendat. Sæcul. XII. A.C. 1163.

Quidam Viri Religiosi de suis claustris exibant, ut sub specie Charitatis corporibus consulerent & Medicinæ studerent, ut Legibus civilibus operam darent, & causas in Judicio dicerent, obtendentes, se ista officia meliore fide quam Sæculares præstituros esse. Concilium districte prohibet, ne quis Religiosus professus ob hujusmodi causam exire sinatur. Si autem exierit & ad claustrum suum infra duorum mensium spatium non redierit, sicut excommunicatus ab omnibus evitetur. Si cui patrocinium in judicio præstare voluerit, non audiatur, & postquam ad Claustrum reversus fuerit, ultimus sit in Congregatione, nec ad ullum Officium promoveri queat. c. 8.

Certe antiquissimus erat hic abusus, quod dispicimus ex Epistola S. Bernardi ad Monachos S. Germeri, jamque olim ab Innocentio II. in Concilio Remensi, anno millesimo centesimo trigesimo primo, iterumque in Lateranensi anno millesimo Canones Concilii Turonensis. *Bern. ep. 64. & ibi Mabill.* *Sup. lib. LXVIII. §. 9.*

Sæcul. XII. A.C. 1163.

lesimo centesimo trigesimo nono, damnatus. Illud vero notari meretur, quod solum Viris Religiosis prohibeatur, ne officia Medicorum vel Causidicorum obeant, non autem Clericis sæcularibus; quia nempe Laici, cum literas nescirent, ad hæc erant omnino inepti. Iterumque advertendum, hæc Religiosis tunc tantum interdici, si ideo ex Claustris suis egrediantur.

Conc. Rem. c. 6.

c. 10. Canone decimo Capellanis Castrorum ista præcipiuntur: Ex quo eis cognitum fuerit, aliquam rem Ecclesiæ furtim ad Arcem esse delatam, moneant Dominum Arcis, vel ejus Præfectum; qui si prædam non reddiderit, omnia Ecclesiastica cessent officia, exceptis Baptismo, Confessione, & ob timorem mortis Viatico. Semel tantum in Hebdomada in Villa Missa celebretur ostiis clausis. Quod si Castrenses post latam in eos sententiam per quadraginta dies factum non emendaverint, Capellani ab eis discedant, & lex ista Scriptores quoque complectitur. Nam Dynastæ ad legendum & scribendum ministerio Clericorum utebantur. Castrorum Vicarii vel Clerici si mutentur, non prius alii substituantur, quam eodem adstringantur Sacramento, se hunc Canonem servaturos esse. Mercatores ceterique cives urbium & oppidorum excommunicatos

catos hoſpites non ſuſcipiant, nec qualicunque rerum communione eis jungantur. In ditionibus Regiis, ſi conſtiterit, Præfectum anathemate eſſe percuſſum, ipſo præſente Divina ceſſent. Ordinationes, ab Octaviano vel aliis Schismaticis peractæ, invalidæ ſint. Sæcul. XII. A. C. 1163. c. 9.

Epiſcopi & Presbyteri vigili oculo Hæreticos obſervent, quorum peſtis Toloſæ & in illis finibus exorta, more cancri Vaſconiam & vicinas regiones corripiebat. Erant hi Manichæi poſtea Albigenſes dicti. Nemo eis in terra ſua receptaculum, aut præſidium concedere præſumat. Nullum venditione aut emptione cum eis commercium habeatur. Omnia cum comminatione anathematis. Si deprehenſi fuerint a Catholicis Principibus cuſtodiæ tradantur, Bonorum ſuorum amiſſione mulctentur, eorum latibula diligentiſſime inveſtigentur, & convenire prohibeantur. Hæc ſunt Decreta Concilii Turonenſis, quo ſoluto, duo Reges Franciæ Angliæque Alexandrum Papam rogarunt, ut, ſi in alterutro Regno commorari ſtatuiſſet, urbem, quæ maxime arrideret, in Sedem ſibi eligeret. Illi Civitas Senonenſis placuit, Metropolitica, in regione fertili ac jucunda poſita, ubi a prima die Octobris anni milleſimi centeſimi ſexageſimi tertii usque ad tempus Paſchale anni milleſi- *Act. Alex.* *Chro. S. Petr. vivi. tom. 2. Spicil. p. 777.*

Sæcul. XII. A.C. 1163.

millesimi centesimi sexagesimi quinti versatus, totius Ecclesiæ causas, non secus ac si Romæ fuisset, pertractavit.

§. LXIV.

S. Thomæ Cantuariensis vita.

vit. quadrip. c. 14.

Thomas Archiepiscopus Cantuariensis ex Anglia solverat, ut Concilio Turonensi interesset, cumque tunc temporis Regi esset carissimus, in Normannia & quocunque transibat, talibus honoris indiciis excipiebatur, ac si Rex ipse venisset. Turonensi civitati appropinquantem Præsules, nam plerique jam aderant, obviam egressi, salutarunt, omnesque Cardinales, contra morem Romanæ Ecclesiæ, haud brevi ab urbe via obviam se se intulerunt, non plus Cardinalibus duobus apud Pontificem remanentibus. Papa qui virum, cujus præclara erat fama, jam diu videre cupiebat, præsentem omni amicitiæ officio prosecutus est. Ipse, dimisso Concilio, per aliquot dies moratus, non nulla Ecclesiæ suæ privilegia confirmari petiit, tumque accepta Pontificis Maximi benedictione inter teneri amoris signa itineri se dedit. Ubi in Angliam appulit, Rex eo affectu, quo filius patrem solet, redeuntem complexus est. Hæc anno Episcopatus ejus secundo, salutis humanæ

næ milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio acta. Sæcul. XII. A.C. 1163.

Tunc autem Eccleſiæ Cathedrales duæ, Vigornienſis & Herfordienſis, vacabant. Jam enim illa ætate noxia conſuetudo in plura Regna irrepſerat, quod Principes pro ſuo arbitrio Epiſcopatus & Monaſteria vacantia per integros annos ſibi retinerent, Jeſu Chriſti patrimonium & hæreditatem pauperum Fiſco ſuo addicentes. His verbis Hebertus Boſcamenſis ex familia Thomæ Archiepiſcopi de iſto abuſu loquebatur. Thomas officii ſui eſſe exiſtimavit abuſum gravem non tolerare, tandemque tum precibus tum admonitionibus Regem permovit, ut utrique Sedi Epiſcopos daret, cum expoſuiſſet, quanto rerum & temporalium & Spiritualium damno Eccleſiæ tamdiu Paſtore privarentur. Epiſcopus itaque Vigornienſis electus eſt Rogerius, Comitis Glavoriæ filius, juvenis, ſed vitæ merito eximius, quem puritas & integritas morum, conſtans juſtitiæ amor, & in S. Archiepiſcopum propenſio commendabant. Epiſcopatus Herfordienſis per Translationem Gilberti Folioth ad Eccleſiam Londinenſem vacabat, eique ſuffectus eſt Robertus Melodunenſis, Magiſter celeberrimus, cujus mentionem ſuperius fecimus, ac multo magis virtutibus quam doctrina clarus.

c. 16.

Sup. §. 34.

Hi

Sæcul. XII. A.C. 1163. Hi omnium primi fuere ordinati a Thoma Archiepiscopo, qui animo constituerat, nemini, præsertim ad Episcopatus fastigium evehendo, nisi digno, manus imponere.

Ceterum, S. Thomas ex quo munus
c. 9. Archiepiscopale susceperat, totus alius ac prius in Sæculo, Sanctitatis splendore omnibus prælucebat. Anno quidem primo adhucdum, ut adsueverat, super cilicium & habitum monasticum vestitum pretiosum intuentium oculis objecit; at deinde vestem ad modestiam compositam, qua alii Clerici incedere
S. Thomæ munificentia. solebant, usque ad talos dependentem, ex panno fusci coloris, interiore parte qua corpori jungitur, vellere agnelli
c. 10. munito gessit. Antequam illucesceret, officium matutinum recitabat, moxque tredecim pauperes introducebantur, quibus pedes lavabat, cibum apponebat, & singulis numos quatuor argenteos porrigebat. Id secreto faciebat, & orto sole, duodecim alii pauperes intrabant, quibus largitionum præfectus pedes abluebat, & escas præbebat. Tandem hora tertia duo alii Eleemosynarii iterum centum pauperibus ex numero illorum, qui Præbendarii dicebantur,
c. 11. ministrabant. Hæc opera munificentiæ quotidie ante meridiem fiebant, quibus S. Archiepiscopus plurima alia addebat.

Nam

Nam consuetas largitiones Theobaldi Archiepiscopi altero tanto auxerat, sicut ille eleemosynis Antecessorum suorum multum adjecerat. Sæcul. XII. A. C. 1163.

Thomas Archiepiscopus expletis misericordiæ officiis modicum tempus quieti dabat. Tum lectioni Sacræ Scripturæ vacabat cum Doctore Heberto Boscamensi, natione Longobardo, patria Placentino, qui Thomæ in utraque fortuna individuus Comes, tandem Cardinalis & Episcopus Beneventanus creatus est. Is Archiepiscopo sensus Scripturæ mysticos explicabat; his enim plerumque, qui illo ævo Scripturam legebant, delectabantur. Finita lectione Præsul, quæ audierat, meditabatur, atque inde doctrinam, quam Clericis & populo suo suggereret, præparabat. Annos præteritos revocari exoptabat, quibus hoc studium neglexerat, & quietem ab aliis negotiis habere cupiebat, ut lectioni se totum dare posset. In amplis manicis vestis suæ semper quasdam pagellas circumferebat, in quibus utilissimæ sententiæ erant adnotatæ, ut iis nascente occasione uteretur. Nec aliquot viros tam virtutibus quam scientiis insigne unquam a suo latere avelli patiebatur, quorum consortio magis magisque instruebatur.

Sæcul. XII. A.C. 1163.

§. II.

Itaque Archiepiscopus in suo conclavi permanebat usque ad horam tertiam, qua ad celebrandam vel audiendam Missam procedebat. Ipse non singulis diebus sacrificabat, non equidem ex socordia, ut ipse fatetur, sed ex majore reverentia. *Quandoquidem*, ait hic Doctor Hebertus, *consuetudo bonorum Sanctorumque Sacerdotum hac in re diversa est.*

Missa semel in Die.

Videor mihi in illis, qui Missam quotidie celebrant, forte purissimæ vitæ argumentum, in aliis vero, reverentiæ & humilitatis indicium cernere. Si Canones consulamus, nullum de hac re invenimus præceptum, sed docent sufficere, si Sanctum Sacrificium semel in die offeratur, quemadmodum Jesus Christus se semel obtulit. Non enim in hoc loco dignor loqui de illis Mammonæ verius quam Jesu Christi Sacerdotibus, qui ideo Missam non solum quotidie, sed etiam una die sæpius celebrare gaudent, ut oblationibus Fidelium potiantur. Hucusque Hebertus (*). S. Archiepi-

(*) In hoc loco non videtur, Heberto, qui hæc scripsit, sermo esse de stipendio Missæ, sed de oblationibus Fidelium Sacerdoti, Sacris operanti, ad altare sponte factis. Nostra autem ætate multum agitatur quæstio, quoties & quando teneantur Parochi pro populo Missam applicare, quod in sensu vulgari idem est ac quærere, quando & quoties licite possint pro Sacro stipendium accipere. At nihil occurrit, ut in Nota Tomo superiore

episcopus ad offerendum S. Sacrificium iturus magna animi devotione accendebatur, & lacrymas largiter fundebat. Sæcul. XII. A. C. 1163.

superiore Lib. LXVII. p. 630. memini, quod solvere videatur argumenta Salmanticensium & Cajetani in Tractatu XV. dicentium, Missæ Sacrificium celebratum pro uno, a quo stipendium datur, posse etiam applicari pro aliis & ad impetrandum aliud beneficium, si modo duo stipendia nunquam, nec etiam stipendium unum diebus Dominicis & Festis accipiatur, quia id Ecclesia diserte, districte, & justissima de causa prohibet.

Nam non obstare videntur illa verba Benedicti XIV. Pontificis Maximi in Epist. encyclica V. ad Episcopos data anno millesimo septingentesimo quadragesimo quarto: *Eos quibus animarum cura demandata est, non modo Sacrificium Missæ celebrare, sed illius etiam fructum medium pro populo sibi commisso applicare debere, nec illud pro aliis applicare aut pro hujusmodi applicatione eleemosynam percipere posse &c.* Nec illa, de Parochis omnino egenis, si Episcopus eis dederit licentiam non nunquam diebus Dominicis accipiendi stipendium, *ea conditione, ut tot Missas infra Hebdomadam pro populo applicent, quot in diebus Festis infra eandem Hebdomadam occurrentibus, juxta peculiarem intentionem alterius pii benefactoris obtulerint.* Ista, inquam, non obstant, quia in hac Epistola de Quæstione nostra ex instituto non agitur, sed tantum de obligatione offerendi & applicandi pro populo ac illis diebus stipendium non accipiendi. Ceterum solet Ecclesia respondere secundum opinionem & sententiam, non noxiam, interrogantium. Ac etiam omnino, si quis die Dominica accipiat pro

Sæcul. XII. A.C. 1163. Dum cantabatur Introitus & reliqua, lectione piorum librorum, præsertim Sermonibus S. Anselmi animum occupabat,

pro Missa stipendium, & credat, ideo populum non posse participem fieri alicujus fructus peculiaris, quam intentionem proinde omittit, talis secundum suam conscientiam damnum compensare tenetur. Nec obstat ratio, quam affert Turnelius de Sacram. Evchar. Artic. IX. *Licet ipsum Sacrificium sit infinitæ virtutis, non tamen in Sacrificio suæ immensitatis summam plenitudinem operatur Christus, alioquin pro uno mortuo nunquam oportet nisi unam Missam dicere.* Quippe an Christus nobis petentibus, plenitudinem Gratiæ, vel aliquid, vel nihil concedat, plerumque nescimus. Nec inde, quod Deus plenitudinem concedere non semper soleat, sequitur, quod id petere nobis non liceat, cum istud natura Sacrificii exigat. Nec etiam, quod plenitudo beneficiorum non semper sequatur, ratio solum in Deo vel in Sacrificio, sed in aliquo defectu vel offerentis vel stipendium dantis quærenda est. Quod autem plures Missæ pro uno defuncto offerantur, non ideo fit, quia Deus nunquam plenitudinem gratiæ concedit, sed quia, an in uno Sacrificio petitam gratiam concesserit, ignoramus.

Non obstat, quod ibidem in Turnelio Presbyter contra Fidelitatem peccare dicatur, si stipendium danti jurejurando promittat, se pro nullo alio oblaturum esse. Quia vel id accipi potest de alio, etiam stipendium dante, vel quia tam petens quam promittens Sacrificium, secundum conscientiam suam, licet forte erroneam, agere obligatur.

Non obstat, quod stipendia danti pro pluribus Sacrificiis uno Sacrificio satisfieri non possit. Quia

bat, ne distraheretur. Atque eandem ob causam Missæ Sacrificium offerens mentem diligentissime colligebat. Sæcul. XII. A.C.1163.

Quia tunc Sacerdos unicam Missam offerens simpliciter non faceret, quod se facturum promisit, præsertim cum nesciat, an in primo Sacrificio exauditus fuerit. Si autem pro stipendium dante fructum medium a Deo petat, etiamsi similem fructum pro alio etiam efflagitet, implet tamen quod promisit, optimo quo debet & potest modo, & nihil addit, quod stipendium danti nocere possit.

Ex his omnibus colligitur, quod Oratio seu Oblatio illa tacita & gemina, quæ in Missa *Memento* dicitur, ab applicatione in rei substantia non differat, ut verba in Canone subjuncta indicant, *pro quibus tibi offerimus*, nempe idem Sacrificium. Quid autem prohibeat celebrantem, verbi causa pauperem Sacerdotem, si fructum medium omni meliori modo pro dante sibi stipendium applicet, ne etiam simili fervore similem fructum pro defuncto nocte præterita parente suo petat, cum per istam orationem stipendium danti nihil de fructu suo, nec ex natura Sacrificii, nec ex parte Dei utique gratias suas non restringentis, nec ex intentione Sacrificantis, aliquid detrahatur? Denique bene meminerit Lector, recentes has Quæstiones de Applicatione Missæ novæ consuetudini, pro Sacro Sacrificio pecuniam accipiendi, originem suam debere. Hæc non temere sed salvo meliore judicio, donec quidpiam legerim quod argumenta Salmanticensium enervet. Sed id futurum non puto. Certe si Ecclesia Missæ Applicationem seu Oblationem Sacrificii in ordine ad impetrandum fructum medium seu specialem (nam ipsa vox *applicatio*, si novissima tempora

Sæcul. XII. A.C. 1163.

c. 12.

Ad horam nonam, nempe ut ego id accipiendum puto, ad meridiem in publicum prodibat, mensæ assidebat, viris sapientibus ad dextram, & Monachis ad lævam accumbere jussis. Equitum & Optimatum separata erat mensa, ne molesta accideret lectio librorum Latinorum, quam percipere non potuissent, & quæ toto tempore, quo reficiebatur Præsul, continuabatur. Convivium erat abundans, mundum & nitidum, sed fercula nimis delicata & cupediæ exquisitæ aberant. Præsul quidem etsi sobrietatis esset studiosissimus, laute tamen vescebatur, quod escis crudioribus stomachus non adsueviſſet. Mensa sublata in conclave redibat cum viris doctis, ac vel de Sacra Scriptura vel de urgentibus negotiis colloquebatur, ne unquam otium subreperet. Priusquam Ordines cuiquam conferret, omnes Clerici ordinandi dotes vel vitia mature pensabat, quales essent ejus mores, quæ doctrina, & an sufficiens ad sustentationem possideret Beneficium, ne, si id deesset, more Gyrovagorum circuire, & non sine probro Ordinis Ecclesiastici, officia Sacer-

tempora excipias, omnibus Sæculis est ignotum pro uno efficaciorem crederet ac pro pluribus, in die Commemorationis Animarum Missam offerri non pro uno, sed pro omnibus, non præciperet vel suaderet.

Sacerdotalia tanquam vilis mercenarius peragere cogeretur. Sæcul. XII. A.C. 1163.

Nam S. Thomas firmissime persuasum sibi habebat, Episcopum, qui personam indignam ordinat, gravissimi peccati sereum facere, etiamsi contingeret, quod ordinatus deinde mores emendaret. Inprimis ei curæ fuit, Bona Ecclesiæ Cantuariensis, sub Antecessoribus vel nimium timidis vel ignavis ab invasoribus usurpata strenue vindicare, in eos, quorum possessio manifeste contra justitiam pugnabat, acriter invectus, alios in forma judicii persequens. Tanta constantia non nullorum Optimatum iracundiam in se provocavit, quibus, favore Regis Præsulem protegente, dissimulandum erat. c. 13.

§. LXV.

S. Anthelmus Episcopus Bellicensis.

Inter hæc, in Burgundia vacante Episcopatu Bellicensi cum pars potentior juvenem nobilem elegisset, & eum in possessionem Domus Episcopalis misisset, alii vero quemdam monachum sibi expetiissent, & direxissent in Franciam nuncios ad Alexandrum Papam ibi commorantem, ut electum suum confirmaret, Pontifex his Legatis responsum dare distulit, nullus dubitans, quin etiam ab adversa parte Legati venturi essent. Verum quidam ex illis Canonicis moderatioris *Vit. ap. Sur. 26. Junii. c. 19.*

Sæcul. XII. A.C. 1163

ratioris ingenii, licet numero pauci, cum adversantes partes conciliare cuperent, in medium attulerunt, expedire, ut eligatur tertius, & nominatim Anthelmus Ordinis Cartusiensis, Vir clarissimus. Consensere omnes, lætitiam professi, atque etiam ille, qui prior electus fuerat, eo libentius, quod Anthelmum sanguinis affinitate contingeret. Quia vero satis intelligebant, neutiquam facilis negotii rem fore, Anthelmum ex sua solitudine protrahere, celeriter Alexandrum Papam adierunt, qui, hoc nuncio lætissimus, gratulatus est Bellicensibus, quod virum eximium sibi deposcerent, quo Pastore felices futuri essent. Legatos igitur, qui prius advenerant, licet ægre, eo tamen adduxit, ut & ipsi consentirent, tumque, datis ad Anthelmum literis, auctoritate Apostolica præcepit, ut Ecclesiæ Bellicensis Episcopale Regimen in se susciperet, Priori vero & monachis magnæ Cartusiæ, ut nunciis venturis eum traderent, & nolentem vi sacræ obedientiæ compellerent.

c. 17. Anthelmus a quibusdam certior factus, quid ageretur, jamque nuncios advenisse, qui ipsum ad Papam deducerent, ad latebras confugit. Sed diligentissime conquisitus & inventus, ad Fratrum Capitulum repugnans pertrahitur. Illi, exposito Summi Pontificis mandato

mandato, literas quoque exhibent. Prior ſuum imperium, Cartuſienſes vehementem exhortationem, Legati ſuas, totiusque Eccleſiæ Bellicenſis, preces addunt. At Anthelmus immoto animo negabat, ſe unquam a deliciis eremi & ſolitudinis avelli poſſe. Tunc pia aſtutia optionem ei faciunt; vel ſtatim obediret & Epiſcopatum reciperet, vel ipſe ſe ad Papam conferret, qui, cognita ejus conſtantia, recuſanti vim illaturus non eſſet. Ille hac ſpe deceptus viæ ſe dedit, ſociis gnaviter caventibus, ne unquam eorum conſpectum effugeret. Ubi ad Curiam Alexandri Papæ pervenit, honorifice ab omnibus exceptus eſt, quem omnes eximiæ virtutis virum noverant. Ad Pontificis alloquium deinde admiſſus dixit; ideo ſe veniſſe, ut unicam gratiam impetraret, ne ſe videlicet ad aliquid faciendum compelleret, quod nec ſibi ipſi nec Eccleſiæ, quæ eum peteret, prodeſſet. Neminem enim ſe ipſo magis agnoſcere, ſe eſſe hominem rudem rebus gerendis ineptum, & in omnium oculis miſerabilem, denique voto obſtrictum, quod nunquam, quoad viveret, ex ſua eremo exiret. Sæcul. XII. A.C.1163.

Reſpondit Papa: *Fili mi, ne credas te nobis quacunque excuſatione imponere poſſe, perſpecta ſunt nobis talenta tua a Deo accepta; cur animum deſpondeas?*

Sæcul. XII. A.C. 1163.

obediendum tibi est, quod enim scripsi, scripsi. Monachus es, juraſti, quod tibi ipsi renunciaturus sis, & Jesum Christum secuturus. Ergo Jesu Christi obedientiam imitare, & propriam voluntatem abdica. Anthelmus his Papæ verbis perterritus obmutuit. Eum deinde Pontifex ſuis manibus & ſolemni ritu in Feſto Nativitatis S. Virginis, quod hoc anno milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio in Dominicam incidebat, Epiſcopum ordinavit. Cum poſtea paucis diebus, jubente Papa, commoraretur *, & Curiæ Romanæ Præſules familiariter Anthelmo colloquerentur, ipſe ſæpius S. Scripturam accommode adducebat; unde dicebant: Itane? tu ſis homo rudis, ignorans & ſtupidus, qualem te eſſe fingebas? Tum Anthelmus inſtantiſſime petens ut dimitteretur, modicis donis a Papa acceptis, receſſit.

S. Anthelmi Ordinatio.

*Senonibus.

vit. c. 1. Anthelmum ex primis ſtirpibus in Sabaudia anno milleſimo centeſimo ſeptimo ortum, & a prima ætate jubentibus parentibus ad literarum ſtudia admotum, amici præpoſitura & theſauri cuſtodia Genevæ & Bellicæ donarunt, nempe præcipuis utriusque Eccleſiæ Dignitatibus. Unde in ſua patria ſpectatiſſimus & opulentiſſimus obſequii cauſa ad ſe inviſentes, magnifice exceptos, omni officiorum genere colebat, quod magnam amicorum copiam ei conciliavit.

vit. In pauperes quoque munificus vitam puram quidem sed curis temporalibus distractam turbatamque ducebat. Sæcul. XII. A.C. 1163.

c. 2.

Ubi ad maturiorem ætatem pervenit, sæpe ad viros Religiosos præsertim Cartusienses divertebat, magis eorum institutum curiose explorandi, quam se ipsum convertendi animo; huic enim desiderio prospera qua fruebatur fortuna, ac altiora dignitatum culmina consequendi spes obstabant. Cum quadam die, comitantibus aliquot sociis juvenibus, ad Monasterium Cartusiense *de Portis* ascendisset, in quo tunc Bernardus Venerabilis Prioris munus obibat, Vir Sanctus, & compluribus aliis juvenibus ipsius eloquentia ac zelo conversis clarus, Anthelmum nostrum vehementer hortari cœpit, ut animum serio ad salutis suæ negotium adverteret. Eadem alii de Sacra familia Patres monebant. Ille tunc quidem necdum victas manus dedit, sed se eorum precibus commendans recessit. Cum vero in reditu ad inferiorem domum ejusdem Cartusiæ venisset, ad ibidem pernoctandum prolixa humanitas Fratrum Conversorum & Procuratoris Bosonis, Propinqui sui, viri mire industrii, eum compulit. Altera die ad superius Monasterium remeavit, monachorum cellas lustravit, adeoque hac vitæ ratione eorumque sermonibus captus est, ut statim ad ipsorum

Sæcul. XII. A.C. 1163. rum ſocietatem admitti petierit. Illi monere, redeundum ipſi prius eſſe in domum ſuam, res omnes componendas, tumque converſionis ſuæ diem præſtituendam. Verum Anthelmus, *hodie*, inquit, *& hac hora apud vos permanere ac me convertere ſtatui. Satis opum mihi eſt ad debita ſolvenda, nec amici fideles deſunt, qui omnia exſequantur.* Ergo monaſtico habitu indutus magno fervore Cartuſienſium Regulam amplexus eſt.

c. 3. Anno probationis necdum expleto, ad majus Cartuſienſium Monaſterium, ubi pauciſſimi erant monachi, miſſus, ad orationem, contemplationem, & laborem manuum totus incumbebat, corpus magno rigore macerabat, in

c. 4. quod ſingulis diebus flagellis ſæviebat, dono lacrymarum præditus. Procuratoris officio admotus, omnes muneris

c. 5. ſui partes, ſive Regimen Fratrum Converſorum, ſive pauperum & rerum temporalium cura ſpectaretur, ſtrenue implevit, poſtea ad Prioratum evectus. Guido Venerabilis, hoc munere annis viginti ſeptem functus, anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſexto ex humanis abiit, magno ſui relicto deſiderio, a ſuis ob excellentiam *Bonus Prior* dictus. Porro Guidoni ſucceſſit Hugo magnæ Cartuſiæ Prior numero ſextus, qui poſtquam eam rexiſſet annis duobus, ſe ſe munere abdicans, Anthelmum anno mil-

Sup. Lib. LXVI. §. 30.

leſimo

lesimo centesimo trigesimo octavo eligi curavit. Aliquot vero abhinc annis nives in glaciem constrictæ de vertice montis delapsæ, terramque & saxa secum trahentes, complures fratres Cartusienses sub cellarum suarum ruinis oppresserant, ita ut funestus casus majorem Sanctæ Congregationis partem abstulerit. Pauci deinde superstites monachi, Beato Guidone fatis functo, Disciplinæ vigorem solverunt. Quare Anthelmus, Prior electus, nihil antiquius habuit, quam Sancti illius Prioris Constitutiones scriptas revocare & stabilire. Nunc lenitate utebatur, nunc severitate, quosdam etiam ferocioris ingenii sibi obsistentes ejecit. Cellas quoque destructas reparavit; sicque magnæ Cartusiæ Domus ipso Rectore resloruit. Sæcul. XII. A.C. 1163.

vit. S. Steph. obaz. 1. c. 26.

Postquam huic domui annis duodecim præfuit, per electionem Fratrum, ipso petente, Basilio sibi subrogato, ad Cellulæ silentium rediit. Verum haud diu post Bernardus Prior *de Portis* Anthelmum sibi Successorem expetiit, cum crederet, sibi vires ingravescente senio ad illam Domum regendam non amplius sufficere. Itaque Anthelmus Prior *de Portis* constitutus, cum in hac domo multum pecuniæ & magnam frumenti copiam invenisset, ruricolis illius regionis, post annum sterilem indigentibus, largis-

c. 9.

Sup. Lib. LXVIII. §. 31.

c. 13.

Sæcul. XII. A.C.1163. largissime quæ opus erant distribuit, ut jacere semina in annum futurum possent, & ipse nihilominus excultis quibusdam locis silvestribus monasterii census auxit.

c. 4. Sub illud tempus, nempe circa annum millesimum centesimum quinquagesimum octavum, Guido Comes Segusiensis *, civitate Lugdunensi per insidias capta & direpta, atrocius furebat in Clericos, dicens, Ecclesiam Dominium hujus urbis, familiæ suæ ereptum, maximam partem usurpasse. In illis igitur angustiis Heraclius Archiepiscopus & virorum Ecclesiasticorum præcipui ad Cartusiam *de Portis* confugerunt, quos Anthelmus Prior piissimo affectu exceptos, donec tempestas detumesceret, liberalissime sustentavit. Vix autem biennio hujus Domus regimen tenuerat, cum denuo ad suam majoris Cartusiæ Cellulam reversus est. Zelo prorsus singulari agebatur ad unitatem Ecclesiæ conservandam, nam Anthelmus & quidam alius Cartusiensis Professionis nomine Geofridus sua auctoritate & industria totum Ordinem ad amplectendum partes Alexandri III. & Octavianum Papam rejiciendum permoverunt. Talis erat Anthelmus, cum Episcopus Bellicæ electus est, quam Sedem annis quindecim dignissime occupavit.

* De la Forêt.

Vid. Severt. p. 246.

c. 15.

Sup. §. 53.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXXI.

ALEXANDER III. PAPA.
FRIDERICUS I. IMPERAT. OCC. MANUEL COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Initia Dissidii inter Regem Henricum & S. Thomam.

Haud multum temporis effluxerat, ex quo Thomas Archiepiscopus Cantuariensis a Concilio Turonensi in Angliam rediisset, cum eum Henricus II. fastidire cœpit, & tandem usque adeo aversari, ut funestissimus inde Præsulis exitus ortum traxerit. Jurgiorum exordia

Sæcul. XII. A.C. 1163.

vit quadrip. lib. 1, c. 17.

Sæcul. XII. A.C. 1163.

ordia fuisse narrant, quod Thomas, cui Dignitas Archiepiscopi & Primatis in Anglia satis negotiorum imponebat, sigilla Regi, tunc in Normannia commoranti, remiserit, rogans, ut cuiquam alii officium Cancellarii committeret. Id Regem non parum offendit, scientem, quod Archiepiscopus Moguntinus in Germania & Archiepiscopus Colonienſis in Italia Imperatori officia Cancellarii præstarent, unde inferebat, hæc munera in Præsulibus conjuncta non repugnare, sed odium sui concepisse Thomam ideoque imperatum officium detrectare. At causa præcipua rixarum fuit quæstio mota de Jurisdictione Ecclesiastica.

Radev. de Dicet. p. 712. 60.

Matthæ. Paris. an. 1163.

Quidam Presbyter, homicidii accusatus, & comprehensus Episcopo Saresberiensi Diœcesano suo traditus est, ne Clericorum privilegium læderetur. Quia vero non satis plene probabatur reus, jussit Episcopus ut se canonice purgaret, & quia accusatus id præstare non poterat, Episcopus quid agendum esset Archiepiscopum Cantuariensem consuluit, qui Presbyterum, omni beneficio privatum & depositum Monasterio incluſit, perpetua pœnitentia crimen deleturum. Sub idem tempus, cum quidam Canonicus Bedfordiensis, Philippus *de Broje*, in Regios præfectos convicia jeciſſet, Rexque in omnes Clericos ira exarsisset,

arsisset, querela ad Archiepiscopum de- Sæcul. XII.
lata, jussit, calumniatorem publice fu- A.C.1163.
stibus cædi, eumque a Ministerio Clericali ad aliquot annos suspendit.

Visum est Regi, id non sufficere, cumque Londini Archiepiscopum & Episcopos convocasset, exposuit, ad comprimendam improborum audaciam, necessarium esse, ut Clerici, postquam suissent depositi, potestati sæculari traderentur, & pœnam corporis sustinerent. Archiepiscopus & Episcopi vero affirmabant, istud contra Canones & libertatem Ecclesiasticam pugnare. Atque Archiepiscopus obtestatus est Regem, ne rem novam in Regnum suum inveheret; se enim hunc abusum tolerare nec posse nec debere. Tunc Rex, c. 19.
indignans concordiam omnium Episcoporum sibi obsistentium, quæsivit, an Consuetudines Regni sui servare vellent, adjiciens, certe probro sibi futurum esse, si ea, quæ omnes Præsules regnante Avo suo servassent, se vivo damnarent. Cui Archiepiscopus, expetito prius Fratrum suorum consilio, respondit; ipsos has Consuetudines servaturos esse, salvo Ordine suo, nempe salvis Episcopatus juribus. Hilarius autem Episcopus Cicestriensis, cum videret Regis animum hoc responso magis exacerbari, suo arbitrio dixit, se has Consuetudines bona fide

Sæcul. XII. A.C. 1163.

servaturum esse. Sed Rex nihilo lenior, spreto Episcopo, ad Archiepiscopum ceterosque Præsules conversus, ait, conjurasse Episcopos contra Regem. Virus latere sub his verbis dolosis, *salvo Ordine nostro*, se igitur præcipere, ut simpliciter & sine addita conditione promitterent, quod Regias Consuetudines servaturi essent. Reposuit Archiepiscopus: *Quando tibi, o Rex, fidem juravimus, promisimus, quod tibi vitam, membra & dignitatem tuam temporalem, salvo nostro Ordine, conservare & tueri velimus; nunc vero cum Consuetudines istæ ad tuam dignitatem pertineant & in ea comprehendantur, nolumus modo alia formula, ac semel promisimus, ad eas servandas obligari.* Cum nox appeteret, Rex fatigatus exiit ex aula, quem multum iræ concepisse constabat, nam discedens nullo signo Episcopos salutavit. His quoque redeuntibus, Archiepiscopus Episcopo Ciceſtrienſi acriter exprobravit, quod ipse solus formulam promissi mutasset, in quam omnes consensissent. Die sequente Rex, urbibus & Feudis, quorum custodia Cancellario Angliæ commissa erat, ab Archiepiscopo receptis, clam ante diluculum Londino abiit, cunctis haud immerito conjicientibus, valde esse commotum.

Exinde

Exinde post breve temporis spatium cum Arnoldus Episcopus Lexovienſis in Angliam trajeciſſet, rediturus cum Rege in gratiam, qua exciderat, ſuaſit ei, ut conjunctos Epiſcopos Regni ſui divideret, ſicque Archiepiſcopo vires & auctoritatem accideret. Quæ aſtutia optatum a Rege effectum produxit. Nam initio quosdam Epiſcopos ſibi obnoxios reddidit, qui Regis, jam ante ſibi infenſi, iram pertimeſcebant. Tum etiam alios ſibi conciliavit, quibus potentiſſimo Principi reſiſtendi conſtantia defuit. Itaque inſcio Archiepiſcopo polliciti ſunt, ſe Regis voluntati obtemperaturos, paucosque, qui cum Archiepiſcopo adhuc ſentiebant, metus impediebat, ne publice ſe ſe proderent. Rex quoque ut Archiepiſcopum ſibi obſequentem efficeret, nec promiſſis nec blanditiis parcebat. Complures Optimates nihil intentatum relinquebant, ut Regnum & Sacerdotium reconciliarent, Præſulemque memorem eſſe monebant, quanta beneficia a Rege accepiſſet, quantæ calamitates ex jurgiis inter Primatem & Regem orituræ eſſent, quanta imprudentia tot hominum ſalus extremo periculo exponeretur ob unum vocabulum. Nam de ſola illa clauſula, *ſalvo Ordine noſtro*, agebatur. Abbas Monaſterii *de Eleemoſyna* inter alios Thomæ vehementer in-

Sæcul. XII. A. C. 1163.

Sæcul. XII. A.C. 1163.

stabat, dicens, a Summo Pontifice sibi demandatum fuisse, ut Archiepiscopum Regi obedientem efficeret. Atque Regem jurejurando affirmasse, in eo solo totius negotii cardinem verti, ut, qualicunque Archiepiscopi consensu accedente, honori Regio coram Regni Principibus consuleretur. Tandem Thomas Oxonium ad Regem se conferens promisit, se vocem illam, qua Rex tantopere offenderetur, mutaturum esse. Audito Archiepiscopo, Rex quidem delinitus videbatur, volebat tamen, ut Episcopi in Conventu publico, præsentibus etiam Principibus, promitterent, se Consuetudines esse servaturos.

§. II.

Ecclesia Germaniæ.

Dordech. an. 1163.

Fridericus Imperator, Festo Paschæ, quod hoc anno in diem vigesimam quartam Martii incidebat, celebrato, in die octava, illius mensis ultima, convocatis Principibus, Comitia Moguntiæ egit. Cives Moguntini ferme omnes aufugerant, memores, quid meriti essent, cæde Episcopi sui ante triennium peracta, pauci vero remanserant, quibus modicæ opes erant, & non nulli quibus Imperator veniam concesserat. Aliquis ex numero conjuratorum captus & capite plexus est. Abbas S. Jacobi in conspe-

Sup. Lib. LXX.

conſpectum Imperatoris pertractus & accuſatus inducias obtinuit, ut diceret cauſam. Sed cum objecta diluere non poſſet, ex Monaſterio & tota provincia ejicitur. Monachi in quadam domo inclusi ſunt, unde aliqui per feneſtras, alii alia via, evaſerunt. Ceteri abire juſſi; atque ita Officium Divinum in illo monaſterio ceſſavit. Urbis mœnia, jubente Imperatore, ſolo æquata, non ante, quam regnante ejus ſucceſſore, poſt annos triginta ſeptem reſtaurata ſunt. Anno ſequente, milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, cum Conradus, electus Archiepiſcopus Moguntinus, Alexandro Papæ ſe ſubmiſiſſet, Imperator indignatus, eo e Sede ſua pulſo, Chriſtianum antea electum, in ſolium Archiepiſcopale intruſit.

Sæcul. XII. A.C.1164.

Id. 1200.

Id. 1164.

In Saxonia Geroldus Epiſcopus Oldenburgenſis, impetrata a Duce Henrico Leone licentia Sedem ſuam Lubecam transferendi, ibidem duodecim Præbendas & decimam tertiam pro Præpoſito fundavit. Deinde, Jus Decimarum apud Holſatas introducere cupiens, ad cives Burnhudenſes Epiſtolam dedit, in qua hoc debitum prædicat tanquam præcepto Divino inſtitutum, quo non impleto, reliqua nihil prodeſſent. At populus ille indocilis reſpondit, nunquam ſe ſe huic jugo ſubmiſſurum eſſe, ſub

Hiſt. Archiepiſc. Brem. p. 104. *Helmold.* lib. 1. c. 92.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

quo omnes Christiani ab Episcopis, maximam Decimarum partem in luxum convertentibus, opprimerentur. Qui vero hæc Clericis objiciebant (inquit Helmoldus Presbyter, illius ævi Scriptor) a veritate non multum discedebant. Episcopus responsum ferox ad Ducem Leonem detulit, qui Holsatiæ incolis præcepit, nisi se iratum sentire vellent, Decimas darent, exemplo aliorum populorum, quorum terræ necdum tamdiu colerentur, & bellorum turbinibus magis essent expositæ. Nihilominus pervicaces Holsatæ reponere ausi sunt; nunquam fore, ut Decimas, quas Majores sui nesciviſſent, darent. Malle se, igne tectis subjecto, migrare e patria. Jamque Episcopo, Comiti, omnibusque advenis, Decimas persolventibus, perniciem machinabantur, patria flammis vastata in Daniam fugituri. Sed pessimis consiliis obstiterunt fœdera, inter Regem Daniæ & Ducem Saxoniæ renovata, in quibus promissum, alterum alterius transfugas non esse recepturum. Ergo Holsatæ Juri Decimarum se subjicere coguntur & promittere, singulos patresfamilias imperatam frumenti copiam tradituros esse. Ecce vero, cum, omnibus conditionibus conscriptis, jam sigillum apponendum esset, & Notarii unam auri marcam, pro more sibi debitam

tam, exigerent, Holsatæ indomiti nec obolum quidem se daturos clamarunt. Sicque pacta imperfecta relicta sunt. Bellum quoque postea recruduit, & intercessit obitus Episcopi, qui eodem anno millesimo centesimo sexagesimo tertio ex hac vita migravit. Sæcul. XII. A. C. 1164.

§. III.

Conventus Clarendonensis.

Anno sequente millesimo centesimo sexagesimo quarto, mense Januario exeunte, Rex Angliæ Regnum convocat universum, ut in eo Conventu reciperentur Consuetudines, quod se facturos esse Clerici olim negaverant. Rex instantius exigebat; ut Archiepiscopus Thomas, quod Oxonii sibi promiserat, præstaret, & Consuetudines approbaret, nulla addita conditione, *salvo Ordine nostro.* Sed Archiepiscopus, timens, ne si Regi, quod petebat, concederetur, deinde nullum in usu consuetudinum modum teneret, eo adduci non poterat, ut consentiret. Interim Saresberiensis & Norwicensis Episcopi, qui antiquum Regis metuebant odium, inter lacrymas Archiepiscopum rogabant; Clericorum suorum misereretur, nec se ipsum carceri dari, viros Ecclesiasticos opprimi, ipsos ambos capitis damnari vellet. Sed & Comites duo Archiepiscopum aggrediebantur, *vit. quadrip. lib. 1. c. 21.*

Sæcul. XII. A.C. 1164.

bantur, dicentes, nisi Regis voluntati acquiesceret, fore, ut ex Regis jussu ad inferendam ei vim compellerentur, quod Regi & sibi perpetuam irrogaret infamiam. Richardus quoque, Templariorum Magister, clarissimi nominis vir, tertio assultu urgebat Thomam; sibi caveret, & Ecclesiæ suæ commiseratione tangi se pateretur.

Cumque omnes denique ita plangerent, tanquam in Archiepiscopi verticem vibratos gladios viderent, tandem aliorum consiliis cedens, & precibus fractus, omnium primus se se obstrinxit, quod Consuetudines Regias servare bona fide vellet, nulla adjecta conditione. Junxit juramentum, & hæc se facturum in verbo veritatis spopondit. Id ipsum in eadem forma sigillatim universi Pontifices juraverunt.

Illico quidam Proceres, quos hasce Consuetudines præ aliis scire oportebat, earum formulam dictare cœperunt, & plerisque jam conscriptis, videns Archiepiscopus, quod multas alias subjungere vellent, interlocutus dixit; se nec tam diu in Regno extitisse, nec in Archipræsulatu, ut has Consuetudines plene cognoscere potuisset. Sibique videri tantum negotium differendum esse in crastinum. Placuit sermo omnibus, statimque in sua hospitia se receperunt.

§. IV.

§. IV.

Sæcul. XII.
A. C. 1164.

Consuetudines Angliæ.

Altera die iterum cuncti conveniunt, conscribuntur Consuetudines Regiæ, in hunc ferme tenorem: *Anno ab Incarnatione Domini Nostri millesimo centesimo sexagesimo quarto, Pontificatus Alexandri quinto, Illustrissimi Regis Angliæ Henrici II. decimo, eodem Rege præsente, quædam pars Consuetudinum, Libertatis & Dignitatis Antecessorum suorum recepta est, quæ servari & stabiliri in toto Regno debent. Propter dissensiones igitur, & discordiam sæpe emergentem inter Clerum & Regis Præfectos ac Barones Regni, de hisce Constitutionibus ista acta sunt, præsentibus Archiepiscopis, Clericis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, & Regni Optimatibus. Nempe his consuetudinibus subscripserunt præcipui, nobilissimi & in Regno Seniores, Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, Rogerius Archiepiscopus Eboracensis, Gilbertus Episcopus Londinensis, Henricus Episcopus Wintoniensis, Nigelus Episcopus Elitanus, Guilielmus Norwicensis, Robertus Lincolniensis, Hilarius Ciceſtriensis, Joscelinus Saresberiensis, Richardus Ceſtriensis, Bartholomæus Oxoniensis, Robertus Herfordiensis, David Menaviensis, &* Collect. L.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

Rogerius Episcopus Vigornienſis. Duodecim Episcopi præter duos Archiepiſcopos. Tum in Actis ſequitur: *Viva voce, in verbo veritatis, Regi & Hæredibus ejus, bona fide, ſine fraude promiſerunt, quod has conſuetudines ſervare velint, præſentibus Optimatibus, Roberto Comite Loceſtrienſi, Renaldo Cornubienſi, Conano Britanniæ, aliisque Proceribus.* Inde nominantur triginta novem. Et tandem leguntur conſuetudines, de quibus ſermo eſt, in ſexdecim Capita diggeſtæ.

Primo, ſi lis oriatur de Patronatu, & Præſentatione in Eccleſiis, ſive inter Laicos, ſive inter Laicos & Clericos, cauſa in Curia Domini Regis tractetur & terminetur.

Secundo, Eccleſiæ de Feudo Domini Regis, absque ipſius conceſſione non poſſunt in perpetuum dari.

Tertio, Clerici quacunque in cauſa accuſati & moniti, ad Curiam Prætoris Regii veniant, ad ea, quæ videbuntur, reſponſuri. Et Regis Prætor in Curiam S. Eccleſiæ mittet, ut ſciat, qua ratione cauſa ibi tractetur; ſi vero Clericus convictus fuerit, eum de cetero Eccleſia tueri non debet.

Quarto, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Virisque ſua Dignitate conſpicuis, absque licentia Domini Regis e Regno exire non licet. Si autem exierint, Regem ſuo

suo promisso securum efficiant, se in to- Sæcul. XII.
ta profectione nihil acturos esse, quod A.C.1164.
Regi vel Regno nocere valeat.

Quinto, Excommunicati non debent cautionem præstare aut juramentum quod remanere velint, sed solum quod velint stare Ecclesiæ judicio, ubi absolvuntur.

Sexto, Laici non debent accusari coram Episcopo nisi ab Accusatoribus certis & legitimis, ita ut Archidiacono nihil de suo jure detrahatur. Et si tales fuerint rei, quos nemo velit vel audeat accusare, Vicecomes ab Episcopo requisitus duodecim viros illius loci ad præstandum juramentum compellat, quod secundum suam conscientiam veritatem manifestare velint.

Septimo, Nullus, qui soli Regi subditur, aut sit ejus Præfectus, excommunicetur, vel ejus Terra Interdicto subjiciatur, nisi prius Dominus Rex, si in Regno fuerit, moneatur, vel Regius Prætor, si ipse extra Regnum versetur, ut quod justum est pronunciet, atque ita, quod ad Curiam Regis pertinet, ibi terminetur, & quod spectat ad Curiam Ecclesiasticam ad eamdem remittatur.

Octavo, si occasio appellandi emerserit, ab Archidiacono debebit procedi ad Episcopum, ab Episcopo ad Archiepiscopum, & si Archiepiscopus in exhibenda

Sæcul. XII. A.C. 1164.

benda juſtitia defuerit, poſtremo ad Dominum Regem perveniendum eſt, ut ipſius præcepto in Curia Archiepiſcopi controverſia terminetur; nec ultra absque aſſenſu Domini Regis procedatur.

Nono, ſi lis exorta fuerit inter Clericum & Laicum vel e converſo de quacunque poſſeſſione, quam Clericus ad rationem Eleemoſynæ vel Laicus ad Feudum Laicum trahere velit, Regius Prætor, audita ſententia duodecim arbitrorum legitimorum, quid placeat, edicet. Si res ad eleemoſynam pertinuerit, Placitum in Curia Eccleſiaſtica, ſi ad Feudum, in Curia Regis pronunciabitur. Niſi ambo beneficium iſtud ab eodem Epiſcopo vel Barone teneant, quo caſu in ejus Curia res decidatur, ita ut lite pendente, qui prius habuit, jus poſſeſſionis non amittat.

Decimo, ſi quis de civitate, Caſtello vel alia Regis ditione ab Archidiacono vel Epiſcopo in cauſa alicujus delicti, de quo reſpondere tenetur, citatus fuerit, & venire noluerit, licet eum Interdicto ſubjicere, ſed non excommunicare, priusquam Prætor Villæ Regius conveniatur, ut eum ad ſatisfaciendum compellat. Si Miniſter Regis officio ſuo deſit, Regi rationem reddet, & tunc Epiſcopus

scopus accusatum Judicio Ecclesiastico coercere poterit (*). Sæcul. XII. A.C.1164.

Undecimo, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique qui Feuda Regalia possident, habeant terras suas a Rege sicut Baroniam, inde respondeant Prætoribus & Ministris Regiis, sequantur & servent omnes consuetudines Regias, ac cum ceteris Baronibus Curiæ Regis & Judiciis interfint, usque dum ad mutilationem membrorum vel pœnam capitis perveniatur.

Duodecimo, cum vacaverit Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia, Prioratus in Dominio Regis, sit in manu ipsius, & inde omnes reditus dominico jure percipiat. Cumque vacanti Ecclesiæ providendum fuerit, præcipuos illius Ecclesiæ viros Rex convocabit, electio assentiente ipso Rege in ejus Capella fiat, & juxta consilium illorum, quos Rex nomine suo interesse jusserit. Ibique electus homagium ligans Regi præstabit, ante-

(*) Ita quidem Fleurius vertit. Sed alius sensus apparet ex verbis ipsius Conventus vel Conciliabuli, ut in Actis Conciliorum Edit. Harduini legitur, ad annum salutis 1164. quæ ita sonant: *Et si minister Regis inde defecerit, erit in misericordia Regis: & exinde poterit Episcopum ipsum accusatum ecclesiastica justitia coercere.*

Sæcul. XII. A.C. 1164. antequam consecretur, promittens, se Regis vitam, membra, & dignitatem terrenam esse tuiturum & conservaturum.

Decimo tertio, si quis de Proceribus Regni Episcopo vel Archidiacono petenti Justitiam administrare deneget, Rex ipse administret. Et si quis Regi jus suum deneget, eum Episcopi & Archidiaconi ad officium compellant.

Decimo quarto, Ecclesia res mobiles illorum, qui in Regem peccaverint, non retineat, etiamsi eæ in Ecclesia vel in cœmeterio inventæ fuerint, nam Regis sunt.

Decimo quinto, Actiones propter debita, sive aliquod juramentum sive nullum interpositum fuerit, in Curia Regis moveantur.

Decimo sexto, Ruricolarum filii sine consensu Domini, in cujus territorio nati sunt, non ordinentur.

Hæc pars consuetudinum Angliæ Clarendonæ quatriduo ante Festum Purificationis, nempe die trigesima Januarii recepta est (*).

§. V.

(*) In Actis Conciliorum Consuetudines Angliæ bis leguntur, & in secunda lectione singulis articulis subjungitur, an Ecclesia Romana sub Alexandro Papa III. eum damnet vel toleret. Ceterum, studiosi Lectoris Juris Ecclesiastici

§. V.

Sæcul. XII. A.C. 1164.

Thomas datum consensum retractat.

Actis conscriptis, ab Archiepiscopo ceterisque Episcopis petiit Rex, ut ad majorem firmitatem sigilla sua apponerent. Verum Archiepiscopus, etsi vehementer doleret, dissimulans tamen, dixit, quamvis id facere statuissent, tanti momenti rem esse, ut merito aliqua mora interjicienda esse videretur, sicque post maturam deliberationem cuncta decentius perficerentur. Accepit etiam unum exemplar Actorum, Archiepiscopus Eboracensis alterum, & Rex tertium, quod in Tabulario Regio reponeretur. Ita discessit Thomas, Wintoniam petiturus. In itinere ortum est jurgium inter Archiepiscopi familiares, quorum aliqui

6. 22.

fiastici periti judicium sit, quantum hæ Consuetudines Angliæ nostris Constitutionibus congruant, quantum discrepent. Plane, si nostram Bavariam spectemus, Serenissimus Elector, per suum Consilium Ecclesiasticum, quod tum ex Clericis tum sæcularibus viris constat, causas Ecclesiasticas, si non sint pure spirituales, magna auctoritate definit. Atque etiam Ratiocinia de reditibus & expensis Ecclesiarum ruralium præsente Prætore Electorali, cujus custodiæ hujusmodi census committuntur, iniri debent.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

liqui dicebant; penſatis adjunctis Archiepiſcopum rem melius gerere non potuiſſe, ſed cedendum fuiſſe tempori. Alii triſtitiam profitebantur, quod Libertas Eccleſiaſtica ob unius hominis temeritatem periret. Ac iſtorum aliquis, qui Præſuli Crucem præferebat, ceteris vehementius indignabatur, quod omnia a poteſtate ſæculari turbarentur, jamque illi ſoli magni æſtimarentur, qui in gratiam Principis & fas & nefas admitterent. Et tandem adjecit: *O triſtem Innocentiæ ſortem! quis deſertam tuebitur, quis defendet jacentem, poſtquam Dux ipſe victus eſt? cujus virtutis inpoſterum ſtudioſus erit, qui amiſit conſtantiam?* Cui Archiepiſcopus: *Quem petis biſce jaculis, fili mi! te ipſum*, reponit Cruciger, *te, inquam, qui hodie & conſcientiam & famam tuam perditam voluiſti, odio dignum poſteris relinquens exemplum, cum manus ſacras extendiſti & conſuetudines execrabiles ſervare promiſiſti.*

Tunc Præſul, altum ſuſpirium ducens, *pœnitet me*, inquit, *commiſſæ culpæ. Horreo factum, meque indignum officiis Sacerdotalibus exiſtimo, nec ad Altare illius accedere audeo, cujus Eccleſiam mea ignavia prodidit. In ſilentio & luctu perſeverabo, donec a Deo & Papa abſolvi merear.* Exinde Thomas a Mini-

Ministerio Altaris se ipsum suspendit, ac in pœnitentiam jejunia & aspera cilicia sibi injunxit. Paucis postea elapsis diebus, nuncios misit, qui celeriter ad Papam se conferrent. Sæcul. XII. A.C.1164.

Pontifex, qui tunc Senonibus versabatur, cum responso etiam Absolutionem Archiepiscopo dedit, solatium suggerens & exhortans, ut officia Sacerdotis repeteret, & boni Pastoris munere constanter fungeretur.

Contra vero Rex, ubi comperit, quod Archiepiscopus, quæ Clarendonæ placuerant, retractare nunc vellet, viditque quod Acta ibidem conscripta sigillo appositio firmare, se præsente, recusaret, ira exardens, magnis exactionibus vexare Præsulem cœpit, quin etiam eum vita privaturus videbatur.

Itaque Archiepiscopus intelligens, se inter has turbas non posse Ecclesiæ suæ prodesse, in Franciam navigare statuit, ad Papam iturus, & clanculum navem conscendit. Sed ventis adversantibus in Angliæ oram rejectus est. Cumque ad aures Regis perveniisset, Thomam se inscio ex Insula solvisse, multo acrius commotus est. Inter hæc Rotruvius 6. 24.
Episcopus Ebroicensis reconciliandis Regis & Archiepiscopi animis operam dabat, & Rege, nisi consuetudines Regni confirmarentur, conditiones omnes re-

Sæcul. XII. A.C. 1164.

pellente, Archiepiscopus missis ad Papam Nunciis in speciem rogavit, ut eas ratas haberet, revera autem, ut Summum Pontificem in hoc negotio Judicem constitueret, onus suæ conscientiæ in sibi Præpositum effunderet, sicque Regem placaret.

At non fefellit Papam hæc industria, qui Consuetudines confirmare noluit; unde Rex videns, se hac via nihil efficere, perversis quibusdam consiliariis usus, Jus Legationis in Anglia in Rogerium Archiepiscopum Eboracensem, veterem Thomæ æmulum, transferre molitus est. Negavit Papa id se concessurum esse, quod Ecclesiam Cantuariensem antiquo suo privilegio spoliare nollet. Cum vero Rex Legatos ad Alexandrum hac in causa secundo misisset, timens ne, si omnino nihil indulgeret, nimis exacerbaret Principis animum, & ipsi Thomæ noceret, Consuetudinibus constanter rejectis, Rogerium Legati Titulo donavit, sed additis hujusmodi conditionibus, ut ejus potestas prope ad nihilum redigeretur, quippe nec Thomam nec ejus Diœcesim novo Legato subjecit, & promissum exegerat, Literas Institutionis suæ non prius Rogerio esse reddendas, quam ille iterum consensisset. Hæc

1. *ep.* 4. 5. dignoscimus ex Alexandri epistolis ad Thomam datis, quarum primæ dies

quinti

quinta Martii Senonibus appoſita eſt. In iſta epiſtola & in quadam alia ſequentia monita Thomæ ſuggerit; caute & ſapienter cum Rege ageret, nullam viam intentatam relinqueret, qua cum Principe ſuo in gratiam redire poſſet, ſine libertatis Eccleſiaſticæ detrimento. *Noli*, inquit, *quemcunque rigorem contra Regem vel Regnum adhibere, usque ad proximum Paſcha. Tunc meliora nobis Deus concedet tempora, & ambo de hac cauſa magis tuto decernere poterimus.* Hic Alexander Antipapæ Octaviani fata proſpexiſſe videtur. Scripſit quoque Papa Regi Angliæ, & gravi oratione hortatus eſt, ut Conſuetudines ſuas Libertati Eccleſiaſticæ adverſas mitteret, memor, quam terribile Dei Judicium ſubiturus eſſet, & quam atroces pœnas Reges, qui Sacerdotii jura læſerunt, ſuſtinere coacti fuiſſent.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

ep. 43.

ep. 42.

§. VI.

Diſſidium inter Regem & Archiepiſcopum recrudeſcit.

Rex nihilominus, jure, quod competere ſibi credebat, uſus, Clericos furti, homicidii, aliorumve criminum delatos in Judicio Prætorum ſuorum ſtare compellebat, convictosque deponi, ac Curiæ Laicæ tradi jubebat. Archiepiſcopo autem penſanti, quid

vita c. 24.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

utrique Foro liceret, non videbatur, potestati sæculari quidquam juris esse in Causis Ecclesiasticis, secundum illam Constitutionem, *Si crimen est Ecclesiasticum, causa in Judicio Episcopi discutiatur, & pœna secundum Canones infligatur. Ad forum autem aliorum Judicum de hac cognoscere non pertineat.*

2. q. 1. c. 45. §. 2. Nov. 2. 83. c. 1.

Ita loquitur Guilielmus Cantuariensis, qui præter alios vitam S. Thomæ scripsit. Nunc vero, Constitutionem istam, quam Guilielmus citat, etiam Gratianus de verbo ad verbum refert, ex Novella Justiniani excerptam, atque evidenter patet, quod agat de criminibus Ecclesiasticis, qualia sunt Simonia, Usura & alia, quæ Justiniani ætate non per Leges civiles, sed tantum per Canones erant prohibita. At præterea hæc Constitutio in Decreto Gratiani truncata est; nam in Autographo Imperator diserte dicit, quod si crimen sit civile, id est, ad forum Judicis sæcularis pertinens, ipse Judicium contra Clericum accusatum instruat, & si reus esse deprehendatur, curet eum ab Episcopo deponi, priusquam secundum Leges plectatur.

At Rex Angliæ nihil aliud intendebat. Contra Archiepiscopus existimabat, etiam ob crimina, a Legibus prohibita, contra Clericum actionem moveri non posse,

posse, nisi coram Judice Ecclesiastico; qui graviore pœna quam depositione in reum animadvertere non poterat. Nec deinde reum pœna corporali puniendum esse, nisi id novo crimine perpetrato mereretur. Nitebatur vero Archiepiscopus illa Regula: *Non bis in idem*, timebatque, ne si Ecclesiastici duplicem pœnam sustinerent, deterioris conditionis, quam Laici, criminis rei, essent. Atque id ipsum magis magisque irritabat animum Regis, cui Episcopi non modo non obsistebant, sed ejus voluntati in cunctis parebant (*). Sæcul XII. A.C. 1164.

Præterea nulla abibat dies, qua non susurrones Regis aures fatigarent; Archiepiscopum Consuetudines, quas servare jurejurando promisisset, violare. Alii querebantur, quod ipsos, maxima,

(*) Semper Principes Christiani, prout Reverentia Sacerdotii & Ordinis Ecclesiastici exigit, libentissime consenserunt, ut Clerici accusati & rei privilegio Fori gauderent. Sed quæri potest, an expediat, convictos & depositos potestati brachii sæcularis & pœnæ capitis subtrahi, ne Ecclesia præsidium Clericis raptoribus aut latronibus concedere videatur. Præsertim quia sæpissime improbi pœnas & censuras Ecclesiæ contemnunt, & etiam Laici homicidæ, quamvis in foro Ecclesiastico excommunicationis censuræ subjaceant, non ideo tamen a pœna corporali & ultimo supplicio eximuntur.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

qua in regno polleret auctoritate, abusus facultatibus suis spoliasset. Aulici vero, Thomæ æmuli, murmurabant, quod ingratissimus existeret, tot beneficiis a Rege cumulatus. Quin etiam Adversarii maledicentiæ veneno virtutes Præsulis & morum conversionem inficere conabantur. Amor Justitiæ crudelitas, & studium Ecclesiasticæ Libertatis avaritia dicebatur. Superbiam putabant, quod Sæculi honores contemneret, & solius Dei voluntati adhærere se simularet, temeritatis vero incusabant, quod Sedi suæ majora, quam Antecessores ejus, privilegia tribuere auderet. Quidquid dicebat, agebatve, in malam partem invidi trahebant. Tandemque persuaserunt Regi, actum esse de ipsius potestate, si Archiepiscopi auctoritatem in dies crescere sineret, & nisi Reipublicæ consuleret, nullum amplius in Anglia Regem futurum esse, quam talem, quem Clerici elegissent, & tamdiu solummodo regnaturum, quamdiu Archiepiscopo placeret.

§. VII.

Octaviani Obitus. Guido Cremensis Antipapa.

Collect. Lupi. I. ep. 7.

Inter hæc Octavianum Antipapam, Lucæ ex morbo decumbentem mors abstulit, circa festum Paschæ, die Mercurii

curii post Octavam, vigesima secunda Aprilis anno millesimo centesimo sexagesimo quarto, quem cum Canonici Cathedrales, & ad S. Frigdianum in Ecclesiis suis sepelire recusarent, dicentes, se potius ex Ecclesiis suis migraturos esse, quam passuros, ut corpus hominis, sua opinione æternis flammis addicti, in iis sepeliretur, in quodam Monasterio extra civitatem terræ mandatus est. Nihilominus vero Schismatici in vulgus sparserunt, multa miracula ad ejus tumulum patrari. Octavianus nomen Papæ annis quatuor & dimidio gesserat. Oratorii seu Capellæ ipsius supellex & equi ad Imperatorem missi sunt, quippe præterea nihil habebat. Duo tantum supererant Cardinales ex illis quatuor, qui ejus partes amplexi fuerant, nempe Joannes S. Martini & Guido Cremensis. Hi pertimescebant, ne, si Alexandrum Papam agnoscerent, ipse eos recipere nollet, aut ab eo pari severitate haberentur, qua olim Innocentius II. in Cardinales Petri Leonis usus fuerat. Quare convocatis ex Italia Germaniaque Schismaticis, qui ad exequias Octaviani ducendas advenerant, Cardinalem Guidonem Cremensem Papam elegerunt, & Paschalem III. appellarunt, missisque illico ad Imperatorem, tunc in Germania commorantem, nunciis, hanc electionem

Sæcul. XII. A.C. 1164.

Act. Alexandri. ap. Baron.

Otto de saint Blaise. c. 18.

Gofr. an. 1164.

Otto Morena. p. 840.

Sæcul. XII. A.C.1164

nem confirmari petierunt. Fecit ille, quod optabant, dextraque super Evangelium impoſita juravit, ſe ſemper Paſchalem ejusque Succeſſores pro legitimis Pontificibus, Alexandrum vero ejusque Sectatores pro Schismaticis habiturum eſſe. Ad ſimile deinde jusjurandum omnes, quotquot potuit, Clericos edendum compulit. Paſchalis ab Henrico Epiſcopo Leodienſi, die Dominica, vigeſima ſexta Aprilis, ordinatus, Papæ nomen annis tribus uſurpavit. Verum Alexander Papa mortem Octaviani, cujus animam æternum periiſſe credebat, amare deflevit, & quosdam Cardinales, eo ſublato, gaudentes corripuit.

Act. ap. Baron.

Romæ Julio Cardinale, Epiſcopo Prænestino, Alexandri Papæ Vicario, fatis functo, Joannes Cardinalis Presbyter tituli SS. Joannis & Pauli ſubrogatus eſt. Is ſuo hortatu majorem Romani populi partem, magna pecuniæ vi, quam Alexandro ſemper addicti contulerunt, in multos ſparſa, ad legitimum Pontificem reduxit. Pronum etiam eſt credere, faciliores redditos fuiſſe Schismaticos, Octaviano Antipapa mortuo, & poſtquam Imperatoris auctoritas in Italia vileſcere cœpit, nam cum prima die Octobris hujus anni milleſimi centeſimi ſexageſimi quarti ex Italia abiiſſet Fridericus, Veneti initis fœderibus omnes

pœne

pœne Longobardiæ urbes ad arma capienda commoverunt. Romani igitur, addito jurejurando, promiſerunt, ſe Alexandrum Papam veneraturos, alium Senatum ex viris Alexandro faventibus conſtituerunt, Eccleſiam S. Petri & Comitatum Sabinenſem, quem Schismatici armis Imperatoris occupaverant, in poteſtatem Vicarii Apoſtolici redegerunt. Itaque, Urbe pœne tota in partes Alexandri pertracta, Cardinalis Vicarius, Clericis Laicisque Papæ præ ceteris devotis ad Eccleſiam S. Joannis in Laterano convocatis, Alexandrum revocare ſtatuit, Lagatosque, qui id nunciarent, in Franciam miſit. Papa poſtquam hac de re cum Epiſcopis & Cardinalibus, qui Senonibus apud ipſum erant, deliberaſſet, licet multa prævideret obſtacula, nihilominus Regibus Franciæ & Angliæ, atque illius Regionis Epiſcopis id ſuadentibus, Cardinali Vicario reſcripſit, ſe certo venturum, ſtatimque, quæ ad iter faciendum erant neceſſaria, parare cœpit. In his adjunctis Archiepiſcopus Rotomagenſis epiſtolam ſuam ad Epiſcopos & Abbates provinciæ ſuæ dediſſe creditur, in qua hortatur, ut Summo Pontifici ſubſidia darent, quibus familiam ſuam ſuſtentaret, cum jam ſpes eſſet, fore, ut Romæ reſtitueretur, & extingueretur

Sæcul. XII. A.C. 1164.

God. an. 1164.

ap. Petr. Bles. ep. 173.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

Schisma. Conjicere licet, hunc Archiepiscopum fuisse Hugonem, qui hoc anno millesimo centesimo sexagesimo quarto, in Festo S. Martini, undecima die Novembris obiit, postquam Episcopatum annis ferme triginta quinque tenuisset. Ejus Successor fuit Rotruvius, prius Episcopus Ebroicensis, qui Rotomagi annis novemdecim sedit.

Gall. Chron. to p. Sup. Lib. LXX.

§. VIII.

Concilium Northamptonense.

vita quadrip. 1. c. 25.

Rex Angliæ, contra Thomam Archiepiscopum Cantuariensem acrius commotus, eum præstituta die Northamptoni præsto esse jubet, quo etiam omnes Antistites & Proceres Regni, edito mandato, convocavit. Omnibus convenientibus Thomas Archiepiscopus accusatur, quod semel antea a Rege vocatus, ipse non venisset; & quamvis probaret, quod virum idoneum, qui pro se responderet, misisset, prolata tamen est Sententia; omnia Archiepiscopi mobilia exinde Fisco Regio esse addicta. Præsul, percepto hoc Decreto, *rem usque in hanc diem*, inquit, *inauditam! nec enim unquam aliquis Archiepiscoporum Cantuariensium quacunque in causa in judicio Curiæ Regis Angliæ stetit, quod tam ejus Ecclesiæ quam etiam ipsius personalis dignitas vetat, quia & Regis &*

& totius Regni Pater ſpiritualis eſt. Hæc Sententia die Jovis octava Octobris anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto lata eſt, quam nulla alia Actio hujus Concilii præceſſit. Sæcul. XII. A.C.1164.

Die altera Veneris, petiit Rex ab Archiepiſcopo, ut ſibi centum libras argenti reſtitueret, quas ipſi, cum Cancellarius eſſet, mutuas dediſſe ajebat. *c.* 26. Archiepiſcopus affirmabat, eas ſibi gratis fuiſſe donatas; quia vero id non probabat, & accepiſſe fatebatur, ad reſtitutionem damnatus eſt, & vadimonium conſtituere coactus, quod niſi feciſſet, cuſtodiæ traditus fuiſſet. *c.* 27. Die Sabbati, hujus menſis decima, cum Archiepiſcopus cum ſuis Epiſcopis in conclavi, ſeris objectis ex mandato Regis, ne ulli pateret exitus, jubetur rationem reddere de multis reditibus Eccleſiarum & Abbatiarum, quas, cum vacaſſent, ipſe tanquam Regni Cancellarius interim rexerat. Summa autem totius pecuniæ, ducenta & triginta millia marcarum argenti, erat. Nova Præſulis vexatio omnes in admirationem rapuit, multique indignabantur, quod jam nihil ſupereſſet, quam Primatem Angliæ vinculis dare. Ipſe reſpondit, conſulturum ſe viros prudentes, cumque deinde præſentes Præſules, quid facto opus eſſet, quærerent, Henricus Epiſcopus Wintonienſis, qui clam Thomæ

Sæcul. XII. A.C. 1164.

Thomæ favebat, dixit: *Cum ex Archidiacono & Cancellario, Thomas electus est Archiepiscopus Cantuariensis, a quocunque vinculo, quo Curiæ Regis alligabatur, absolutus est.* Idque, cum Decretum illud Regium ad omnes pervenisset, nullus Episcoporum negare poterat.

Tum singuli, quid sentirent, proferre cœperunt. Et Gilbertus Episcopus Londinensis, Decanus utique Cantuariensis Ecclesiæ *, & idcirco in concilio post Archiepiscopum primus, dixit: *Si, Pater, memor es, quantum Dominus Rex te evexerit, quanta tibi contulerit beneficia; si pensas, quantam ruinam Ecclesiæ Catholicæ, nobisque pares, dum Regi resistis, non Archiepiscopatum Cantuariensem modo, sed etiam centies majora dimittere deberes. Forsitan autem, si Rex te videret penitus sibi obnoxium, omnia benevole tibi redderet.* Deinde Henricus Episcopus Wintonienſis intulit: *Hoc consilium Ecclesiæ est perniciosum. Quia si Archiepiscopus noster & totius Angliæ Primas hoc nobis exemplum relinqueret, quemque Episcopum ad nutum & comminationem Principis suam Dignitatem & curam animarum dimittere debere, nihil amplius de jure, sed cuncta pro libitu & sine Regula in Ecclesia agentur.* Hilario Episcopo Ciceſtrienſi & Bartholomæo Exonienſi eadem erat ſententia ac Epiſcopo

* Forte provinciæ.

scopo Londinensi; necessitati temporum aliquid dandum esse. Tum Episcopus Lincolnienſis, simplex homo & minus discretus, *patet*, inquit, *vitam hujus viri & sanguinem quæri; proinde alterum eorum erit necessarium, ut vel de Archiepiscopatu vel de vita cedat.* Tandem Rogerius Vigornienſis ita temperavit sermonem, ut, quamvis diceret, nolle se consilium dare, satis tamen indicaret, Archiepiscopum susceptam a Deo animarum curam relinquere neutiquam oportere. Sæcul. XII. A. C. 1164.

His dictis, aliquamdiu in silentio sederunt, & arte quæsita, ut exitum invenirent, inclusi enim erant, Archiepiscopus, *volo*, inquit, *loqui duobus Comitibus, qui cum Rege sunt*, eosque nominavit. Vocati illi sine mora veniunt, quibus Thomas: *Non habemus hic testes, quibus causa ista maxime nota est; quare usque in crastinum inducias petimus.* Ad hæc Regi referenda Episcopi Londinenſis & Rofenſis missi sunt, addiditque Episcopus Londinenſis suo motu; Archiepiscopum aliquod temporis spatium sibi postulare, ad præparanda instrumenta, statuto die rationem redditurus. Nempe Archiepiscopum ad eam reddendam obligare cupiebat. Sed negavit ille, id se Londinenſi in mandatis dedisse. Ita soluta est hæc Concilii Sessio. Cumque omnes

Sæcul. XII. A.C.1164.

omnes discederent, milites nobiles aliique, qui ingredientem Archiepiscopum turmatim stipaverant, metu Regis perterriti, exeuntem deseruerunt. At Præsul, ut pro fugientibus se alios substitueret, multis convocatis pauperibus mensam sterni jussit.

S. Thomas Cantuariensis.

Sequente die, quæ erat Dominica, nihil actum. Feria autem secunda, iterum vocatur Thomas, & in Conventu expectatur. Sed nocte præcedente passione iliaca, qua sæpe laborabat, correptus fuerat; crediderunt multi, valetudinem simulari, ideoque missis secundo ad se proceribus respondit: *Videtis, me hodie ad Curiam venire non posse. Sed cras ibo, aut certe aliorum manibus illuc deferar.* Eadem die increbuit rumor, nec defuerunt, qui istud ipsi Thomæ denunciarent; si ad Regiam iret, fore ut interficeretur, vel vinculis constringeretur. Quia vero necdum ad sustinendum Martyrium satis animum collegerat, secutus est monitum pii cujusdam viri, ipsi suadentis, ut altero mane Missam votivam S. Stephani Protomartyris celebraret.

Die Martis tempore matutino Episcopi, illo rumore consternati, ad Archiepiscopum confluentes, hortantur, ut simpliciter pareret Regis voluntati, nisi in hac Curia perjurii accusari vellet, quod

quod juramentum Fidei Regi datæ violasset, cum Consuetudines recipere recusaret, peculiari juramento ab ipso firmatas. Ille respondit: *Fratres mei! Mundus, ut cernitis, in hoc caput conjurat. Quod autem cor meum majore dolore obruit, vos ipsi, vos, inquam, contra me pugnatis. Etsi vero ego tacerem, futura Sæcula prodent, quanta ignavia me pro libertate omnium certantem destitueritis. Duobus consequentibus diebus judicastis me, Archiepiscopum & Patrem vestrum, & ex sermonibus vestris intelligo, vos me in Foro sæculari & in causa non civili modo, sed etiam criminali judicaturos esse. Verumtamen vobis omnibus in virtute obedientiæ, & sub pœna amittendi Ordinem vestrum prohibeo, ne Judicio, quod mihi paratur, interesse præsumatis. Quia autem timeo refractarios, ad Ecclesiam Romanam appello. Porro si Laici mihi manus injiciant, vos ad defensionem Archiepiscopi vestri (id enim districte præcipio) Censuras Ecclesiasticas intorquete. Denique, sciatis velim, licet fremat mundus, furat hostis, corpusque hoc in cineres redigat, Deo auxilium præstante, nunquam futurum, ut commissum mihi gregem deseram.* Episcopus Londinensis statim contra hoc Archiepiscopi præceptum appellavit, omnesque eo relicto ad Aulam se contulerunt,

Sæcul. XII. A.C.1164.

Sæcul. XII. A.C. 1164.

tulerunt, duobus tantum exceptis, videlicet Henrico Episcopo Wintonienſi, & Joſcelino Saresberienſi, ut clam ſolatium ſuggererent, & animum adderent.

Ubi Epiſcopi diſceſſerunt, ſine mora Thomas Eccleſiam intrat, Miſſam S. Stephani celebraturus, etiam Pallium gerens, quamvis non eſſet Feſtum ſolemne. Tum peracto officio, Pallio & Mitra depoſitis, ſervato autem reliquo cultu & Cappa Epiſcopali, ad Regiam pergit; & quia periculum ſuum non neſciebat, Euchariſtiam ſecum ſecreto deferebat.

6. 30. Conclave ingreſſurus, ubi Rex præſtolabatur, Crucem ſuam de manu eam ſibi præferentis arripit, & intrat, ſequentibus Epiſcopis. Roberto autem Epiſcopo Herfordienſi dicenti; *Sine, Pater, ut ego Cruciger tuus ſim*, reſpondit: *juſtius eſt, ut ipſe manibus meis eam deferam. Hoc eſt præſidium meum, & hoc viſo vexillo, non eſt dubitandum, ſub quo Principe militem.* Tunc vero dixit Epiſcopus Londinenſis: *Si Rex viderit te armatum intrare, gladium fortiorem exſeret in caput tuum, & experieris, quid tibi proſint arma tua.* Cui Thomas: *Hæc Deo committimus.* Et Epiſcopus: *Ab hac ſtultitia tua, ut video, nec inpoſterum recedes.* Rex audiens Archiepiſcopum cum Cruce ſua venire, in proximum conclave ſe proripit, Thomas

S. Thomæ conſtantia.

mas vero solus ex una parte & Episcopi in adversa considerent. Adest præco, omnes Antistites & Proceres convocans, exponitur Regis nomine grandis querela contra Archiepiscopum, quod Regiam ingressus esset portans Crucem suam, ingenti Regis probro. Illico omnes Regis causam tuentur, Præsulem damnant, perfidum Popam, ingratum, perjurum, fœdifragum magno clamore appellant. Sæcul. XII. A.C. 1164.

Circumstantes tremulus horror invasit, & Rogerius Archiepiscopus Eboracensis exiens ad duos Clericorum suorum, quos ibi conspexit, ait: *Recedamus hinc; non oportet nos videre, quæ hic Cantuarienſi fient.* Tunc apparitores cum suis baculis magno tumultu ex cubiculo Regis descendunt, atque extensis brachiis & torvo vultu ad Thomam conversi perniciem minantur, præsentibus omnibus signo Crucis se munientibus. Bartholomæus vero Episcopus Exoniensis ad pedes Præsulis accidens ait: *Pater mi, miserere nostri, tuique, omnes enim hodie ex odio capitis tui perimus.* Namque Edictum Rex edi jusserat, ut quicunque Archiepiscopo adhæreret, hostis Reipublicæ haberetur, capite plectendus. Præterea Episcopi Saresberiensis & Norwicensis, qui remanserant, statim ad supplicium trahendi dicebantur & in membris mutilandi,

Sæcul. XII. A. C. 1164. rogabantque Archiepiſcopum, ut ipſos ſalvos vellet. Ad Epiſcopum autem Exonienſem Thomas, *fuge hinc*, ait, *quippe non ſapis quæ Dei ſunt.*

§. IX.

Thomas damnatur.

Epiſcopi, Rege permittente, a Proceribus ſeparati deliberabant, quid ſibi
6. 32. faciendum eſſet. Extremæ premebant anguſtiæ inter malleum & incudem poſitos; vel enim iram Regis experiri cogebantur, vel Archiepiſcopum ſuum, Laicis Principibus junctis, in cauſa criminis damnare, quod ipſis contra Canones manifeſte pugnare videbatur. Diu igitur multumque omnibus adjunctis in arduo negotio diſcuſſis ſtatuerunt, Archiepiſcopum ad tribunal Pontificis Maximi appellare, tanquam perjurii reum, Regi vero ſancte promittere, quod omnibus viribus efficere vellent, ut deponeretur, ſi modo Rex ipſos nunc ad damnandum in judicio Archiepiſcopum ſuum non compelleret. His ita conſtitutis, ad Thomam redeunt, & Hilarius Ciceſtrienſis, nomine omnium, ſermonem in hunc modum exorſus eſt: *Aliquando noſter fuiſti Archiepiſcopus, & tenebamur tibi obedire. Sed quia Domino Regi fidelitatem juraſti, Dignitatem ejus per te ſalvam fore, & Conſuetudines,*

tudines, quas hodie deſtructas vis, ſervare, idcirco te reum perjurii dicimus, & perjuro Archiepiſcopo de cetero non obedimus. Nos itaque & noſtra tutelæ & præſidio Summi Pontificis tradentes, te ad ejus præſentiam appellamus. Tuncque Hilarius Thomæ diem præſtituit. Quibus dictis Epiſcopi ex adverſo ut prius conſidentes diu ſilentium tenuerunt, præſentibus cunctis expaveſcentibus; nam cum Regem & Optimates ad judicandum Præſulem in alio conclavi deliberare ſcirent, nemo dubitabat, quin Thomas ſaltem in carcerem migrare juberetur, ſi tamen illa die majus malum effugeret. Sæcul. XII. A.C. 1164. c. 33.

Interea Principes coram Rege prolata ſententia Thomam perjurum & proditorem declarant; cumque complures a Rege miſſi ad Præſulem veniſſent, Comes Leiceſtrienſis ait: *Mandat tibi Rex, ut venias redditurus rationem ſuper objectis. Alioquin audi latam contra te ſententiam. Itane, latam contra me ſententiam?* inquit Archiepiſcopus, & de ſede ſurgens adjecit: *Audi tu potius Comes, fili mi! Rex promovit me ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem, quia multa obſequia utiliſſima ei præſtiteram. Invitum vero evexit, Deus ſcit, & magis Regis quam Dei amore acquievi, cujus peccati hodie pœnas dare cogor. Verumtamen,*

Sæcul. XII. A.C. 1164.

tamen, cum Henrico Principe & Henrede præsente, ac Rege jubente, eligerer, quæsitum & responsum est, me liberum & ab omni nexu curiali absolutum Ecclesiæ Cantuariensi tradi. Ergo super his, a quibus liberatus sum, non teneor respondere. Tunc Comes: *Longe aliud Episcopus Londinensis Regi suggessit.* Et rursum Archiepiscopus: *Ad dicta mea animum adverte, fili mi, quanto dignior est anima quam corpus, tanto magis Deo & mihi obedire teneris quam terreno Regi. Nec Lex nec ratio permittit, ut filii patrem judicent. Unde Regis, tuum & aliorum declino judicium, sub Deo solo a Domino Papa judicandus, ad quem vobis omnibus audientibus appello, Ecclesiæ Cantuariensi, Ordine & Dignitate mea, omnibusque ad eam pertinentibus sub Dei & Ecclesiæ Romanæ præsidio positis. Vos quoque, Fratres Episcopi, & Collegæ mei! quia magis homini quam Deo obeditis, ad Domini Papæ judicium voco, & sic Catholicæ Ecclesiæ & Apostolicæ Sedis auctoritate munitus hinc recedo.* Hæc Sessio ultima habita est die decima tertia Octobris.

Sup. Lib. LXX. §. 58.

Radev.

Archiepiscopum abeuntem sequuntur Aulici & invidi, contumeliis & injuriis tantum virum afficientes, & tanquam proditorem infectantes. Ubi autem limina egressus est, tanta hominum multi-

multitudo, petens Archipræsulis Benedictionem, occurrit, ut vix equum regere posset, præcipue pauperes clamabant: *Benedictus Dominus! qui eripuit & salvum fecit servum suum.* Jam enim extinctus fuisse credebatur. Ita ad hospitium suum, Monasterium S. Andreæ perductus jussit omnes pauperes admitti; unde domus & atria circumquaque ad mensam discumbentibus impleta sunt. Thoma prandente, adsunt Episcopi Londinensis & Ciceſtrienſis dicentes, se æquam pacis conditionem inveniſſe; daret Archiepiscopus Regi duos fundos Ecclesiæ Cantuariensis pignoris loco pro pecunia, quam exigebat. Dixit Archiepiscopus: *Rex adhuc hodie prædium aliud Ecclesiæ Cantuariensis retinet. Ego vero prius ultima patior, quam consentiam.* Quod responsum ad Regem delatum ejus furorem auxit. Ceterum Archiepiscopo reficiente illa die lectio super mensam erat, de persecutione, quam Liberius Papa passus est, in Historia tripartita; cumque etiam occurrerent illa verba Evangelii: *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam*, Thomas oculos in Hebertum Doctorem subito conjecit; unde is postea cognovit, quod jam tunc animo constituisset, fugam arripere. Remotis deinde mensis, Episcopos Vigornien-

Sæcul. XII. A. C. 1164.

Sup. Lib. XIII. §. 19.

Matth. 10. 23.

Sæcul. XII. A.C. 1164.

sem, Herfordiensem, & Rofensem misit, ut ipsi licentiam e regno solvendi impetrarent. Qui responsum Regis attulerunt, eum postera die in Concilio hac de re deliberaturum.

§. X.

Thomas in Franciam fugit.

Sub noctem duo ex Optimatibus præcipui Archiepiscopum adeunt, flentes largiter, & pectora sua percutientes; hi vero referebant, certo sibi constare, quod viri potentes, & sceleri adsueti, jurejurando se obstrinxissent, se Thomam peremturos. Itaque amicorum monita Archiepiscopum permoverunt, ut fugam acceleraret, ne Ecclesiæ causa, necdum cunctis satis nota, desereretur. Cumque stratum sibi in Ecclesia S. Andreæ inter duo Altaria parari jussisset, in terram cum quibusdam suorum demissus Psalmos pœnitentiales cantare cœpit, tum etiam junxit Litanias, genuflectens, quotiescunque aliquem Sanctorum nominabat. Fatigatus cubitum concessit, simulans se velle acquiescere. Sed paulo ante galli cantum per fores posticas clam se proripuit.

Lib. 2. c. 1. Chr. Gervas. p. 1393.

Ubi altera dies illuxit, & vulgatum, quod Archiepiscopus fugisset, omnes, qui ipsi favebant, latebras quæsierunt. Rex autem consternatus, convocatis Epi-

Episcopis & Purpuratis, quid facto opus esset, interrogat. Statutum, ad Papam nuncios mittere, qui Thomam perjurii accusarent, & quod jurgia inter Regnum & Sacerdotium excitasset, rebus omnibus interim intactis, quæ ad Archiepiscopum vel ejus Ecclesiam pertinerent, usque dum Papa sententiam pronunciasset. Ergo jubente Rege mandatum editur; nemo Archiepiscopi familiaribus vel amicis molestus esse auderet, vel Præsulis Bona invaderet. Et abjecta omni mora Rogerius Archiepiscopus Eboracensis, Gilbertus Episcopus Londinensis, Rogerius Vigornienſis, Hilarius Ciceſtrienſis, & Bartholomæus Exonienſis viæ se dederunt cum aliquot Clericis familiæ Regiæ, & quibusdam Proceribus, Regis nomine, missis, Papam adituri. Magnus iter facientium erat comitatus, ac pretiosa deferebant dona, quibus Curiam Romanam corrumperent. Sæcul. XII. A. C. 1164.

Interim Thomas Archiepiscopus per vias obliquas pedibus procedebat, comitantibus fugientem quodam viro Religioso Ordinis Sempringamensis, atque Doctore Heberto Boscamensi, qui itineris ducem se præbebat. Primum proficiscentis hospitium fuit Lincolnia, unde ad quemdam locum, qui *Cella Eremicolæ* dicebatur, Sempringamensibus subditum pervenit, ubi triduo commoratus

Sæcul. XII. A.C. 1164.

est, ut exhaustas vires repararet. Inde
nocturno semper itinere ad mare de-
latus, in die commemorationis anima-
rum, secunda Novembris, conscensa
scapha Bononiam appulit, cum tribus
sociis. Pedes incedebat, indutus veste
alba monastica, atque a comitibus suis
frater Christianus nominabatur. Quia
vero insuetus navigii malis, & itineri
per pluvias & lutum faciendo erat, in
terram tota corporis mole procumbens,
vel vestris me manibus portate, inquit,
vel vehiculum quodcunque parate. Illi
equum capistratum sine sella & sine
fœno ab homine agresti conducunt, in-
gestisque palliis suis Archiepiscopum im-
ponunt. Paulo post occurrunt armati,
quærentes, an ipse esset Archiepiscopus
Cantuariensis? quibus cum ipse, con-
stanti vultu, respondisset: *An putatis,
isto cultu tantum Antistitem iter facere?*
eum milites non cognoverunt.

c. 3.

c. 4. Sub crepusculum Gravelinam di-
vertit, mensæque accumbit infra tres
socios suos, qui ei ultimum semper lo-
cum dabant; nam cuncta de industria
ita agebant, ut Thomas inter ipsos mini-
mus videri posset. Nihilominus nota-
vit illius hospitii Paterfamilias, Tho-
mam & eximia specie & morum decore
inter suos eminere. Quippe Archiepi-
scopus justam acceperat a natura statu-
ram,

ram, frontem apertam, oculos ad severitatem compositos, vultum oblongum, manus magnas & candidissimas, quibus, licet pauci illati fuissent cibi, aliquam partem infantibus & domesticis porrigebat. Fama igitur Præsulis fugam vulgante, ædium dominus, cum ista in hospite observasset, uxori secreto ad se vocatæ indicat, quid suspicetur. Mulier, moræ impatiens, triclinium intrat, & Thomam aliquoties intuita, ad maritum rediens & subridens ait: *Profecto ipsissimus est.* Tum celeriter nuces, poma, caseum afferens, cuncta Fratri Christiano apponit, repugnanti, quod lautius haberetur. Post cœnam paterfamilias accedens, &, licet rogaretur lateri assidere, ad ejus pedes acquiescens, dixit: *Gratias Deo ago, Domine! quod ad me præ aliis divertere volueris.* Cui Præsul: *Quis vero ego sum, nisi exilis frater Christianus?* Reposuitque ille: *Quodcunque demum nomen tibi tribuatur, scio tamen, te esse Archiepiscopum Cantuariensem.* Tunc vero Præsul, cum personam dissimulare non posset, homini blanditus, ne se proderet, eum altera die itineris comitem accepit. Sæcul. XII. A C. 1164.

Porro Thomæ metuendæ erant insidiæ, non solum Philippi de Alsatia Comitis Flandriæ, sed etiam ejus Fratris, Matthæi Comitis Bononiæ, qui, nati ex c. 5.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

matre Sibilla Andegavensi, patrueles Regis Angliæ erant. Namque Henricus Rex Philippo & Optimatibus Flandriæ perscripserat, Thomam more proditorum e regno suo aufugisse. Comes autem Bononiæ quamdam Abbatissam, Stephani Regis filiam, duxerat, Thoma frustra refragante, qui cum illo tempore Cancellarii munere fungeretur, nullum non moverat lapidem, ut sacrilegis nuptiis obstaculum poneret. Ergo Gravelina, antequam illucesceret, relicta, Archiepiscopus iter duodecim leucarum pedibus per viam lutosam & lubricam emensus, ad Monasterium Cisterciense *Clairmárais* prope Oppidum S. Audemari pervenit. Ecce autem, eadem die Præsules, a Rege Angliæ ad Papam missi, ad Oppidum S. Audemari advehuntur; quare Archiepiscopus ipsa nocte de monasterio post matutinos se proripiens ad Cellam Eremicolarum S. Bertini se recepit, ibique triduo delituit. Tum ab Abbate & monachis rogatus ad Monasterium S. Bertini venit.

Inter hæc Regis Angliæ Legati, ad Regem Franciæ, Compendii diversantem, admissi, Domini sui literas reddunt, in quibus dicebat, Thomam, olim Archiepiscopum Cantuariensem, læsæ Majestatis reum e Regno erupisse, rogabatque Ludovicum, Dominum suum, ne profu-

profugum in terras suas reciperet. Rex Franciæ verba illa: *olim Archiepiscopus*, admiratus, quæsivit, quis eum deposuisset? adjecitque: *sane & ego æque Rex sum ac Rex Anglorum, & nihilominus nec minimum Clericorum in Regno meo deponere possum.* Sæcul. XII. A.C. 1164.

§. XI.

Thomas a Ludovico Rege benigne excipitur.

Hebertus Boscamensis, & quidam alius ex Archiepiscopi sociis, vestigia Episcoporum, a Rege Angliæ missorum, id nescientium, sequebantur, profectionem suam ita temperantes, ut illi semper unius diei itinere præcederent. Cum ergo Hebertus quoque & ejus comes perveniissent ad Franciæ Regem, qui Thomam ex eo jam tempore, quo Cancellarii officium obierat, noverat, & maximi faciebat, interrogavit, an ad Familiam Archiepiscopi pertinerent, idque affirmantes osculo dato de more salutavit, & propenso animo, quid peterent, audivit. Illis deinde, quanta Archiepiscopus tuliisset, & quam propinquam effugisset perniciem, ut jussi fuerant, narrantibus, optimæ indolis Rex tenero commiserationis affectu commotus, vicissim retulit, quid sibi Rex Angliæ, Præsuli iratus, c. 7.

Sæcul. XII. A.C. 1164.

tus, scripsisset, & quid ipse respondisset. Et addidit: *Priusquam virum, amicum suum, & in tanto dignitatis Ecclesiasticæ fastigio positum, crudeliter haberet Rex vester, memorem esse oportuisset illius versiculi: irascimini & nolite peccare.* Psal. 4. Cui alter Legatorum respondit: *Forsan memor fuisset, si tam frequenter ac tu, o Rex, officio Divino, in quo decantatur, interfuisset.* Subrisit Rex, & altera die, suis ad consultandum convocatis, Archiepiscopo Cantuariensi pacem, & in regno suo securitatem concessit. Tum Legatis ad Præsulem redituris dixit: *Ad antiquam Regni Franciæ Dignitatem pertinet, quod viri, exilio male damnati, præsertim Ecclesiastici, in hoc Regno præsidium & tutelam nanciscantur.*

§. XII.

Legati Angliæ coram Pontifice.

Legati Archiepiscopi, re feliciter gesta, ut quæ sibi mandata fuerant exsequerentur, Senones ubi Papa sedebat celeriter perrexerunt, quo Regis Angliæ Legati pridie pervenerant. Post eorum adventum complurium Cardinalium animos partim spes lucri, partim timor, ne Rex iratus rem Ecclesiasticam turbaret, suspendit. Dicebant aliqui, Thomam libertatis Ecclesiasticæ columnam existe-

c. 8.

existere, justam causam defendere, & æquitatem postulare, ut eum omnes tuerentur. Ajebant alii, turbulenti ingenii hominem esse, cujus molimina reprimi oporteret. Tanta præsumptionis contra Thomam vis fuit, ut ejus Legati ne quidem ad osculum pacis a Cardinalibus admissi fuerint. Attamen ipsa qua advenerunt die sub noctem conspectum Papæ subire licuit, qui benevolas aures præbens, cum Archiepiscopi calamitatem exponerent, lacrymas non tenuit, dicens: *Dominus vester, ipse sibi superstes, Martyrii palmam adeptus est.* Nocte autem procedente Benedictionem suam discessuris impertitus ad suum hospitium peramanter habitos dimisit. Sæcul. XII. A.C. 1164.

Altera die Papa cum Cardinalibus, qui ferme omnes in ejus Curia aderant, Conventum celebrat. Vocantur utriusque partis Legati, tumque Gilbertus Episcopus Londinensis pro Regis Angliæ causa sermonem exorsus est in hunc modum: *Ad te, Sancte Pater! cura Ecclesiæ Catholicæ spectat. Tuum est probos tueri, & coercere temerarios. Nata est pronuper in Anglia inter Regem & Sacerdotium divisio, levi ex causa, quæ facile fuisset sublata, nisi moderatio animi abfuisset. At Dominus Archiepiscopus Cantuariensis, inflexibili suo arbitrio inhærens, nostro omnium*

consilio

Sæcul. XII. A.C. 1164.

consilio contemto, pacis reducendæ viam obstruxit, nihil tempori dandum ratus, & nulla ingentis mali, quod inde secuturum erat, ratione habita. Cum ergo non in suam sententiam pertrahere non potuisset, culpam in Regem, in nos, in totum Regnum rejecit, atque ut majorem nobis conflaret invidiam, aufugit ex regno, nemine ipsi vim inferente, imo ne quidem malum comminante; nempe ut scriptum Prov. 28. *legitur: fugit impius, nemine persequente. Parcius ista!* intulit Pontifex, & Episcopus Londinensis: *Cur vis, ut ipsi parcam?* Iterumque Pontifex: *Non volo, ut ipsi, sed ut tibi ipsi parcas.* Hilarius Episcopus Ciceſtriensis in eundem sensum ac Londinensis locutus est, & Rogerius Archiepiscopus Eboracensis addidit: *Nemo me melius Archiepiscopi Cantuariensis inexpugnabile ingenium novit; quod semel amplexus est, vix unquam dimittit, nec aliud remedium huic viro emendando perspicio, quam si severe & constanter tuam auctoritatem, Sancte Pater, interponas.* Bartholomæus Episcopus Exonienſis adjecit: *Hæc causa, Archiepiscopo Cantuariensi absente, finiri non potest; proinde Legatos petimus, qui eam terminent.*

Cum deinde Comes Arundeliæ, qui cum multis Proceribus præsens erat, audiri petiisset, *Nos viri literarum expertes,*

pertes, inquit, *nescimus, quid dixerint Episcopi.* (Qui nempe latine locuti fuerant) *Itaque nobis etiam, ut possumus, causa legationis nostræ exponenda est. Non venimus disputaturi, aut injuriam cuiquam hominum illaturi, præsertim quia coram illo locuturi sumus, cui de jure omnes mortales subditi sunt* (*). *Sed missi,* Sæcul. XII. A.C.1164.

(*) Ein auserlesenes Zeugniß der Gewalt des Pabstes über alle Christen, aus dem Munde eines Englischen Grafens, welcher nämlich mit der ganzen Christenheit im zwölften Jahrhundert erkannte, daß in der Kirche Christi ohne sichtbare und allgemeine Oberhirten, welches nach dem natürlichen Verstande der Schrift: Pasce oves meas. Joann. 21. die Nachfolger Petri auf dem römischen Stuhle sind, keine Einigkeit könne erhalten werden. Ja nebst dem Zeugnisse aller Jahrhundert lehret es auch die Erfahrung, daß diejenigen, die sich von der Einigkeit der römischen Kirche entrissen, ihrer Religion keine Gränzen mehr zu setzen wissen. Gleichwie solches besonders von England Voltaire anrühmet, weil die edle Freyheit zu denken, zu reden, und zu schreiben was man will, und sich an eine geoffenbarte Religion zu binden oder nicht, in diesem Reiche herrschet. Herr Voltaire ein gebohrner Katholick vermehret auch selbst die Anzahl dererjenigen, welche durch ihre Unsinnigkeit darthun, daß wenn man von der römischen Glaubenslehre abgeht, man endlich an keine Schrift mehr, an keinen Himmel, keine Hölle glaube,

Sæcul. XII. A.C. 1164. *missi sumus, ut tibi, Sancte Pater! obedientiam & amicitiam Regis nostri offerremus.*

glaube, sondern aufs höchste an einen solchen GOtt der uns nichts gleichwie wir ihn auch nichts angehen, und der sich den Menschen niemal geoffenbaret hat.

Man hat es der Mühe werth geachtet, den Voltaire in einer ans Licht gestellten Schrift Oracle des nouveaux Philosophes 1760. A Berne. zu widerlegen. Allein der Mann ist einmal nur Lacheus- und Verachtungs-werth. Voltaire ist ein zwar anmuthiger französischer Dichter, aber in keiner Art der Wissenschaft gegründet. Es ist in seinem Lehrgebäude kein Zusammenhang, er widerspricht sich selbst. Die Hölle ist ihm zu heiß und dauert ihm zu lang. Er meynt, ewig strafen sey nicht GOttes sondern eines Tyrannen Werk. In seinem Buch Henriade erscheinet der heilige Ludwig, König in Frankreich, dem König Heinrich dem IV. und berichtet ihn, daß es keine Hölle gebe. Er glaubet die Materie könne denken, und der Mensch sterbe wie ein Hund mit Leibe und Seele. Er saget, wie die Manichäer, in dieser Welt sey nicht alles gut und recht erschaffen, denn es hätte vieles können verbessert werden.

Der ehemalige grosse Minister in Frankreich Cardinal Fleury hat dem Voltaire einen höflichen Befehl zustellen lassen, Frankreich zu räumen, und sich ja nicht mehr zu bemühen dahin zu kommen. Er geht zum König in Preussen, dem er in seinen

Versen

feramus, quod ut decentius fieret, viros in toto Regno suo maximos delegit. Is etiam sub initia Pontificatus tui haud ambiguæ fidelitatis suæ documenta dedit; unde credimus, nullum in orbe Christiano Principem inveniri posse, cujus magis sincera Religio, aut majus pacis conservandæ, in omnibus quæ ipsum tangunt, desiderium sit. Sed & Archiepiscopum Cantuariensem prudentia commendat & discretio, nisi quod aliquibus in amore scrutandi res subtiles nimius videatur. Denique si modo dissensio inter Præsulem & Regem orta non esset, beate vivere sub tam bono Principe & tam bono Pastore posse-

Sæcul. XII. A. C. 1164. Comes Arundeliæ.

Versen grosses Lob beyleget, weil sich dieser Fürst nicht bekümmert ob jemand einer geoffenbarten Religion zugethan sey oder keiner. Und siehe, er wird auch von Berlin, allwo man nicht fraget, was einer glaubet, sondern nur ob er ein honête Homme ist, gnädigst weg geschaffet, und ziehet nach der Schweitz. Das giebt ein schlechtes Vorurtheil von der Ehrlichkeit des Herrn Voltaire. Kurz, Voltairs Schriften taugen zu nichts, als seine Leser zu verderben, und die gelehrte Monatschrift zu Leipzig mit Auszügen, sonderlich wenn er die ganze Christliche Religion und die römischen Päbste meisterlich verhöhnet (denn die lutherische Censur thut diesen Herren nichts) zu schmücken und gar anmuthig zu machen.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

possemus. Supplices proinde te rogamus, ut reducendæ inter nos paci studeas. Comite hæc in lingua patria elocuto, omnes modestiam viri & moderationem laudarunt.

Papa jam antea litis causam edoctus, Regiis Legatis edixit; se nihil de hac re posse decernere, Archiepiscopo Cantuariensi absente. Sed illi venturum expectare nolebant, *non enim*, ajebant, *ultra temporis spatium a Rege præscriptum in Curia Papali versari nobis licet*, urgebantque mitti Legatum, qui causam in Anglia definiret. Negotium Alexandro Papæ videbatur inextricabile, res erat cum Rege juvene & potente, timebatque, ne si, quod petebat, denegaretur, ad Schismaticos deficeret; quod etiam ejus nuncii, præsertim Laici, minabantur futurum. Contra eo adduci non poterat Pontifex, ut statueret Archiepiscopum in Regnum remittere, in quo Reipublicæ hostis credebatur, & unde non sine prodigii specie effugerat. *Numquid*, ajebat, *mittam Sacerdotem captivum & vinctum cum victore suo armis iniquis pugnaturum?* Molestiam augebant Cardinales, quorum plerique, assueti Regibus velificari, dandum esse aliquid Regis precibus affirmabant. Tandem Papa, firmus persistens in proposito, nihil adversus Archiepiscopum absen-

sentem statuit, & Legati Regis moram non ferentes, dum veniret, nulla accepta a Papa Benedictione in Angliam navigarunt. Quin etiam tanta quanta poterant celeritate Franciam fugerunt, in qua tuto degere vix poterant, tum quod rumor sparsisset, ipsos ingenti auri vi onustos proficiscì, tum quod omnium ordinum homines Archiepiscopo faverent. Papa vero sententiam Northamptoni contra Thomam, ab Episcopis & Baronibus Angliæ latam, nullam esse declaravit. Sæcul. XII. A.C 1164. *I. ep.* 49.

§. XIII.

Thomas in conspectu Papæ.

Inter hæc Thomas ex Monasterio Bertinensi profectus, Abbate illius loci & Milone Episcopo Teruanensi comitantibus, Sūessionem deducitur. Altera die Rex Ludovicus advenit, & comperto, Archiepiscopum in illa urbe versari, ad ejus hospitium pergit, & de equo descendens prior Præsulem invisere dignatur. Lætitiam deinde professus, quod tantum virum in Regno suo conspiceret, securitatem promisit, quin etiam omnia necessaria a sua liberalitate accipere propemodum rogavit. Inde post paucos dies discedens Thomas, Regiæ Familiæ Domesticis præsidium præstantibus, Senones ad Papam pervenit. Tepide quidem *c.* 10.

Sæcul. XII. A. C. 1164.

exceptus est a Cardinalibus, sed introductus est ad conspectum Papæ, qui, in tanta calamitate Præsuli condolens, eum altera die præsentibus Cardinalibus exilii sui causam exponere jussit. Omnibus igitur convocatis, cum Thomas primus a Papa sedens, surgeret ad dicendum, jussus est sedens loqui. Et ille: *Quamquam sapientiæ laudem non affecto, non tamen usque adeo fatuus sum, ut ob rem levis momenti Regem meum & regnum fugiam. Nam si Regis voluntati simpliciter morem gerere vellem, nemo non in Anglia meam veneraretur potentiam, nec ullo conciliatore mihi opus esset, qui me in Regis gratiam reduceret. Verum quia Ecclesiæ Cantuariensis splendor nostra ætate obfuscatur, mille mortis genera, si tot occurrerent, libentius exciperem, quam mala quæ patitur dissimularem. Porro vestris oculis, quid rei subsit, explorate.* Tum Scriptum producens, in quo Consuetudines legebantur, cum lacrymis dixit: *Ecce, quæ statuit Rex Angliæ contra libertatem Ecclesiæ Catholicæ. An hæc sine dispendio animæ silentio præterire liceat, vos videritis.*

Consuetudinibus perlectis, nemo lacrymas tenuit, iique etiam qui prius adversabantur, jam una voce affirmabant, in persona Archiepiscopi Cantuariensis universali Ecclesiæ succurrendum esse.

Domi-

Dominus vero Papa lectis & diligenter attenteque relectis singulis capitulis, acerrime motus, Archiepiscopum dure increpat, quod cum ceteris Episcopis consensisset, & inquit: licet nihil boni in his capitulis occurrat, quædam tamen Ecclesia utcunque posset tolerare, sed pleraque antiquis Conciliis & constitutionibus Ecclesiasticis repugnant. Tum ad Archiepiscopum conversus ait: *Tecum vero, Frater, lenius agendum est, quia mox post casum resurgere conatus es & nostræ absolutionis beneficium accepisti, quod tibi eo libentius nunc quoque impertimur, quanto majora pro Ecclesia reliquisti, & graviora perpessus es.* Sæcul. XII. A. C. 1164. Sup. n. 5.

Postera vero die, Papa & Cardinalibus in secretiore conclavi residentibus, cum intrasset Thomas, ait: *Gemens fateor, quod has Ecclesiæ Anglicanæ turbas mea culpa suscitaverim. Ascendi in ovile Christi, sed non per ostium, & a terrore publicæ potestatis intrusus, etsi invitus. Verum si ad Regis comminationem, ut Collegæ mei suadebant, Episcopatum abjecissem, Catholicæ Ecclesiæ pernicioſum exemplum reliquissem. Nunc vero cognoscens ingressum meum minus Canonicum, timens ne sequantur deteriora, & sentiens vires meas oneri impares, id ipsum vobis præsentibus ago, & in manu tua, Sancte Pater, Archiepiscopa-* c. 12. S. Thomas resignans.

Sæcul. XII. A.C. 1164.

tum Cantuarienſem reſigno. Moxque annulum digito ſuo detrahens rogabat Papam, inter obortas lacrymas, ut huic Eccleſiæ digniorem Paſtorem præficeret. His verbis Thomas ad collacrymandum cunctos compulit.

Thoma deinde ſecedente, Papa de his cum Cardinalibus conferre cœpit. Quidam ſentiebant, oblata occaſione, Regis iram facilius ſedari poſſe, ſi alius Eccleſiæ Cantuarienſi Archiepiſcopus daretur, & Thomæ aliud Beneficium, quod quiete obtinere poſſet, conferretur. Alii exiſtimabant, rationi non conſentire, quod is, qui non ſolum divitias & gloriam, Dignitatem Auctoritatemque, ſed & vitam pro libertate Eccleſiæ ſummo diſcrimini expoſuiſſet, ad Regis libitum jure ſuo privaretur. Dicebant, ceteris Epiſcopis proponendum eſſe exemplum Regibus reſiſtendi in ſimili cauſa. Timendum enim, ne Thoma Archiepiſcopo cadente, nemo deinceps auderet, Principum voluntati ſe ſe opponere, ſicque ſtatus Catholicæ Eccleſiæ, & Papæ auctoritas vacillaret. Expedire igitur ipſum vel invitum reſtitui, & contra quemcunque defendi. Placuit omnibus hæc ſententia, & Papa Thomæ ad conventum revocato præcepit, ut de manu ſua munus Paſtorale denuo reciperet, promiſitque nunquam fore, ut ipſum

deſti-

destitueret. Verum adjecit, ut discas pauper vivere, & modo tempori congruo, te manibus hujus Abbatis committo, apud quem diversaberis, usque dum fors mitior succedat. Erat is Abbas Guiscardus Pontiniacensis, exinde Archiepiscopus Lugdunensis, quem eo consilio Papa adesse jusserat. Ergo Thomas cum quibusdam suorum Pontiniacum profectus, credidit recipiendum sibi esse habitum Monasticum, ut dignus Archiepiscopus Cantuariensis esset; in Historiis enim legerat, nunquam jurgia in Regno Angliæ fuisse exorta, nisi cum viri, non Monachi, in Cathedra Cantuariensi sedissent. Quare missis ad Papam nunciis laneam vestem grossioris contextus, ejus manibus benedictam, accepit. Ceterum Archiepiscopus Pontiniaci quiete fruebatur, sibique in illo secessu tanquam in virtutis schola positus videbatur. Sæcul. XII. A.C. 1164.

§. XIV.

Thomæ propinqui proscribuntur.

Sed post aliquod temporis spatium solitudinis dulcedinem exules turbaverunt, qui Archiepiscopum adibant. Quippe Rex Angliæ, offensus, quod ex Anglia fugientem Rex Franciæ & Papa benevolentissime excepissent, & præsidium concederent, non Archiepiscopi

Sæcul. XII. A.C. 1164.

modo, sed etiam bona omnium illorum, qui Thomam quacunque agnatione contingerent, quin & amicorum fautorumque, Fisco addixit. Præterea nec senibus decrepitis, nec infantibus in cunis, nec mulieribus puerperis parcens, e regno ejecit cunctos, jurejurando adstrictos, quod ad Archiepiscopum, ubicunque terrarum degeret, se collaturi essent, ut sua præsentia magis affligerent. Tandem pro Thoma in Ecclesia orari vetuit. Itaque multi, in exilium migrare jussi, singulis diebus ad Archiepiscopum confluebant, quamvis complures in Flandria subsisterent, quos Papa, eorum ætate, sexu & aeris intemperantia pensatis, ab edito juramento absolvit. Ceteri Pontiniacum veniebant, Archiepiscopi aures clamoribus & lamentis ob mala, quæ ipsius causa perferre cogebantur, fatigantes. Ipse cum omnes apud se detinere non posset, eos in varias cum Epistolis commendatitiis mittebat. Ubique vero inveniebant subsidium, tum quod ipsi omnium misericordiam excitarent, tum quod plerique Regis Angliæ crudelitati indignarentur. Quin etiam non nulli ex proscriptorum numero fassi sunt, sibi in exilii loco melius esse quam prius in patria sua.

vit. c. 11. c. 14. Gervas. Chron. 1165.

§. XV.

§. XV.

Sæcul. XII.
A.C.1164.

S. Gilberti Sempringamenſis conſtantia.

Nullius illorum, qui S. Archiepiſcopi cauſa perſecutionem ſuſtinuerunt, major conſtantia quam S. Gilberti Sempringamenſis fuit. Ad Regis aures delatum fuerat, quod Gilbertus aliique de ejus familia Thomæ in Francia exuli magnam argenti copiam transmiſiſſent. Quamvis vero falſa eſſet accuſatio, quia tamen fidem invenit, Gilbertus, omnes Præpoſiti & Ordinis illius Procuratores coram Prætoribus Regis reſpondere compulſi ſunt, atque in mandatis acceperant judices, ut ſi hujus facti convincerentur, cunctos ſolum Angliæ vertere juberent. Judices commiſeratione Gilberti, cujus ſanctitatem non ignorabant, moti, modum obtulerunt, quo ſe ab hac accuſatione extricaret; ſi juramento ſe purgaret, promittentes, quod ſic Abbatem cum ſuis abſolutum dimiſſuri eſſent. Verum Gilbertus edixit, ſe potius exilii calamitatem amplexurum eſſe, quam hujusmodi juramentum editurum. Etſi enim ſciret, juramentum, comite veritate, juranti nocere non poſſe, ſed magis illi, qui alium ad jurandum compellit, mali exempli rem fore exiſtimavit, in

vit. Gilb. mon. Angl. to. 2. p. 684.

Sæcul. XII. A.C. 1164.

tali causa juramento objecta diluere, quasivero crimen esset, Episcopo, pro Ecclesiæ utilitate persecutionem patienti, solatium & auxilium præbere. Ipso igitur jurare recusante, & Judicibus eum damnare tergiversantibus, aliquamdiu Londini cum suis commoratus est, qui cognoscentes periculum, propediem fore, ut e domibus suis expellerentur, ob detrectationem juramenti, quod ipsi libenter præstarent, timore & tristitia afficiebantur, dum contra Gilbertus lætitiam maximam profitebatur. Ecce autem, cum præstituta dies illuxisset, omnesque mandatum abeundi e regno expectarent, adsunt nuncii, a Rege ultra mare commorante missi, literas afferentes, jubere Regem causam Gilberti differri, quoad per se ipsum de hac re amplius cognosceret. Illico Gilbertus cum suis dimittitur, tuncque, libertati restitutus, coram Judicibus affirmavit, nulla utens juramenti formula, simpliciter falsum esse, quod sibi fuerat objectum. Tanta Gilberti constantia in omnium animis admirationem peperit. Ceterum, post hæc annos viginti tres vitam traxit, & in Sabbato die quarta Februarii, qua die ab Ecclesia colitur ejus memoria, anno millesimo centesimo octogesimo nono, in Domino obdormivit.

Monast. Angl. to. 3. *p.* 691.

§. XVI.

Sæcul. XII.
A.C. 1164.

§. XVI.

Thomas Pontiniaci.

Thomas vero dolens, quod amicis ſuis tot ærumnarum cauſa eſſet, Pontiniaci degens rigorem pœnitentiæ auxit. Præter cilicium, quo corpus continuo *vit. II. c. 15.* conſtringebat, & flagella, quibus ſe a ſuis ſecreto percuti jubebat, Monacho ſibi ad menſam miniſtranti præcepit, ut ſibi ſingulis diebus præter cibos delicatiores, qui ipſi apponebantur, etiam portionem communem totius Congregationis occulte præberet; nam animo conſtituerat, nullo alio ferculo refici. Ergo per aliquot dies nihil cibi niſi legumina exſiccata & inſipida cepit, juxta menſuram, quæ tunc temporis in Ordine Ciſtercienſium ſervabatur. Sed iſtud alimentorum genus, ab illa lautitia, cui Thomas ab ineunte ætate adſueverat, usque adeo diverſum, gravem ei morbum conciliavit, iterumque uſum ciborum, ſanitati ſuæ magis proficientium, repetere coactus eſt.

Inter hæc per nuncios hinc & inde *c. 16.* miſſos negotium inter Papam & Regem Angliæ agitabatur, de celebrando conventu, in quo de reſtituenda pace ſermo conſeri poſſet. Promiſit Rex, ſe ea conditione venturum eſſe, ſi Thomas non veniret, nam, ſi ipſe adeſſet, ſe nec Papam

Sæcul. XII. A.C. 1165.

pam inviſurum. Contra Thomas Papa ſcripſit; ne ſe abſente Regi colloqueretur. *Novi*, inquiebat, *hujus Principis ingenium. Fallet, S. Pater, facilitatem tuam, niſi interſit interpres, cui Regis aſtutia explorata ſit.* His monitis inſtructus Papa Regi reſpondit, in hunc modum: *Res eſt de Eccleſiæ Romanæ benignitate inaudita, quemquam ideo ſolum fuiſſe rejectum, quod id fieri Princeps petierit, multo minus virum Juſtum in exilium pulſum. Quin potius id juris Sacræ Sedi eſt, ut Epiſcopos oppreſſos, indignantibus licet Principibus, foveat & tueatur.*

Ita celebrandi conventus propoſitum evanuit.

§. XVII.

Comitia Herbipolenſia.

to. 10. Conc. p. 1438. *Guil. Neubr. II. c. 16.* *Chr. Reicherſp. &c. an. 1168.* *Lup. 1. ep. 72*

In Germania Fridericus Imperator frequentiſſima Comitia Herbipoli in Franconia vigeſima tertia Maji in Feſto Pentecoſtes anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto celebravit, quibus cum inter ceteros intereſſet Arnoldus, electus Archiepiſcopus Colonienſis, dixit; Imperatorem contra Rolandum (ita Alexandrum Papam nominabat) nihil acturum eſſe, niſi conſilium, quod modo ſuggeſturus eſſet, ſequeretur. Nam potior pars Imperii, inquiebat, Alexandro favet, ac præter alios Archiepiſcopi Salisburgenſis & Moguntinus. Ego vero ad obe-

obedientiam Papæ noſtri Paſchalis plures Epiſcopos, quam nos hic ſumus, adduxi, videlicet tot Præſules, quot ipſi Rex Angliæ, numero plures quam quinquaginta, exhibebit. Sæcul. XII. A.C. 1165.

Ut autem id quod dicebat probaret, duos Clericos a Rege Angliæ miſſos Joannem Oxonienſem & Richardum Iveloceſtrienſem obtulit. Quippe Rex Angliæ, Alexandro Papæ infenſus, ad Archiepiſcopum Colonienſem Epiſtolam dederat, in qua dicebat, quod ſuadentibus omnibus ſuis Baronibus, & Clericis conſentientibus, ſtatuiſſet, Romam mittere Archiepiſcopum Eboracenſem, Epiſcopum Londinenſem, Archidiaconum Pictavienſem, Joannem Oxonienſem & Richardum *de Luci*, qui Alexandro Papæ, ejusque Cardinalibus denunciarent; Thomam tueri deſinerent, intactam relinquerent Regi libertatem, Cantuariæ alium Archiepiſcopum conſtituendi, quæcunque egiſſet Thomas irrita & invalida pronunciarent, & tandem promitteret Papa, quod ipſe ejusque Succeſſores Conſuetudines Angliæ, eo modo quo, Henrico primo regnante, viguiſſent, ſervaturi eſſent, niſi vellent, Regem Henricum ſecundum, relicto Alexandro, ad partes alterius tranſire. Quare rogabat Archiepiſcopum Colonienſem, ut ſibi Equitem Hoſpitalarium mitteret, qui Legatis

vit. S. Tho. ll. c. 20.

I. ep. 66.

Sæcul. XII. A.C. 1165.

gatis ſuis per ditiones Imperatoris proficiſcentibus præſidio eſſet. Archiepiſcopus Colonienſis, accepta hac Epiſtola, Imperatorem conſuluit, quid reſponderi vellet, qui reſcripſit, id Regis Angliæ precibus omnino dandum eſſe. Miſſus eſt igitur Hospitalarius, nomine Frater Rudolphus, qui Regis Angliæ nuncios, Romam ituros, Joannem Oxonienſem & Richardum Iveloceſtrienſem * per terras Imperatori ſubjectas deduxit.

* al. Ivecestrenſis.

Cum hos Archiepiſcopus Colonienſis in Conventu Herbipolenſi produxiſſet, pollicitus eſt Imperator, ſe Archiepiſcopi conſilium amplexurum eſſe, quod ille aperuit in hunc modum: *Imperator in conſpectu totius Curiæ ſuæ juret, quod nullo unquam totius vitæ ſuæ tempore Rolandum Papam, vel quemcunque hominum ejus partibus adhærentem recipere velit, ſed vinculo perpetuo & indiſſolubili Paſchali Papæ adſtrictus perſeveret. Si vero Imperatori mori ante contingat, ejus Succeſſores idem juramentum ſervent. Principes Imperii Fridericus Imperator ad jurandum compellat, & promittendum, quod Regi Friderici Succeſſori coronam neutiquam velint imponere, niſi ad id ipſum jurejurando ſe obſtringant. Principes poſtquam ad ſua reverſi fuerint, hoc jusjurandum ab omnibus Abbatibus, Præpoſitis aliisque Præfectis*

ep. 72.

Eccle-

Ecclesiasticis, a militibus ceterisque omnibus, Feuda in suo Territorio possidentibus exigant, & si imperatum detrectent, bona eorum ærario Principis addicantur, ipsi gradu suo dejiciantur, officiis priventur, proscribantur.

Sæcul. XII. A.C.1165.

Placuit Imperatori datum consilium; sed non nullis Præsulibus durum admodum & molestum videbatur, atque Archiepiscopus Magdeburgensis edixit, nullum se præstiturum juramentum, nisi prius Colonienſis Ordines & Consecrationem reciperet, quo omnem dubitationem, an sincere ageret, ab suo & aliorum pectore removeret. Quod cum Colonienſis promittere nollet, Imperator acriter eum aggressus, *Manifeste*, inquit, *proditorem & deceptorem te exhibuisti, cum Papam mihi præfeciſti ignoranti, & antequam redditæ tibi fuissent literæ, quibus imperabam, ne ad quamcunque electionem procederes. Magis mihi proditor es quam Archiepiscopus Moguntinus, quem reum hujus criminis deferebas, salubre consilium mihi dantem; ne novo Successori me submitterem, postquam me Deus a Victore fatis functo liberasset. Nunc igitur laqueum, quem parasti, primus indue. A te solo hoc juramentum exigendum esset, etiamsi id omnes alii recusarent.*

Archiepiscopus Colonienſis.

His

Sæcul. XII. A. C. 1165.

His anguſtiis preſſus Archiepiſcopus Colonienſis, cum dicta retractare non poſſet, cum maximo fletu primus quod propoſuerat edidit juramentum, promittens quoque, Ordines ſe & Conſecrationem Epiſcopalem recepturum eſſe. Tum memoratos nuncios Regis Angliæ exhibuit, qui Regis ſui nomine jurarent, ipſum quoque conſtanter obſervaturum eſſe, quidquid Imperator juraſſet. Præſtitit ergo juramentum Imperator, addita tamen conditione, quam Archiepiſcopus Magdeburgenſis ſuggeſſit, si duos Papas Alexandrum & Paſchalem ſub idem tempus mori contingeret, & Cardinales utriusque partis in aliquem unanimiter conſentirent, libere eum poſſet recipere, ſi modo, quod monente Archiepiſcopo Colonienſi adjectum, electio conſentiente Imperatore peracta eſſet. Deinde Principes quatuor tunc præſentes, nempe Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgi, Albertus ſenior, Conradus * Comes Palatinus Rheni Imperatoris frater, ejusque ſororius Ludovicus Landgravius, idem juramentum ediderunt.

Acta Concilii abuli Herbipolenſis.

*forte Otto.

Cum vero ad Epiſcopos ventum eſſet, dicerentque omnes, excepto Verdenſi, malle ſe Regalibus cedere, quam hujusmodi Sacramenta præſtare, reſponſum eſt, oportere eos, vellent nollent.

nollentve, juramento se alligare, & Regalia retinere. Jurandum fuit igitur, etiam inter fletus & planctus. Primus Sacramentum edidit Magdeburgensis, his adjectis pactis, si omnes alii, qui aberant, juraturi essent, & ab hoc juramento solutus esset, si aliquando Regalia non possideret. Episcopus Bambergensis, diu tergiversatus, juravit, quod quamdiu bonis Regalibus esset potiturus, Imperatorem in hoc negotio consilio & ope adjuturus esset. Episcopus Verdensis & ille qui Halberstadii intrusus erat, absolute, sicut etiam Colonienses, jurarunt. Episcopi Virdunensis, & Frisingensis excusantes se, quod eorum Metropolitæ abessent, inducias usque ad Festum S. Petri obtinuerunt. Huic Conventui nec Patriarcha Aquilejensis, nec Archiepiscopus Salisburgensis, nec Trevirensis, nec ullus ex eorum Suffraganeis interfuerunt (*). Ceterum Archiepiscopus Moguntinus tunc erat Conradus, Ottonis Comitis Palatini frater. Is ab aula Imperatoris clam fugiens, eodem

Sæcul. XII. A.C.1165.

Chron. Reicherſp. v. Pagi. an. 1663. n. 16. 1. ep. 70.

(*) Id ita accipiendum est, quod plurimi abfuerint; nam Virdunensis Suffraganeus Trevirensis & Frisingensis Suffraganeus Archiepiscopi Salisburgensis erat, uterque his Comitiis præsens.

Sæcul. XII. A. C. 1165.

dem anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto, in Franciam venerat ad Alexandrum Papam, quem in Italiam ſecum profectum Papa Cardinalem & Epiſcopum Sabinenſem creavit. Conrado diſcedenti Imperator in Sedem Moguntinam Chriſtianum Cancellarium ſuum, quem anno milleſimo centeſimo ſexageſimo primo eligi curaverat, ſubrogavit.

Quamvis vero pauciſſimi Epiſcopi Conventui Herbipolenſi interfuiſſent, Imperator nihilominus, data de hac re Epiſtola, dicebat, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, qui ſe Sacramento obſtrinxiſſent, fuiſſe numero quadraginta. Nempe illos quoque complectebatur, qui electi tantum erant, nam addit, quod in Sabbato quatuor temporum cuncti Sacros Ordines acceperint. Dicebat præterea omnes Principes Sæculares juraſſe; ſed illos tantum quatuor nominat, quos memoravimus. Tandem adjiciebat, ſe promiſiſſe, quod nunquam abſolutionem ab hoc juramento petiturus eſſet. Hæc Epiſtola ad omnes Imperii populos dirigitur, Herbipoli prima die menſis Julii data. Imperator præterea Imperii Principibus ſigillatim ſcripſit, quod ex Epiſtola ad Abbatem Stabulenſem data diſpicimus.

§. XVIII.

§. XVIII.

Sæcul. XII. A. C. 1165.

Querelæ Pontificis contra Regem Angliæ.

Alexander Papa per nuncios celeriter edoctus, quid Herbipoli actum esset, datis illico literis ad Gilbertum Episcopum Londinensem, cujus apud Regem Angliæ maxima erat auctoritas, conquestus est, quod hic Princeps Ecclesiam deseruisset, communicans cum Schismaticis, hominibusque nominatim excommunicatis. Quod etiam Ecclesiam Matrem suam in Persona Archiepiscopi Cantuariensis persequeretur. Hinc Papa Gilberto præcipit, ut cum Roberto Episcopo Herfordiensi operam jungat, & ambo Regem ad officium suum erga Romanam Ecclesiam omnibus viribus reducere conentur. Ne videlicet Romam iter facientes aut ad Sacram Sedem appellantes impediat, Archiepiscopum vero Sedi suæ restituat, & Ecclesiam, quam in provinciis sibi subjectis opprimere diceretur, suo præsidio custodiat. Tandem Papa Episcopo curam committit, colligendi Denarium S. Petri per universam Angliam pro anno illo currente, quam pecuniam ea qua posset celeritate transmitteret. *Interim autem*, inquit, *donec eam acceperis, partem vel ex tuo, vel ex*

1. *ep.* 37.

Sæcul. XII. A. C. 1165.

alieno ære, si mutuum invenire possis, nobis præbebis, & quantum suggesseris, tantum in debitam restitutionem de ipsa summa detrahes. Tam gratum nobis facies, ac si dono dares. Videlicet Papa ad iter in Italiam suscipiendum pecunia indigebat. Hæc Epistola Claromontii in Arvernia decima Julii anno millesimo centesimo sexagesimo quinto data est.

Tunc enim Papa in itinere constitutus erat, Romam rediturus, ubi, ex quo Octavianus Antipapa fatis functus erat, avide exspectabatur. Post Festum Paschæ, quod illo anno millesimo centesimo sexagesimo quinto in diem quartam Aprilis incidebat, relictis Senonibus Lutetiam venit & inde Biturigas, ubi S. Thomas Cantuariensis, Papam huc usque comitatus, ei vale ultimum dixit. Biturigis Papa Claromontium commeavit.

Act. ap. Baron.

§. XIX.

Rex Angliæ defenditur.

1. *ep.* 38.

Episcopus Londinensis Summo Pontifici respondit in hunc modum: *Acceptis mandatis tuis, Carissime Pater, ea qua par est reverentia, omni mora abjecta, ego & Episcopus Herfordiensis Regem adivimus, etsi jam exercitum suum duxisset in Walliam. Correptionem tuam suscepit gratias agens, & filiali modestia respondit. Primo dicit, quod nunquam cessavit*

ceſſaverit, te ut Patrem ſuum amare & mandatis tuis obedire. Si vero ab aliquo tempore amor ejus tepeſcere viſus eſt, iſtud inde factum, quod poſtquam tibi in adverſis laboranti obſequium, ut poterat, præſtitiſſet, tu ferme omnia, quæcunque a te petiit, denegaveris. Nihilominus fidem tibi conſtanter ſervaturus eſt, & promittit, ſe nec inpoſterum, quod hucusque nunquam fecit, quemquam ab itinere Romano vi adhibita abſtracturum. Quod ſpectat ad Appellationem; id juris ſibi eſſe credit, ut prohibeat quemquam Clericorum e Regno ſuo exire, niſi prius Juſtitiam ſibi adminiſtrari in Anglia petierit. Sciebat Rex, Imperatorem eſſe Schismaticum, ſed huc usque ignorabat, quod ipſum excommunicationis cenſura perſtrinxeris. Dicit, ſe nunquam Archiepiſcopum Cantuarienſem expuliſſe. Cum igitur ſponte ſua diſceſſerit, ad Eccleſiam ſuam redire poteſt, ſi lubet, dummodo Regi juſtas querelas moventi ſatisfaciat, & Conſuetudines Regias, quod ſe facturum edito juramento promiſit, ſervet. Si quæcunque Eccleſia aut perſona Eccleſiaſtica actionem moveat, quod opprimatur, Rex in judicio totius Eccleſiæ ſtare non recuſat. Sæcul. XII. A. C. 1165.

Habes jam, S. Pater, reſponſa Regis, obſecro te, cogita, quem exitum tanti momenti negotio parare velis. Rex enim

Sæcul. XII. A. C. 1165.

innocentiam suam exinde satis clare demonstratam existimat, quod omnia, quæ hactenus dicta sunt, Ecclesiæ Anglicanæ judicio subjiciat. Quare, etiam atque etiam rogamus, zelo tuo moderare ad tempus, ne si in sententiam Interdicti vel excommunicationis prorumpas, maximo mox dolore videre cogaris Ecclesias ingenti numero eversas, Regemque & populum innumerabilem in omne tempus a tua communione præcisum. Præstat, membrum utcunque vulneratum, capiti cum spe recuperandæ sanitatis junctum esse, quam separatum & in perpetuum ab eo avulsum. Quid enim, si monita tua hodie non recipiuntur, an ideo de Gratia Dei desperandum? an non potius aliud tempus expectandum, quo admittantur? vincetur ingenium Regis, si non nihil indulseris. Mansuetudine, lenitate & patientia ferocem flectes. Sine, ut dicam, nam Caritas urget me; si hujus litis finis erit Archiepiscopi Cantuariensis, Bonis suis spoliati, æternum exilium, & Anglia, quod bonum Numen avertat, tibi nunquam non refractaria, tunc profecto intelliges, tu tibi & Ecclesiæ multo melius consulturum fuisse, aliquid ad tempus dissimulando, quam tantam severitatem intempestive adhibendo. Dabo, complures ex nobis tibi fideles & obedientes, non obstante persecutione, permansuros; at facile inveni-

invenietur aliquis, qui Antipapæ adulabi- Sæcul. XII.
tur, & de ejus manu Pallium Eccleſiæ A.C. 1165.
Cantuarienſis accipiet. Erunt alii, qui ideo aſſentabuntur, ut Sedes noſtras Epiſcopales poſſint invadere. Multi jam hodie futurarum rerum cogitatione delectantur, & turbas turbis cumulari exoptant, ut in turbido piſcentur. Nos quidem neutiquam privatis commodis movemur, ſed triſti Eccleſiæ ſorte, quæ noſtræ cervici impendet, & cujus ne ſpectator eſſe compellar, Cælum precor, ut celeri potius morte me rebus humanis eripiat. Hucusque Epiſcopus Londinenſis (*).

(*) Sapiens profecto hujus Epiſcopi Londinenſis conſilium, quod ſecutus Alexander Papa III. nec Angliam Interdicto conſtrinxiſſe, nec Regem excommunicationis fulmine percuſſiſſe legitur; etſi deinde S. Thomas majore rigore in quosdam uſus fuerit. Ceterum, acre jurgium hujus temporis funeſto Eccleſiæ Anglicanæ Schismati Sæculi XVI. præluſiſſe videtur, quod deplorat Eminentiſſimus Cardinalis noſter Sfondrati in Regali Sacerdotio Paragrapho ſecundo pag. 125. Typis Monaſterii S. Galli. Et Doctrinam moderationemque Summis Pontificibus ſuggerit, illi ſimillimam, quam Gilbertus Londinenſis Alexandro III. proponebat. Loquitur autem in hæc verba: *Suadet Cardinalis Volſæus Henrico VIII. Regi Angliæ. Catharinam Imperatoris Materteram repudiet: Et facile*

Sæcul. XII. A.C. 1165.

Gilbertus Londinensis.

Rex Angliæ, seu verius idem Episcopus Gilbertus, Regis sui nomine, in eundem sensum Collegio Cardinalium scripsit. Commemorat, quantum Alexandro

---

facile persuasit aliam amanti; ea fuit Anna Bolena ex Catharinæ gynecæo. Petita a Julio II. Pontifice Max. dispensatio, sed negata, quod diceret, constante primo matrimonio eam dari non posse. Rex amore victus Annam occulte prius dein aperte & cum apparatu ducit. Papa excommunicationem minari. Intercessit tamen excommunicationi Franciscus I. Rex Galliarum, impetravitque terminum etsi angustum, pœnitentiæ Henrico præscriptæ; die ultima jam consumta, nec apparente Nuncio in Angliam dimisso, diræ in Henricum pronunciatæ, publicisque locis affixæ. Vix biduum fluxerat, & ecce! nuncium & literas ab Henrico obsequii & reverentiæ plenas, quibus Pontifici causam submittebat; sed divulgata jam sententia, & paulo post in Angliam appulsa, tantum iræ concepit Rex, ut Papam ejurarit, seque Caput Ecclesiæ jusserit. Recepti in Angliam Lutherani, & Fides toto Regno expulsa: huc ira & indignatio pervenit. Pœnituit enimvero Papam biduum non expectasse; tantula enim mora Angliæ Regnum constabat. Sed Imperatoris amici Pontificem impulere, quos fero didicit verissime a Philosopho dictum: Dandum semper est tempus; veritatem dies aperit.

Huc usque Cardinalis Sfondrati.

xandro Papæ faverit, & quod non ipse modo lubentissime eum Papam receperit, sed etiam alios eidem amicos & subditos conciliaverit. Conqueritur, quod a Papa velut Ecclesiæ hostis & persecutor increpetur; profitetur tamen, se esse obedientem filium, ejusque affectum Paternum quærere, si modo ipse a Papa, sicut Antecessores sui a Pontificibus superioris temporis, haberetur. Tandem edicit, se judicium Clericorum & Regni sui Principum, quorum jura & prærogativas antiquas conservare studeret, semper amplexurum. Sæcul. XII. A. C. 1165. II. *ep.* 41.

Alexander Papa Episcopis quoque, Regi Angliæ citra mare subjectis, nimirum Archiepiscopo Rotomagensi, Archiepiscopo Burdigalensi, eorumque Suffraganeis scripserat, conquerens, quod ipsorum Rex cum Rainoldo Archiepiscopo Colonienſi communicasset, & Nuncios ad Fridericum Imperatorem misisset. Ad hæc Rotruvius Archiepiscopus Rotomagensis Henrico Presbytero Cardinali rescripsit in hunc modum: *Regis Angliæ nomine sancte affirmamus, quod neutiquam vel ipse vel ejus Legati jusjurandum ediderint, & Imperatori promiserint, eum ad Antipapam defecturum esse. Contra vero certissime scimus, quod in illis pactis nuptialibus, quamvis per triduum Germani vehementissime insta-* I. *ep.* 98. I. *ep.* 102.

Sæcul. XII. A.C. 1165.

rent, nihil prius ratum habuerit, quam posita prima conditione; se semper Ecclesiæ & Regi Franciæ fidem integram servaturum. Ita Rotruvius Angliæ Legatorum acta, antequam ab Imperatoris curia rediissent, falsa esse denunciat. Ceterum fœdera illa nuptialia inter Henricum Leonem Ducem Saxoniæ & Mathildem filiam Regis Angliæ natu majorem tractabantur.

l. ep. 41.

Alexander Papa, accepto Episcopi Londinensis responso, acquiescere visus est, gratiasque egit, quod curam gereret Regis in officio erga Ecclesiam continendi. Rogavit, ut ad consequendum hunc finem cum Archiepiscopo Rotomagensi, Episcopo Herfordiensi & Mathilde Imperatrice operam jungeret. Data est hæc epistola vigesima secunda Augusti anno millesimo centesimo sexagesimo quinto in loco, qui tunc *Gradus Mercurii* dicebatur, eratque ostium Rhodani prope Magalonam.

V. Baudr. Gradus.

§. XX.

Reditus Alexandri Papæ Romam.

Act. ap. Baron. to. 10. Conc. p. 1336. ep. 71.

Nam Pontifex iter suum prosequens Claromontio Anicium in Arvernia, & inde Montispessulum pervenit, ubi usque ad Festum Dominæ Nostræ in mense Augusto commoratus est. Ex illa civitate, data ad Regem Franciæ epistola, roga-

rogavit, ut si in Regno ejus vel Episcopatus vel quædam Abbatia decedente Præsule vacaret, hujusmodi Beneficium Thomæ Cantuariensi conferri curaret, ex quo ipse cum suis sustentaretur, quoad demum cum Rege Angliæ rediret in gratiam. Scripsit quoque Papa Regi Franciæ, commendans nuper electum Episcopum Carnutensem, qui Regis jussu Pontificem salutaverat. Erat is Guilielmus *candidis manibus*, filius quartogenitus Theobaldi IV. Comitis Campaniæ, Regi affinitate junctus; quippe Parens ejus, Guilielmo filio a prima ætate Dignitates Ecclesiasticas destinans, S. Bernardum rogaverat, ut ei faveret, quam curam recusans S. Abbas responderat, hujusmodi officia illis tantum deberi, qui ea digne obire & possent & vellent, nec licitam rem esse etiam adultis, plura possidere. Guilielmus *candidis manibus* primum fuit Præpositus ad S. Cyrum Provini, tum, Roberto II. Episcopo Carnutensi vigesima tertia Septembris anno millesimo centesimo sexagesimo quarto ad æterna translato, anno sequente ad Sedem vacantem evectus est, concessitque Alexander Papa juveni quinque annorum inducias, quibus elapsis demum consecraretur. In hujus ergo Guilielmi gratiam Papa Regi ipsius affini scripsit, ac in eadem epistola hortatus

Sæcul. XII.
A. C. 1165.

to. 10. Conc. p. 1328. ep. 57. p. 1347. ep. 87.

ep. 271.

Gall. Chron. to. 2. fol. 490.

Rob. de monte ann. 1165.

Sæcul. XII. A.C. 1165.

tatus est, ut causam Ecclesiæ defenderet, nec solicitationibus Friderici Imperatoris mutari se pateretur. Hæc Papæ epistola Montispessulo decima nona Augusti data.

Sub idem tempus in lucem editus Ludovici filius totum Regnum & inprimis Regem patrem ingenti lætitia affecit, diu multis precibus expetitus. Ut hanc gratiam a Deo obtineret Ludovicus cunctorum virorum piorum orationi se commendabat, cumque Capitulum Generale Cistercienſium adiisset, in terram procubuit extensis manibus, noluitque surgere, nisi postquam omnes orassent, & Dei nomine promisissent, brevi filium ei nasciturum esse. Is primo lucem aspexit Lutetiæ Parisiorum illa nocte, quæ inter Sabbatum & Dominicam, diem vigesimam secundam Augusti anno millesimo centesimo sexagesimo quinto intercessit. Eadem die a Mauritio Episcopo Parisiensi baptizatum e sacro fonte levarunt Hugo Abbas S. Germani *de pratis*, Herveus Abbas S. Victoris, & Odo Abbas S. Genovevæ, Constantia Regis Soror Comitissa Tolosæ, & duæ matronæ viduæ Parisienses. Appellatus est Philippus, addito cognomento, *Adeodatus*.

Contin. Aimoin. c. ult. Alber. an. 1165.

to. 10. *Conc. p.* 1333. *ep.* 65. *&c.*

Aliquot abhinc annis, scilicet cum Alexander Papa in Franciam venit anno mil-

millesimo centesimo sexagesimo secundo, adfuere Legati duo Manuelis Imperatoris Constantinopolitani, cum literis & Mandatis arcanis, ad Papam & Ludovicum Juniorem directis. Regi scribebat Manuel, quod ipsius testimonio nixus Alexandrum legitimum Papam recipiat, debito cultu eum prosequatur, & ejus precibus adjuvari petat. Ex quibus cognoscimus, quod Imperator Græcorum se in Communione Ecclesiæ Romanæ existere crediderit. Postea ad Papam, iter Romam ingressurum, epistolam dedit in hæc verba: *Scripsisti mihi, quod nobilissimus Rex Franciæ cum aliis Principibus ad auxilium Terræ Sanctæ ferendum moturus sit. Valde gratum id mihi accidet, ut antea scripsi; transitum concedam & commeatus præbebo. Sed me quoque securum præstari oportet, quod Imperium meum nullis militum vexationibus atteratur, & omnes civitates Turcis in Romania ereptas, quarum Catalogum Apocrysiarii mei ad vos detulerunt, mihi reddatis. Quia vero Sanctitas tua hujus expeditionis auctor est & rector, cupio ut cum exercitu Cardinalem mittas, qui improborum temeritatem refrenet. Nam fieri non potest, ut in tanta hominum multitudine non etiam contumaces & stultos invenire sit.* Hæc epistola mense Martio Indictione decima tertia, nempe anno

Sæcul. XII. A.C. 1165.

Duchesn. to. 4. p. 612. ep. 136. &c.

Manuel Imperator.

ap. Baron. an. 1180.

Sæcul. XII. A.C.1165. anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto, data eſt (*).

Alexander Papa civitate Montispeſſulana intra Octavam Aſſumtionis B. M. relicta, poſt navigationem periculis plenam, Meſſanam appulſus eſt. Quod ubi ad Guilielmum Regem Siciliæ tunc Panormi agentem delatum, mandata miſit, ut Papæ, quem Patrem & Dominum ſuum reverebatur, congruus honor haberetur, juſſitque offerri dona, Regia munificentia digna. Triremen purpureis velamentis ornari, ac inſtructu militari muniri præcepit, qua Summus Pontifex veheretur, & quatuor alias parari, quas Epiſcopi & Cardinales conſcenderent. Mandata cuidam Archiepiſcopo & compluribus Optimatibus dedit, quibus Papam, obſequii cauſa, Romam comi-

(*) Huic epiſtolæ Manuel Imperator ita ſubſcripſit: *Manuel in Chriſto Deo Fidelis Rex Porphyrogenitus, Sublimis, Celſus, Fortis, Auguſtus & Imperator Romanorum Comnenus.* Unde videmus duos adhucdum illa ætate extitiſſe Principes in Oriente & in Occidente, qui ſe Romanorum Imperatores dicerent, quorum alteri ſatis ambiguum & vacillans, alteri nullum Romæ erat imperium. Ceterum ex epiſtola Manuelis ad Regem Ludovicum Francorum data probatur contra Proteſtantes Græcæ & Latinæ Eccleſiæ, in veneratione Romani Pontificis, concordia.

comitari jubebantur. Papa Meſſana ſolvit menſe Novembri, Salernum & Cajetam divertit, tumque per Oſtia Tiberina invectus Oſtiam appulit, ibique noctem illam transegit. Ubi vero altera illuxit dies, maxima populi frequentia, Senatores, Nobiles, Clerici, Roma egreſſi venientem Pontificem excipiunt, ramos olivarum portantes, ſummamque profitentes lætitiam. Ceteri quoque Clerici omnes Ordinis ſui veſtibus induti in via præſtolabantur. Adfuere etiam Judæi Legem ſuam pro more brachiis deferentes. Adfuere Tribuni cum ſuis vexillis, Equites, Notarii, Judices, Cauſidici, & ita ſolemni pompa procedentes, alternantibus cantantium Choris, ad Palatium Patriarchale in Laterano deducunt. Agebatur dies vigeſima prima Novembris, Indictione decima tertia. Triduo transacto Papa, data epiſtola, Henricum Archiepiſcopum Remenſem ejusque Suffraganeos adventus ſui in Urbem certiores fecit, memorans, quod in itinere multas ab inimicis ſibi ſtructas inſidias, nempe ab Imperatore Friderico & Schismaticis, quos tuebatur, evaſiſſet.

Sæcul. XII. A. C. 1165.

to. 10. *Conc. p.* 1370.

§. XXI.

Epiſtola Arnulphi Lexovienſis ad Thomam data.

Sub idem tempus, cum Thomas Cantuarienſis

1. *ep.* 85. *tom.* 2. *Spicil. p.* 485.

Sæcul. XII. A.C. 1165.

tuarienſis ad Arnulphum Epiſcopum Lexovienſem, magna auctoritate in Curia Angliæ fulgentem, literas dediſſet, ille ſcripta prolixa epiſtola reſpondit, in qua ſummatim dicebat: *Aliqui ex tribu illorum, qui ſe ſe arcanas aliorum cogitationes perſpicere putant, exiſtimabant, te ambitione duci, tibique jam Archiepiſcopo eandem mentem ac olim Cancellario durare, qua poteſtatem tuam ultra omnes limites proferre ac Regis potentiæ, quam a te habet, æqualem reddere cuperes. Te bocce conſilio Regiæ voluntati mature obſtitiſſe, ut iſto exemplo ceteros omnes terreres. Narrabant non nulli, te in medio amicorum tuorum ſedentem ſæpius dicere; incautæ Principis juventuti non eſſe adulandum, ſed virili vigore reſiſtendum. Nemini magis quam tibi exploratam eſſe ejus indolem, nec ipſum neſcire, quam neceſſaria ſibi eſſet tua opera. Talia ad Regis aures deferebantur, qui ira accenſus dicebat; opus ſibi eſſe omnibus viribus ſuis & tota induſtria, quia Dignitas Regia periclitaretur; non ipſum latere inflexibile tuum ingenium, quod te a cæpto deſiſtere nunquam ſineret.*

Verum eventus omnes ſuſpiciones diluit. Cumque hodie bona fides tua cunctis evidenter conſtet, lætantur probi, & inimici tui pudore afficiuntur. Liquet, quod Juſtitiam & Eccleſiæ libertatem omni-

omnibus commodis vitæ hujus præposue- Sæcul. XII.
ris, & si novos abusus invehentibus con- A. C. 1165.
sentire voluisses, non solum pace frui, sed etiam cum Principe regnare potuisses. Semper invictus in defensione bonæ causæ stetisses, nisi pugnantem illi ipsi destituissent, quorum plurimum intererat, eandem causam tueri; sed eorum ignavia inimicis tuis animos addidit. Quantum in te fuit, vitam ipsam periculo exposuisti; Rex tamen tibi perperciſſe, & dum injecto terrore constantiam tuam frangere conabatur, amicitiæ in te affectum non exuisse videtur. Fugam tuam antevertere potuisset, si adhibuisset potentiam suam, & in Anglia detento tanta Regi nocendi facultas tibi non fuisset, nec inimicis tam obvia ipsius famam denigrandi occasio.

Perpende, quæso, qualis sit causa tua, quis Adversarius, qui adjutores tui. Causa tua manifeste justa est, quia pro libertate Ecclesiæ decertas, quæ salva fide oppugnari non potest. Sed Adversarium habes, cujus astutiam remoti, potentiam vicini, subditi severitatem, metuunt. Quem prospera fortuna tam delicatum Causa S. Thomæ.
effecit, ut si minimum quodcunque cupientis nutum neglexeris, atrocem injuriam existimet. Non nunquam humilitati & patientiæ tractabilem se præbet, sed vim omnem repellit, nec quidquam invitus facere videri sustinet, gloriæ usque adeo

Sæcul. XII. A. C. 1165.

cupidus, ut etiam assentatores placeant. Hinc tibi a cunctis Suffraganeis tuis perfide deserto, nihil ab eis præsidii sperare licet. Quo pacto enim dissensionis auctores pacem concilient? In minore gradu constituti plerique sincere te amant, sed timor exilii revocat; quare præter suspiria & vota secreta nihil remedii afferunt.

De Principibus quid dicam? nemo nescit, eos quodam conjurationis genere contra Ecclesiæ emolumentum & dignitatem coivisse, quia sibi persuasum habent, Ecclesiam non nisi detractis Sæcularium spoliis ditescere & extolli. Fovente hac occasione, eo ardentius operi insistunt, dicuntque, sibi salutem Reipublicæ unice curæ esse, non oportere hujus Regis minorem esse Dignitatem quam Antecessorum suorum, quorum neutiquam tanta fuisset potentia. Ad conservandam regiam dignitatem necessaria fuisse, aiunt, quæcunque olim tentata fuere, etiamsi tam Fidei quam rationi adversentur. Re vera autem Regi blandiuntur, atque ad suscipiendum inalæ causæ præsidium impellunt, ut tandem accisa ejus auctoritate & potestate, quod futurum sperant, ipsi vetere criminum suorum impunitate gaudere possint.

Si auxilium exterorum spectes, initio quidem subsidia liberaliter & abunde offerunt,

offerunt, sed tempore affectus languet, & expensarum moles munificentiam minuit. Parce igitur recipienda sunt, quæ nobis solius caritatis causa donantur, & aliqua etiam recusanda, ne fons obstruatur. Hæc omnia tibi mature & serio pensanda sunt. Sæcul. XII. A.C. 1165.

Tutissimum erit moderatione uti, in adversis non desperare, nec obstinate in causæ tuæ bonitate confidere. Quodcunque crimen non est, nec fidem lædit, tolerari debet, quæque corrigi non possunt ad tempus dissimulari. Non semper eodem res humanæ hærent loco, Deusque, ut lubet, corda Principum convertit. Interim si favens occasio se offerat, prebende capillitium, aut si proponantur tibi pacis conditiones, noli singulos articulos subtilius discutere, ne rixæ renoventur. Promissa generalia non respuas, satisque tibi sit, si speciatim nulla inseratur conditio, quæ libertatem Ecclesiæ præfracte destruat. Noli in oculis hominum vicisse videri, sed potius Regi victoriæ honorem concede, & gloria tua sit bona coram Deo conscientia. Arnulphus Lexoviensis.

Ego quidem fideliter & peramice tibi serviam, non ignarus, quod fortunas tuas & te ipsum quasi victimam pro Fratribus tuis offeras. Verum arte opus erit; quare me tibi omnino contrarium fingam. Si enim me amicum tuum profitear, nemo

Sæcul. XII. A.C. 1166.

fidem habebit, nemo me audiet. Utilior tibi erit pia simulatio. Interim solatium cape, Rege in has regiones adveniente, opportunius, qui te amant, non nihil tentabunt. Quin etiam Henricus mollescere dicitur, quia timet, ne Franci, vicini, aut ipsius etiam subditi quidquam moveant, & præterea, quia Papam sibi indignari non nescit. In fine epistolæ Arnulphus Thomam monet, ut hæc arcana nemini mortalium aperiat.

§. XXII.

Canonizatio Caroli Magni.

Fridericus Imperator, Aquisgrani Comitia generalia ad Natalem Domini anno millesimo centesimo sexagesimo quinto celebrans, rogatus ab Henrico Rege Angliæ, consentientibus idque suadentibus omnibus Optimatibus tam Sæcularibus quam Ecclesiasticis, corpus Imperatoris Caroli Magni de terra levari jussit. Ad eum enim Catalogo Sanctorum inscribendum conventum hunc convocaverat; quod vigesima nona Decembris peractum. Idque Fridericus Imperator in Bulla sua aurea octava Januarii anno millesimo centesimo sexagesimo sexto data testatum facit. Quidam illius ævi Scriptor memorat, corpus Caroli Magni in Lypsanothecam auream gemmis distinctam missum fuisse, & Festum ejus

ap. Bol. 28. Jan. to. 2. p. 888.
Chro Gaufr. Vosiens. p. 314. Chr. Ademari p. 169.

ejus eo more quo aliorum Sanctorum auctoritate Archiepiscopi Colonienſis celebrari cœptum. Ceterum corpus Caroli Magni jam ante, nempe anno milleſimo ab Ottone III. Imperatore inventum fuerat. Quamvis vero incorruptum viſeretur, & jam tunc miracula ad ejus tumulum edi dicerentur, necdum ejus Feſtum agebatur, ſed dies anniverſarius, ut pro aliis defunctis, ſervabatur. Non ergo prius quam poſt hanc Friderici Aenobarbi Canonizationem Carolus Magnus in quibusdam privatis Eccleſiis cultu publico tanquam Sanctus honorari cœpit. Et licet hæc Canonizatio auctoritate Antipapæ attentata ſit, legitimi tamen Pontifices quidquam contra moviſſe non leguntur.

Sæcul. XII. A.C.1166.

Sup. Lib. LVII. §. ult.

Sup. Lib. XLVI. §. 9.

§. XXIII.

Thomas Legatus in Anglia.

Poſtquam Alexander Papa Romam pervenit, Archiepiſcopum Cantuarienſem majore auctoritate muniturus, eum Legatum ſuum in tota Anglia, excepta Diœceſi Eboracenſi, conſtituit. Data eſt hæc epiſtola Anagniæ ſeptima Decembris anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto; quam ubi Thomas accepit, Epiſcopis Herfordienſi & Vigornienſi datis literis injunxit, ut ſuam

I. ep. 115. &c. V. Pag. an. 1166. §. 12. &c.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

Legationem cunctis notam facerent. Cum igitur hoc nuncium ad Episcopum Londinensem in Festo Conversionis S. Pauli, illius Ecclesiæ Cathedralis Patroni, nempe vigesima quarta Januarii anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, perveniisset, consternatus Regi scripsit in hæc verba: *Ubi Papa jubet, non datur appellatio, nec aliud remedium. Obediendum est. In Festo S. Pauli Londini Sacris operanti ab homine penitus ignoto literæ Pontificis mihi redditæ sunt, quibus Domino Archiepiscopo Cantuariensi Legationem in tota Anglia, excepta Diœcesi Eboracensi, concedit & confirmat. Nobis præcipitur, ut ei tanquam Sedis Apostolicæ Legato obtemperemus, eosque qui tuo jussu, Archiepiscopo absente, fructus Beneficiorum Clericorum ipsius perceperunt, ad illos restituendos intra duos menses sub pœna excommunicationis compellamus. Mihi quoque injungitur, ut a meis Collegis Denarium S. Petri exigam, literasque Archiepiscopi ad ceteros Episcopos transmittam. Quapropter pedibus tuis subjecti rogamus supplices; ne Episcopos tuos fœde proteri patiaris, permitte, ut mandatis Papæ morem geramus, jube Denarium S. Petri, & Clericis reditus suos reddi, ab Episcopis postula, ut si in epistolis Archiepiscopi quodquam gravamen contra Regni consuetudines repe-*

reperiatur, ad Papam vel ad Legatos, ad nos mittendos, appellent (*). Sæcul. XII. A. C. 1166.

Rex Angliæ in Normanniam trajecit anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, ubi tertia & quarta Septimana poſt Paſcha, Cenomani Præſulum Baronumque Comitiis celebratis, a Rege Franciæ rogatus, ejusque exemplum ſecutus, pecunias ad ſuccurrendum Terræ Sanctæ colligi juſſit. Nempe quod Alexander Papa in Concilio, Remis anno milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, poſt Concilium Turonenſe celebrato, decreverat. Ceterum hoc tributum omnis conditionis hominibus, Clericis, Nobilibus, populo, atque ad annos quinque, imperabatur. Hoc primum, quod memini pro Chriſtianis in Terra Sancta degentibus pecuniæ collectæ exemplum occurrit. *Gervas. Chron.* 1166. *Pagi.* 1164. *n.* 23.

Inter hæc S. Thomas Pontiniaci verſabatur, ubi ſolitudinis beneficio uſus, totum ſe diſciplinæ Regulari dabat. Divino officio expleto, vix unquam e manibus S. Scripturam dimittebat. Cum monachis ad laborem manuum exibat, mete- *vit.* II. 16. *Gervas.*

(*) De anno, quo Legationis munus S. Thomæ commiſerit Alexander III. Papa Cardinalis Baronius & Antonius Pagi in ſua Critica diſſentiunt, ad annum Chriſti 1166. Fleurius Pagio conſentit.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

bat, fœnum suo tempore cum aliis cumulabat, etsi vires pœne deficerent. Ne tamen Ecclesiæ suæ curam penitus abjiceret, anno exilii sui secundo, Salutis humanæ millesimo centesimo sexagesimo sexto, ad Regem Angliæ per Abbatem quemdam Ordinis Cistercienſis epistolam misit leniſſimam, in qua prænonet, sibi per officium Pastoris nefas esse silentio Ecclesiæ suæ mala premere, & hortatur Regem, ut Ecclesiæ Anglicanæ libertatem redderet. Etsi hæc Epistola Regis animum exasperasset, dedit Archiepiscopus etiam alteram duriore stilo, in qua, quæstionis summa non discussa, Dignitatis Sacerdotalis vim deprædicat, & Regi iram Dei comminatur. Sed nihil effecit; quin etiam Monachi eam deferentes admodum contumelioſe depulsi.

ep. Moger. pag. 503.

I. ep. 65.

§. XXIV.

Conventus Chinonenſis.

Attamen Rex Angliæ Chinone in Territorio Turonenſi cum Principibus & Consiliariorum fidiſſimis studioſius deliberare & inquirere, quid Archiepiscopo opponendum esset. Ibi inter lacrymas & suspiria amariſſime conquerebatur, quod Cantuarienſis sibi corpus & animam auferret, ipsi autem, nempe omnes præsentes, homines essent vecordes

I. ep. 140.

cordes & proditores, qui Regem ſuum ab infeſtatione unius viri expedire nollent. Hæc loquèntem Archiepiſcopus Rotomagenſis, qui etiam aderat, aliquantum commotus, corripuit lenibus tamen, ut Vir erat mitiſſimi ingenii, verbis uſus. Nihil vero acerbius afficiebat Regem, quam literæ Archiepiſcopi Cantuarienſis ſibi & Imperatrici matri ſuæ redditæ, timebatque, ne ille propediem Legati Pontificii poteſtate Interdictum in Regnum ſuum & in ſe ipſum excommunicationis ſententiam pronunciaret. Epiſcopus Lexovienſis, ut Regem his anguſtiis eriperet, ait, unicum ſupereſſe remedium, ſi imminentem ſententiam Appellatione objecta amoliretur. Ita Rex, qui Appellationem ad Papam per avitas conſuetudines Regni ſui vetitam eſſe affirmabat, ad amplectendum hoc ipſum remedium compellebatur. Sæcul. XII. A.C.1166.

Ut igitur quod ſtatuerant exſequerentur, Epiſcopi Lexovienſis & Sagienſis itineri ſe accinxerunt, Archiepiſcopum Cantuarienſem adituri, eique Appellationem indicaturi, quæ Sententiam usque ad Octavam Paſchæ anni ſequentis ſuſpenderet. Cum ipſis Archiepiſcopus Rotomagenſis quoque profectus eſt, conciliator pacis, ut ajebat, futurus. Verum cum Pontiniacum perveniſſent,

Sæcul. XII. A.C. 1166.

non habuerunt ibi Thomam, qui Sueſſionem abierat, ibi Suffragia S. Virginis, S. Drauſini, & S. Gregorii, cujus Reliquiæ ibi aſſervari credebantur, imploraturus. Ita ſe ſe præmuniebat ad pugnam, quam cum Rege Angliæ initurus erat, ferendo in eum Cenſuram; nam S. Drauſinum Pugiles, pridie quam decertarent, invocare ſolebant. Cum S. Thomas tres noctes in Eccleſiis horum Sanctorum orando conſumſiſſet, altera die poſt Aſcenſionem iter ingreſſus eſt, Vezeliacum petiturus, ubi in Feſto Pentecoſtes excommunicationem contra Regem ſuosque pronunciaret. Sed Feria ſexta ante Feſtum certior fit, Regem Angliæ in gravem morbum incidiſſe, miſiſſeque ad Regem Franciæ nuncium, qui ipſum excuſaret, quod ad colloquium (id enim Rex Angliæ a Rege Franciæ expetierat) venire non poſſet. Hoc adjunctum Thomam ad differendam Regis Angliæ ſententiam, quod aliunde multi ſuadebant, coegit.

§. XXV.

Thomas Joannem Oxonienſem excommunicat.

In Feſto Pentecoſtes, quod hoc anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto in diem duodecimam Junii incidebat, Thomas

Thomas Vezeliaci in Ecclesia S. Magdalenæ, præsente ex diversis nationibus magna populi frequentia, suggestum conscendit, & postquam dixisset ad populum, Joannem Oxonienſem denunciavit excommunicatum, quod Schismate se involvisset, cum in Conventu Herbipolensi se juramento Imperatori obstrinxisset, quod cum Archiepiscopo Colonienſi Schismatico communicasset, & Decanatum Saresberienſem, Papa nequicquam prohibente, usurpasset. Præterea nominatim excommunicavit Richardum Archidiaconum Pictavienſem, cum quinque aliis, & generatim omnes illos, qui deinceps bona Ecclesiæ Cantuarienſis invaderent. De Rege commemoravit, quod eum admonuisset; satisfaciendum esse Ecclesiæ, ad pœnitentiam peragendam iterum invitavit, comminatus se post breve temporis spatium in eum excommunicationis sententiam pronunciaturum. Tandem publice damnavit Decretum, in quo ita dictæ Consuetudines Angliæ scriptæ erant, illos excommunicationi subjacere declaravit, qui inposterum hujus Decreti auctoritatem obtenderent, & Episcopos a promisso eas servandi absolvit. Data deinde epistola, omnes Provinciæ Cantuarienſis Episcopos eorum certiores fecit, quæ modo ipse egisset, præcepitque Episcopo Londinenſi,

Sæcul. XII. A.C. 1166.

1. *ep.* 96.

Sæcul. XII. A C. 1166.

nensi, ut ceteris epistolam suam communicaret. Scripsit quoque Archiepiscopo Rotomagensi, omniaque Papam edocuit, petens, ut acta a se confirmaret. Interea Rex Walterium Doctorem *de Insula* in Angliam misit, literas de his, quæ Chenone acta erant, delaturum, & Anglos moniturum; Appellationem interpositam esse, ipsi portus custodirent, Clerici autem Archiepiscopo obedire non præsumerent.

ep. 143. 138

§. XXVI.

Concilium Londinense.

Haud diu post Episcopi, jubente Rege, Londini cum quibusdam Abbatibus congregati appellare contra Archiepiscopum decreverunt. Primi appellarunt Episcopi Londinensis & Saresberiensis. Exoniensis * eo adduci non potuit. Rofensis excusari se rogavit ob morbum, quem omnes simulari credidérunt. Episcopus Wintonienſis quoque se excusavit, rescribens in hæc verba: *Vocor a Summo Pontifice, a quo appellare nolo.* Credebant Episcopi, ipsum a Papa mandatum accepisse, ut veniret; sed ipse innuere volebat, se, cum ad ultimam senectutem perveniſſet, jam jam ad tribunal Jesu Christi vocandum esse. Is enim erat Henricus, Stephani Regis frater, qui Sedem Wintonienſem tunc

* Excester.

tunc annis triginta septem tenebat. Ceteri Episcopi Appellationem suam ad Papam ipsi Pontifici & Archiepiscopo insinuarunt, duabus epistolis, nomine Suffraganeorum Sedis Cantuariensis, datis, quarum hæc est Summa. Sæcul. XII. A. C. 1166.

§. XXVII.

Epistola ad Papam.

In epistola ad Papam dicunt: *Meminisse te credimus, Pater, te jam dudum Regem, Dominum nostrum, per literas, Episcopis Londinensi & Herfordiensi commissas, commonuisse, ut non nullos abusus in Regno suo tolleret. Is mandato tuo debita veneratione suscepto, respondit, se hos abusus emendaturum & Ecclesiæ Regni sui pariturum judicio. Nam Rex piissimus nihil magis in votis habet, quam scandala in Regno suo abolere, & perpetuam pacem conservare; quam cum Clericorum quorumdam insolenti audacia turbari videret, debitam Ecclesiasticorum ordini reverentiam exhibens, reos ad Episcopos Judices detulit. Ii, limites Jurisdictionis suæ non egressi, homicidium, verbi causa, sola Clerici delinquentis depositione punierunt. At persuasum sibi habet Rex, pœnam hanc longe minorem esse flagitio, nec stabiliendæ paci publicæ satis prospici, si Lector vel Acolytus latro, nihil nisi muneris sui amissionem timeat. Clericis ita-* I. ep. 128. to. 10. Conc. p. 447.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

itaque statutas a Cælo leges propugnare conantibus, & Rege pacem confirmare volente, Sancta quædam oborta est contentio. Hinc Rex noster antiquas Regni sui Consuetudines, a Viris Ecclesiasticis sub Antecessoribus suis servatas, conscribi & exhiberi jussit, ne super his lites in posterum orirentur. Factum quod Rex præcepit; & hæc denique ejus contra Ecclesiam Dei, toto terrarum orbe declamata, crudelitas, hæc persecutio est.

In his tamen Consuetudinibus si quid periculosum animæ, si quid ignominiosum Ecclesiæ continetur, Rex noster Sanctitatis tuæ admonitione & auctoritate motus se correcturum esse jam diu pollicitus est, & constantissime pollicetur. Tandem optatum litis finem pridem obtinuissemus, nisi iram Regis jam pæne extinctam Archiepiscopi Cantuariensis obstinatio iterum suscitasset. Nam ipse cum Principem monitis emollire, ei mansuetudine superare debuisset, nuper tristibus & terribilibus literis dure satis & crude aggressus est, in Regnum ejus Interdicti pœnam & in ipsum excommunicationis sententiam comminando. Minis quoque atrocibus superaddita sunt graviora; quosdam namque, quibus Rex familiariter adsuevit, primarios Regni Proceres, fidissimos Consiliarios, & regni negotia tractantes, nec vocatos, nec convictos, nec con-

cesso

cesso ad defensionem tempore, excommunicationis sententia innodavit, eamque publice denunciavit. Adjecit quoque Thomas, ut Collegam nostrum, Episcopum Saresberiensem absentem & indefensum, nobis insciis, ab Officio Episcopali suspenderet. Quid ex Judicii forma tam præpostera consequi posse putabimus, præsertim cum iniquissima vivamus tempora? nisi ut pax & concordia, qua Regnum & Sacerdotium usque modo cohærent, abrumpatur, & nos cum commissis nobis Clericis in exilium ejiciamur, aut a vestra, quod absit! Communione recedentes, in abyssum Schismatis devolvamur? Ut igitur tantis malis nos opponamus, ad Sublimitatem tuam contra Domini Cantuariensis mandata, vel Regi vel Regno ejus vel nobis aut nobis commissis Ecclesiis quocunque demum modo nocentia, & voce & scripto appellavimus, & Appellationi terminum Ascensionis Dominicæ diem designavimus. Notandum, quod Appellationis terminus ad integrum prope annum remotus fuerit. *I. ep. 108.*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

§. XXVIII.

Epistola ad Thomam.

In Epistola ad Archiepiscopum, ejus Suffraganei dicunt; *Sperabamus, Pater, fore, ut quæ tuo subito & inexpectato in Regionem remotam discessu turbasti,* *I. ep. 126.*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

basti, tua humilitate & prudentia repararet. Solatium ex eo capiebamus, quod fama ad nos deferebat, te nil altum sapere, sed sponte susceptum paupertatis onus modeste sustinere, lectioni & orationi vacare, præteriti jacturam temporis jejuniis, vigiliis lacrymisque redimere. Sperabamus, te hisce moribus a cælo gratiam impetraturum esse, per quam Rex offensus & iratus tibi ignosceret, ac jurgii oblivisceretur. Jamque amici tui aditum ad reconciliandum te Regi pæne invenerant. Nunc vero, malum! asseritur, quod mandatum publicæ lucis feceris contra eum, ac omni salutatione & amicitiæ professione omissa vel Interdictum vel excommunicationis fulmen mineris. Quod si exsequeris, actum est de pace. Viri autem prudentis est nihil agere, nisi prius finem respexerit.

Pensa igitur finem, ad quem tendis, & an ista via ad eum perventurus sis. Unde suademus tibi, Patri nostro; ne labores laboribus, ne injurias superadde injuriis, sed omissis minis patientiæ & humilitatis specimen nobis præbe. Causam tuam Dei Misericordiæ & Regis tui clementiæ committe. Præstabat, paupertatem tuam ultro toleratam laudari, quam a plurimis ingrati animi reum agi. Nam omnium mentibus alte insidet, quam benigne Rex noster te, mediocri fortu-

fortuna obscurum, ad tantum Dignitatis fastigium evexerit, quanto favore & familiari amore te dignatus fuerit, quod omnes ditionis suæ Regiones, quæ ab Oceano usque ad montes Pyrenæos porriguntur, tuæ potestati subjecerit, ita ut bos solos beatos opinio communis censeret, qui tibi placere potuissent. Tum, ut in gradu firmiore te collocaret Rex, ad eam Dignitatem Ecclesiasticam, qua modo fulges, te promovit, frustra repugnante matre sua Imperatrice, Regno obstrepente, & ingemiscente Ecclesia. Parce igitur famæ, parce gloriæ tuæ, & si victoriam quæris, Regem tuum humilitatis studio, & charitatis fervore vince. Sæcul. XII. A. C. 1166.

Si consilia nostra tibi vilescunt, saltem amore Papæ & Ecclesiæ Romanæ fac, quod suademus. Quid enim, (cujus rei vel sola cogitatio terret) si Rex, cujus nutum tot Regna, tot populi sequuntur, Papam plus tibi quam sibi faventem abjecerit? an nescis, quot precibus, quot donis, quot promissis ad defectionem exulceratus Principis animus solicitetur? in petra huc usque firmus perstitit, & totum quod mundus offerre potest alta mente calcavit, sed timendum, ne quem divitiæ & hominum gloria hactenus vincere nequiverunt, animi indignatio flectat. Quod si tua culpa evenerit, haud dubie deflebis, sed seræ erunt lacrymæ.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

Revoca igitur, Sancte Pater, ſtatutum Papæ, Eccleſiæ Romanæ, & ſi bene perpendas, tibi ipſi perniciosum. Quod ſi aliqui, quos apud te habes, alta ſapiunt, & hortantur, ut experiaris, quid poſſis, ac vim Sacerdotalem in Regem & in Regnum exeras; timenda quidem eſt Sacra poteſtas, ſed ſolis peccatoribus, & ſatisfacere nolentibus. Dominum vero Regem noſtrum, quamquam non dicimus, eum nunquam peccaſſe, ſemper Deo ſatisfacere paratum magna fiducia affirmamus, qui cum a Deo conſtitutus ſit, ut populorum paci conſulat, eadem jura, quibus Anteceſſores ſui uſi ſunt, ſibi intacta relinqui vult, & exigit. Si inter ipſum & te ideo oborta eſt contentio, Papæ promiſit, ſe judicio Eccleſiæ Regni ſui pariturum. Quod promiſit factis implere vult, & non ſolum ſatisfacere, ſed etiam, ſi Juſtitia petat, pignora dare non recuſat. Quæ cum ita ſint, quo jure, qua lege, quo Canone, Principem colla Chriſti jugo ſubdentem aut Interdicto adſtringes, aut ſecuri Evangelica, quod abſit, a Communione Eccleſiæ præcides? non impetu ferri, ſed judicio regi Sacerdotem oportet. Tum Epiſcopi conqueruntur, ſicut ſuperius in Epiſtola ad Papam data, de ſententia Suſpenſionis in Epiſcopum Saresberienſem lata. Et tandem, ſe ad Sedem Romanam appellaſſe,

lasse atque constanter appellare, significant. Sæcul. XII. A.C. 1166.

§. XXIX.

Thomæ Responsum.

Sanctus Archiepiscopus respondit, data prolixa Epistola, in cujus exordio dicit, se haud credere, illas literas omnium Episcoporum, quorum nomina præferret, voluntate ad se datas fuisse, sed potius totum Scriptum auctoritate Regis extortum. Exprobrat teporem, in defensione Ecclesiæ & veri sui emolumenti, ac etiam ignaviam, qua se Archiepiscopum suum in persecutione pro causa communi toleranda desererent. Deinde ad rei summam transiens, suum ex Anglia discessum defendit, affirmatque, id post vim sibi Northamptoni injuste illatam fuisse necessarium, si vitam suam in tuto esse vellet, & Appellationem suam ad Papam prosequi. Tum subjungit: *Si fuga mea turbarum occasio extitit, ille profecto earum causa fuit, qui me ad fugiendum compulit. Ceterum Curiam Papalem adivi, quantum ego & Ecclesia mea læsa fuisset, & rationem Appellationis meæ exposui. Nemo venit, nemo mihi respondit, nemo quidquam contra me movit. Sed dum in illa Curia expecto, adfuere, qui Regis nomine præfectis & domesticis meis prohibuerunt, ne* *I. ep. 127.* *p. 195.*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

mihi in quacunque re ad regimen sæcu-lare pertinente obedirent, aut mihi meis-ve, inscio Rege, necessaria ad vitam sus-tentandam præberent. Nulla sententia pronunciata, nullo jure, contemta Appel-latione, ego rebus omnibus exutus, & Ecclesia mea bonis suis spoliata est. Clerici, Laici, mulieres, & infantes, in cunis jacentes, proscripti. Census Eccle-siæ Fisco addicti, & pecuniæ pars una Regi, altera tibi, Frater mi, Episcope Londinensis, & Ecclesiæ tuæ cessit, si vera dixerunt, qui hæc mihi retulerunt. Quod si ita se habeat, præcipio tibi in virtute obedientiæ; ablata intra dies quadraginta, postquam mea reddita tibi fuerit Epistola, restitue. Quo jure hæc usurpatis? an ideo, quia appellastis? ca-pite tandem, quanto periculo & vos & Ecclesias vestras exponatis, si qui bona Ecclesiarum rapuerunt, sub hoc scuto tu-telam inveniant.

p. 197.

Et inferius: *Dicitis electionem mei ad Præsulatum murmurante Regno & ingemiscente Ecclesia peractam esse. Sed consulite conscientiam vestram, in memo-riam revocate Electionis formam, omnium, quibus id juris erat, suffragium, con-sensum Regis per filium suum præsen-tem & Legatos suos datum. Si quis fuit, qui cum eligerer, reclamavit, edicite & nominate, relegite etiam Epistolas ve-stras,*

Sæcul. XII. A.C.1166.

stras, quibus Rex & vos Pallium mihi dari petiistis. Si cum honor Archiepiscopatus mihi obtigit, quemquam invidia torquebat, & cruciabat ambitio, ignoscat illi Deus, sicut ego ignosco, hoc peccatum, quod hodieque manifestare non erubescit. His verbis Thomas Episcopum Londinensem perstringit. Tum prosequitur: *Dicitis Regem me de conditione vulgari ad tantæ dignitatis apicem promovisse. Fateor; Regibus non sum ortus, sed quicunque sim, degeneres mores non exhibeo. Forte in tugurio natus sum, at nihilominus priusquam me Rex ad serviendum sibi evocaret, honestam, quod omnes scitis, vitam ducebam. S. Petrus e piscatore creatus est Apostolus; hujus non vero Augusti Cæsaris successores sumus. Ingrati animi accusatis me. Verum intentio animi peccatum vel facit vel tollit. Et ego quidem obsequium Regi præstare me credo, etiam invito, cum eum a peccato metu censurarum retrabo, postquam paternis monitis, quæ rejecit, nihil effeci. Tandem multo magis timeo, ne ingratus audiam in verum Dominum meum JESUM Christum, qui mihi iram suam comminatur, nisi potestatem ab eo acceptam ad corrigendos peccatores adhibeam.*

Objicitis mihi Ecclesiæ Romanæ periculum & minas, ne Rex ab ea secedat.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

p. 199.

S. Thomas.

Absit, ut unitatem disrumpat, propter commodum temporale, Rex tantus, cujus crimen eo atrocius foret, quo plures animas secum in ruinam traheret. Deus nolit, ut cuiquam Fidelium ne dicam Episcoporum ultima perfidia in mentem veniat. Quin etiam cavete, ne vel sola hæc mentio vestra in multorum animos venenum spargat, & arcana cordis vestri prodat. Nihil autem est cur Ecclesia timeatis, quæ persecutionibus roboratur, sed vobismetipsis timete, qui Matri vestræ perniciem machinamini.

Quod vero ad suspensionem Episcopi Saresberiensis & excommunicationem Joannis Oxoniensis spectat, neminem vestrum ignorare existimo, juxta Canones in criminibus publice notis ordinem Judicii non esse necessarium; nunc vero, quis nescit, Episcopum istum Joanni Oxoniensi Decanatum Ecclesiæ suæ, spreto Papæ meoque præcepto, contulisse?

p. 202.

Tum ostendit S. Thomas, Appellationem Episcoporum esse irritam, cum nemo ipsis malum intentet, eorumque officio & bono repugnet, nomine Regis contra Ecclesiæ libertatem appellare. Tandem causas affert, cur Episcoporum judicio se submittere non possit, in causa inter se & Regem controversa. *Inprimis ideo*, inquit, *quia vos perinde ac me ipsum Regi adversari oportet, cum de communi*

muni Ecclesiarum salute agatur, tum etiam, quod non legamus, quod inferiores in Superiorem suum, præsertim Suffraganei in suum Archiepiscopum Judicio agere & sententiam ferre valeant. Inculcat, restituenda esse bona Ecclesiæ Cantuariensis, & in fine hortatur Episcopos; ut Regem ad mentem reducere atque ad pœnitentiam excitare satagant. Sæcul. XII. A.C.1166.

S. Thomas de eadem re ad Episcopum Londinensem, qui sibi sigillatim scripserat, Epistolam dedit. In ea primum carpit, quod sibi ipsi non constet, cum initio Epistolæ suæ se obedientem profiteatur, & in fine ab iis, quæ ipsi præcipiebantur, appellet. *Præfixa est autem,* inquit, *huic Appellationi tam longe remota dies, ut induciæ integrum pœne annum complectantur; sicque tempus exilii mei, Ecclesiæ calamitates, & periculum, in quo anima Regis versatur, diutissime protrahatur.* In rei summa ad ea, quæ Episcopus ipsi objiciebat, eadem ac in superiore Epistola respondet. Cumque Episcopus scripsisset, Regem Ecclesiæ satisfacturum, Archiepiscopus respondet & interrogat: *Quæso, quis sensus verbis tuis tribuatur? ejiciuntur ex Anglia, ut oculis tuis vides, viduæ, orphani, innocentes, qui per ætatem causam dissidii inter me & Regem ne quidem* *I. ep. 108.*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

dem cogitatione assequi possunt, exilio damnantur Clerici, reditibus suis spoliantur, in modum indignum habentur, familiares mei & domestici in vinculis sunt, patrimonium Ecclesiæ Cantuariensis, Matris tuæ, diripitur. An hoc tibi est satisfacere, ubi malum non modo non tollitur, sed calamitates in dies cumulantur? Tandem excitat Londinensem, ad suggerendum Regi, ipsum Episcoporum Judicem non esse.

§. XXX.

Thomas Pontiniaco expellitur.

Gerv. ann. 1166. vit. II. c. 17.

Postquam Pars utraque Chinone & Londini appellasset ad Papam, tam Rex quam Archiepiscopus nuncios Romam miserunt. Tandem vero Rex per nuncios suos a Papa obtinuit, ut duos Legatos a latere mittere statueret, qui negotium pacis inter Regem & Archiepiscopum tractarent. Inter hæc Rex Angliæ, missis ad Capitulum generale Cistercienſium minacibus literis, conquerebatur, quod Thomam, hostem suum, in quamdam Ordinis sui domum recepissent, & prohibebat, ne eum apud se delitescere paterentur, nisi ea omnia, quæ in Regiis ditionibus tam citra quam ultra mare possiderent, perdita vellent. Capitulo igitur soluto, ipse Abbas Cistercienſis, Episcopo Parmenſi, quondam illius

illius Ordinis monacho, & quibusdam Abbatibus comitantibus, Pontiniacum venit, ac mandato, quod a Rege acceperant, expoſito, dixit: *Domine! non ideo tamen Ciſtercienſes te expellunt, ſed rogant, ut cum ſapientibus viris, qui tibi a conſiliis ſunt, deliberes, quid tibi agendum.* Tum Archiepiſcopus, poſtquam ſuos ad conſultandum vocaſſet, illico reſpondit: *Illud profecto dolorem meum non modice augeret, ſi mei cauſa mali aliquid Ciſtercienſis Familia, quæ me tanta caritate ſuſcepit, pateretur. Quare quocunque iturus ſum ad nullam Ordinis veſtri domum divertam. Spero autem me & exilii mei ſocios illi Domino, qui volucres cæli paſcit, curæ futuros.* Sæcul. XII. A.C.1166.

Ergo S. Thomas ſine mora miſſo tabellario Regem Franciæ, quid ſibi denunciatum fuiſſet, certiorem fecit. Ille vehementer miratus, rem circumſtantibus communicat, exclamans: *O Sacra, O Sancta Religio? in qua orbis parte inveniemus te? ecce homines, quos mundo mortuos putamus, mundi minas pertimeſcunt, qui amore rerum temporalium, quas contemſiſſe ſe dicunt, cauſam Dei produnt, & propter Deum e patria ſua exturbatos repellunt.* Tum converſus ad nuncium, quem Præſul miſerat, *Dominum tuum meo nomine ſaluta,* inquit, *& plena fiducia promitte, etiamſi a cun-*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

ctis mortalibus ac etiam ab illis, qui sæculo mortui videntur, deseratur, nunquam tamen fore, ut ego afflictum destituam. Quidquid contra eum Rex Angliæ, Vassallus meus, moliatur, semper Thomam tuebor, nam propter Justitiam persecutionem patitur. Indicet, quo in loco ditionum mearum Sedem eligat, & faciam ut omnia necessaria præsto sint.

S. Præsul Senones se recipere statuit, tum quod urbs illa percommodo loco sita esset, tum quod civium mores lenissimos sciret, & humanitatem in exteros perspectam haberet. Rex vero cuidam viro inter Optimates eximio mandata dedit, ut Præsulem Pontiniaco Senones, ut optabat, cum trecentorum virorum præsidio deduceret. Ergo S. Thomas circa Festum S. Martini anno millesimo centesimo sexagesimo sexto Pontiniaco discessit, postquam ibi per annos duos moratus fuisset. Cumque abiturus valediceret, tota Congregatione lacrymas non tenente, subito & ipse flere largiter cœpit. Cui Abbas: *Non capio repentinam trepidationem in viro, cujus constantia antea exploratissima fuit. Si desunt forte subsidia ad vitæ sustentationem, ea pro viribus suppeditabimus. Rem non tetigisti,* respondit Præsul, *sed Deus hac nocte genus mortis meæ mihi præmonstravit; gladio percussus extinguar,*

Gervas. p. vit. III. c. 18.

Et

Et Abbas: *Ain, Domine, Martyrem te futurum, qui tam delicate paſceris?* Urgebatque, ut portentum ſibi oſtenſum referret: *Non referam*, repoſuit S. Thomas, *niſi ſpondeas, te quoad ego vivam nemini mortalium hanc rem proditurum.* Quod cum Abbas promiſiſſet, Archiepiſcopus dixit: *Viſus ſum mihi hac nocte in quadam Eccleſia verſari, atque Religionis cauſam contra Regem Angliæ, præſentibus Papa & Cardinalibus, propugnare. Favebat Papa; at Cardinales adverſabantur. Cum ecce derepente quatuor viri Equeſtris Ordinis adſunt, mihique, ex conſpectu Papæ abſtracto, in Eccleſia tamen a ſummo vertice, ubi corona Clericalis caput cingit, pellem crudeliter avellunt. Quod tanto dolore me oppreſſit, ut exanimari me crederem. Non tamen mortis modus me affligit, quin Deo gratias ago; ſed ſortem illorum, qui me ſecuti ſunt, doleo.* Eandem viſionem, addito ſilentii mandato, Thomas Abbati Monaſterii *de Vauluirant*, aperuit, quam deinde S. Præſule e vivis ſublato ambo Abbates vulgarunt. Sæcul. XII. A.C. 1166.

Ubi Thomas Senones pervenit, honorifice & inter maximæ lætitiæ ſigna ab Hugone Senonenſi Archiepiſcopo, Clericis populoque exceptus, & in Monaſterio S. Columbæ hoſpitium nactus, ibidem annis quatuor verſatus eſt, ex Ludo- c. 19.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

Ludovici Regis ærario liberaliter sustentatus. Quoties vero Ludovicus Senones divertebat, postquam orandi causa Ecclesiam adiisset, Archiepiscopum invisebat, diu sermonem conserebat, & in arduis negotiis consilia dantem auscultabat, nempe virum in gerendis Reipublicæ rebus exercitatum.

§. XXXI.

Joannes Oxonienſis Romæ.

Paucis post diebus, ex quo Thomas Archiepiscopus Senones pervenerat, ejus Legati, Roma reversi, certiorem fecerunt, duos Cardinales sine mora venturos, qui pacem reducere conarentur. Joannes Oxonienſis quoque, a Rege Angliæ Romam missus rediit, fastuose jactans, Legatos Sedis Romanæ propediem adfuturos, ut Regis honorem & gloriam defenderent, Archiepiscopi contra arrogantiam retunderent.

Res vero ita se habebat: Joannes Oxonienſis, cum Romam perveniſſet, ingentem vim auri, a Rege Angliæ sibi commissi, profudit, quo Cardinales corrumperet. Nec aurum perdidit, quippe complures pervertit; ea namque de re conquesti sunt exinde S. Thomas & Joannes Episcopus Pictavienſis, qui dicebat, in Regia audita fuisse recitari nomina illorum Cardinalium, qui munera repulis-

II. ep. 21.

ep. 32.

sent,

sent, item illorum, quibus pecunia carior fuisset quam justitia, & in numero fuisse, quantam quisque accepisset. Porro inter illos, quorum integritas vinci non potuit, fuere Cardinales Humbaldus & Hyacintus, quod ex Epistola S. Thomæ ad eos data cognoscimus. Postquam autem Joannes Oxonienſis Cardinalium animos tentasset, omnem operam ad fallendum etiam Alexandrum Papam studiose convertit. Dicebat ad Pontificem, *facile posse concordiam redire inter Regem & Archiepiscopum, si quis esset, qui eam revocare conaretur*, promittebatque, se nihil intentatum relicturum esse, quo tam salutare negotium perficeret. Præterea jurejurando affirmabat, se in Conventu Herbipolensi nihil egisse, quod Fidei Ecclesiæ, honori, commodisve Summi Pontificis adversaretur. Tum Papæ Regis Angliæ Epistolam reddidit, in qua rogabat Alexandrum, ut Oxonienſi Legato suo, non secus ac si ipse coram loqueretur, fidem haberet. Itaque vi mandatorum suorum Oxonienſis totam litem inter Regem & Archiepiscopum de Consuetudinibus Angliæ Judicio Pontificis commisit. Ipse eas approbaret vel damnaret, ipse reconciliationis cum Archiepiscopo conditiones præscriberet. Idque rursus jurejurando confirmavit, ac tandem a Papa obtinuit, ut in hunc finem

Sæcul. XII. A.C. 1166.

II. ep. 58.

I. ep. 164. *II. ep.* 102.

Sæcul. XII. A.C.1166.

finem Legatos mitteret. In iis vero quæ ad ipsum Joannem Oxoniensem pertinebant, non solum absolutionem ab excommunicationis sententia, quam Archiepiscopus in eum tulerat, impetravit, sed etiam illud, ut sibi confirmaretur possessio Decanatus Sâresberiensis, quem ut saltem species sinceri animi esset, in manus Pontificis resignavit. Ita accepto a Papa in pignus amicitiæ annulo, triumphanti similis, recessit.

§. XXXII.

Colloquium cum Mathilde Imperatrice.

I. ep. 53. In itinere Oxoniensis ad Mathildem Imperatricem Regis Henrici Matrem divertit, cujus animum in Archiepiscopum Cantuariensem acccensurus ajebat; Archiepiscopum Cantuariensem, quæcunque ageret, cupiditate & ambitione duci, Episcopos ei addictos amorem Ecclesiasticæ libertatis obtendere, ut immensas augerent divitias. *Reis enim*, adjiciebat, *qui in Anglia ad Episcopos deferuntur, non injungitur pœnitentia Canonica, sed pecunia extorquetur. Ex eo autem cognoscere potes, Domina, Thomam Spiritu Dei non agi, quod in Pontificatus sui auspiciis non consiliarios & familiares sibi adlegerit viros pios, sed*

nobiles

nobiles literatos, & Beneficia Ecclesiasti- Sæcul. XII.
ca talibus hominibus, qui de ipso bene A. C. 1166.
meriti erant, quin etiam quibusdam, quos flagitia publica infames reddiderunt, in mercedem contulerit.

Tertia die postquam Joannes Oxonienſis Imperatricem adiiſſet, advenerunt Legati S. Thomæ. Hi Epiſtolam attulerunt, in qua rogabat, ut Regem filium ſuum ad concedendum Eccleſiæ pacem exhortaretur. *Fieri quidem* I. *ep.* 52.
poteſt, dicebat, *ut conſuetudines iſtæ ſub Regno ſapientis filii tui tolerabiles videantur, ſed timendum, ne ipſius Succeſſores iisdem in perniciem Eccleſiæ abutantur.* Imperatrix primum hanc Epiſtolam nolebat recipere; tandem vero ſecreto apertam non a Clericis ſuis, ſed ab illis, qui eam attulerant, prælegi ſibi juſſit. Qua audita, negavit, ſe unquam aſpera contra Archiepiſcopum fuiſſe locutam, affirmans, filium ſuum ipſam ea omnia celaſſe, quæ in rebus Eccleſiaſticis facturus eſſet, quod non ignoraret, eam libertati Eccleſiaſticæ favere. Adjecit, ſe, ſi occaſionem nanciſceretur, ad reducendam pacem omnibus viribus adlaboraturam.

Cum alia die Imperatrix Legatos Archiepiſcopi in conſpectum admiſiſſet, omnibus familiaribus e ſuo conclavi diſcedere juſſis, præcepit Legatis, ut conſue-

Sæcul. XII. A.C.1166.

ſuetudines latine legerent, & gallice ſibi interpretarentur. Approbabat aliquas, qualis iſta erat, ne Regis Præfecti ſine ejus conſenſu excommunicarentur; ſed ceteras plerasque damnabat, præſertim quod Epiſcopi compulſi fuiſſent ad promittendum, ſe eas ſervare velle, cum id Reges ante filium ſuum non exegiſſent. Dicebat tamen excuſatione dignum eſſe filium ſuum, Juſtitiæ amantem, & culpam in Epiſcoporum nequitiam rejiciebat. *Nam Clericos ordinant*, ajebat, *ſine delectu, & nulli Eccleſiæ adſcriptos; unde paupertas & otium tantam Clericorum multitudinem ad perpetranda pudenda flagitia impellit. Peracto crimine, bujusmodi Clericus ſine Titulo, cum nullum Beneficium Eccleſiaſticum habeat, nullo privari poteſt. Nec timet pœnam corporis, a Judice Laico infligendam, a qua ipſum Eccleſia immunem præſtat, nec etiam carcerem Epiſcopi, qui eum impunitum abire, quam ſuis ſumptibus cuſtodire & alere mavult. Tum etiam Clerico minori quinque vel ſex Beneficia conceduntur; hinc lites & jurgia de præſentatione & collatione oriuntur. Tandem Epiſcopi multas pecunias accipiunt, & ſuadente avaritia peccata illorum, quæ ad ipſos deferuntur, diſſimulant.* Non ſuperfuit ſermo Legatis, quem objectis Imperatricis reponerent, cum cognoſce-

reni-

rent, ex his omnino fontibus malum profluere. Priusquam colloquendi finem facerent, quæsivit Mathildis, quænam via ad reconciliationem pateret; cui Legati: *Ad concordiam perveniri posset, si Rege tuis aliorumque prudentum virorum consiliis acquiescente statueretur, ut, Episcoporum promisso & illo Decreto suppressis, nihilominus antiquæ Regni consuetudines ea moderatione servarentur, ne Judices Laici Privilegia & libertatem Ecclesiæ abolerent, & Episcopi illa libertate non abuterentur.* Non leginus hæc consilia ad effectum fuisse deducta. Mathildis vero Imperatrix anno sequente millesimo centesimo sexagesimo septimo decima die Septembris e vita discessit. Sæcul. XII. A. C. 1166. *Roger. Hoved. p. 505. epith. Arnold. Lexov. f. 104.*

§. XXXIII.

Guilielmus & Otto Legati.

Legati Pontificis, ad Regem Angliæ missi, fuere Guilielmus Papiensis, Cardinalis Presbyter Tituli S. Petri ad vincula, & Otto Cardinalis Diaconus Tituli S. Nicolai de Carcere, quorum potestas tantum ad terras, quibus Rex Angliæ in continente dominabatur, extensa, de cetero omnem plenitudinem auctoritatis, cujus Legati capaces sunt, complectebatur. Id dispicimus ex Epistola Papæ ad Regem Angliæ, & multo *II. ep. 2.*

Sæcul. XII. A.C. 1166. magis ex illa, quam ad omnes ejus Regni Episcopos dedit, in qua dicit; mittere se hos Legatos, ut de Appellatione, quam contra Archiepiscopum Cantuariensem interjeciffent, aliisque causis, de quibus ipsis visum fuerit, cognoscerent, easque Canonice definirent. *Verumtamen*, inquit, *si quis eorum, quos Archiepiscopus excommunicationis Censura adstrinxit, de vita periclitetur, qui ex vobis ei proximus fuerit, eum absolvere possit, juramento prius ab eo recepto, quod, si convaleſcat, præcepto nostro in hac causa obtemperaturus sit.*

ep. 3.

Hæc Epistola in Palatio Lateranensi prima Decembris data. In Epistola autem ad S. Thomam Papa solum dicit, hos Legatos a se missos, ut litem inter Regem & ipsum pendentem amice componerent. Hortatur, ut facilem se præbeat, pensatis temporis adjunctis, & Ecclesiæ suæ, jam diu Pastoris præsentia carentis, necessitate. Tum subjungit: *In his Cardinalibus plenam pone fiduciam, nec ullam de Guilielmo Papiensi suspicionem concipe; nam districte ei præcepimus, ut omnibus viribus ad te reconciliandum incumbat, cumque id nobis sancte promiserit, de viri sinceritate dubitare non licet.* Nempe non ignorabat Papa, hujus Cardinalis fidem Thomæ merito suspectam esse. In fine rogat Archiepiscopum;

II. ep. 1.

pum; Comitem Flandriæ, ad ſuccurrendum Eccleſiæ Romanæ neceſſitati, miſſis donis tanto Principe dignis, excitaret. Sæcul. XII. A.C.1166.

§. XXXIV.

Fridericus Imperator in Italia.

Inter hæc Alexander Papa, ex quo ſub finem anni ſuperioris redierat, Romæ quietus ſedebat. Verum menſe Novembri hoc anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto Fridericus Imperator in Italiam denuo profectus eſt, Antipapam Paſchalem ſeu Guidonem Cremenſem, Alexandro Papa ejecto, intruſurus, quod in Conventu Generali ad Roncalias ſtatutum fuerat. Fridericus, Rainoldo Archiepiſcopo Colonienſi & Chriſtiano Moguntino cum validis copiis præmiſſis ipſe reliquum exercitum ad urbem Anconam admovet, quam Imperator Conſtantinopolitanus, magna pecuniæ vi in cives ſparſa, in ſuam poteſtatem redegerat. Porro magno terrore agitabantur Romani; nam Germani cunctis circum civitatibus ſubactis, quia Romam vi manifeſta expugnare non poterant, auro incolarum fidem tentabant, nec fruſtra, quippe complures ex populo largitionibus victi, Paſchali Antipapæ & Friderico Imperatori obedientiam jurarunt. *Act. ap. Bar. ann. 1166.* *Otto Morena p. 842.*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

Alexander Papa quoque ne sibi ipsi deesset, Romanos hortabatur, fidem servarent, & urbes vicinas ad saniora reducere conarentur. Sed nihil efficiebat apud populum, qui in utramque partem amicitiam simulans, utramque fallebat. Ceterum in belli subsidium multum auri Alexander ex Sicilia acceperat; nam Rege Guilielmo primo, cognomento *Malo*, Panormi, ubi Regiam fixerat, ultima die Aprilis hoc anno millesimo centesimo sexagesimo sexto fatis functo, postquam annis duodecim regnasset, filium suum duodennem, Guilielmum, cognomento *Bonum* dictum, Successorem reliquerat. Porro Pater decedens Papæ quadraginta millia Esterlingorum scripserat, & filius anno sequente totidem miserat. Esterlingus jam tunc temporis notissima erat Angliæ moneta.

Lup. 1. ep. 140.

Cang. Gloss. Esterling.

§. XXXV.

Legatio Manuelis Imperatoris ad Alexandrum Papam.

Act. ap. Bar.

Sub idem tempus Manuel Comnenus Imperator Constantinopolitanus Jordanum, Roberti Principis Capuani filium, cui titulum Sebasti dederat, Romam misit. Is in conspectum Pontificis deductus, oblatis ad pedes ejus magnis muneribus, Imperatoris Manuelis auxilia adver-

adversus Friderici Imperatoris injusta conamina promisit. Affirmabat etiam, Manuelem velle Ecclesiam Græcam cum Romana tam arcto fœdere jungere, ac olim in antiquis sæculis fuisset, ut ita deinceps Latini Græcique unus populus Christianus sub uno capite diceretur. Petebat vero, quoniam optata faveret occasio, sibi a Papa Coronam Imperii restitui, quæ sibi, non autem Friderico Germano, jure deberetur. Ne belli nervus deesset, pollicebatur tantam pecuniæ copiam, totque exercitus & numero & disciplina militari valentes, qui non Romæ modo, sed toti Italiæ S. Petro subjiciendæ sufficerent. Alexander, quamvis Græci tanta promissa exequi posse haud viderentur, suadentibus tamen Cardinalibus, Legatos ad Manuelem Imperatorem Episcopum Ostiensem, Cardinalem SS. Joannis, & Pauli cum Jordano Sebasto mittendos esse censuit. Sæcul. XII. A.C. 1166.

Hic concordiam inter Manuelem Imperatorem & Alexandrum Papam durasse videmus; quin Græci jactabant, Imperatorem suum, ut Friderici conatibus obsisteret, Alexandrum Papam Sedi Apostolicæ restituisse. *vid. Allat. conf. II. n. 3. Cinnam. l. 5. n. 1. p. 133.*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

§. XXXVI.

Constitutio de Festis.

Jus Græc. Rom. l. II. n. 5 p. 160. Theod Bals. in Nomocan. tit. 7. p. 79.

Mense Martio eodem anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, quem Græci annum a Mundo condito sexies millesimum sexcentesimum septuagesimum quartum numerabant, Indictione decima quarta, Manuel Imperator promulgavit Constitutionem de Festis, in quibus omnia Fora judicialia cessare deberent. Distinguebantur vero Festa primi Ordinis, in quibus nihil omnino eorum, quæ ad Judicium pertinent, agere licebat, ab illis, quæ dicebantur secundi Ordinis, in quibus ante & post Officium Divinum Judicialia tractari poterant. Omnia Festa in hac Constitutione nominata hodiedum in Menologio Græcorum leguntur, & notantur non nulla, quæ illa ætate Ecclesia Latina necdum celebrabat, sed postea recepit, qualia sunt Præsentatio S. Virginis vigesima prima Novembris, Conceptio, quam Græci nona Decembris colebant, S. Annæ vigesima quinta Julii, Transfiguratio Domini Nostri sexta Augusti (*). Ex eo autem, quod

(*) Scripta est novissime vita S. Annæ ex quibusdam Revelationibus, quæ si ante aliquot sæcula prodiisset, majorem forte fidem quam nostra ætate inveniisset.

quod jam illa tempestate Græci Conceptionem S. Virginis celebraverint, non est inferendum, ipsos Conceptionem immaculatam credidisse, cum etiam Conceptionem S. Joannis Baptistæ vigesima tertia Septembris solemni ritu agant. Pothon Presbyter & Monachus Prumiensis in Germania, qui annis decem duodecimve ante hanc Græcorum Constitutionem scribebat, conqueritur, de recenti devotione, qua novella Festa in Monasteria invehebantur, dicebatque: *Quid vero causæ fuit, cur hæc Festa celebremus, Festum Sanctæ Trinitatis, Festum Transfigurationis Domini Nostri? Aliqui, quod magis absurdum videtur, Festum Conceptionis S. Mariæ adjungunt* (*). sæcul. XII. A.C.1166. *Menol. Poth. de domo D. lib. 3. in fi. to. 8. lib. PP. Paris. p. 714.*

§. XXXVII.

Quæstio de Æqualitate Patris, & Filii.

Eodem anno salutis millesimo centesimo sexagesimo sexto, Imperii Manuelis vigesimo tertio, frequentissimum Oo 4 Conci- *Allat. Conf. II. c. 12. n. 4. Nicet. l. VII. n. 5. Cinnam. lib. VI. n. 2.*

(*) Meminerit Lector eorum, quæ scripsit S. Bernardus in Epistola ad Canonicos Lugdunenses de Conceptione & Festo S. Annæ, relata in Tomo nostro XVI. Lib. LXVIII. Num. LXX. At Vir Sanctus in fine hanc Quæstionem Auctoritati & Examini Ecclesiæ Romanæ relinquit.

Sæcul. XII. A.C. 1166. Concilium Constantinopoli celebrari jussit, cujus occasio hæc extitit. Quidam nomine Demetrius, natus Lampeæ, Asiæ oppido, humanis scientiis leviter tinctus, sed qui studio Religionis jugiter intentus, de ea disputandi finem non faciebat, cum bis terve ad Occidentales regiones missus fuisset, multo audentior ex Italia redierat. Is aliquando cum Manuele Imperatore sermonem conferens, ait: *Germani dicere præsumunt, Filium Dei simul esse minorem, simulque æqualem Patri.* *Enimvero*, respondit Imperator, *numquid nos quoque confitemur, Filium esse Deum & Hominem, ideoque minorem, qua homo est, & æqualem qua Deus est? quoniam in hoc sensu Salvator dixit:* Joan. 14. 28 *Pater major me est. Nec consentaneum rationi esset, id de Divinitate accipere. Quare homines in Germania bene credere mihi videntur.* Demetrius autem suæ opinioni pertinaciter inhærens, quod Germani in fide errarent, haud longo elapso tempore, librum Imperatori attulit, in quo id ipsum scripserat, quemque ut sub terram defoderet Imperator suasit, ne suo veneno complures Lectores enecaret.

At Demetrius eo insolentius errorem suum privatim & publice spargebat, litigansque cum Episcopis & Diaconis, multos seducebat; quin vehementer contra

contra illos declamabat, qui Filium minorem esse dicerent. Unde jurgandi prurigo plures corripuit, nemo autem Demetrio in faciem obsistere audebat. Ipse Patriarcha Lucas Chrysobergus, quamvis Demetrii errorem damnaret, timide silebat. Tandem, postquam sex annis tenuisset contentio, Imperator, compluribus Episcopis ad sententiam Catholicorum revocatis, Concilium celebrari curavit, cui Lucas Patriarcha præfuit, Athanasio Patriarcha Antiocheno, Nicephoro Hierosolymitano, Stephano Metropolita Cæsarienſi in Cappadocia, Nicolao Ephesino & pluribus aliis numero quinquaginta sex Episcopis præsentibus. Qui errorem Demetrii propugnaverant, non ignari quod Lucam Patriarcham haberent Adversarium, non nulla accusationis capita contra eum in medium afferebant, dicebantque, Lucam, utpote virum Regimini Ecclesiæ neutiquam idoneum, deponendum esse. Sed non tulit id petentes Imperator, præcipiens, ut prius Quæstio de Doctrina Fidei definiretur, & deinde, si videretur, ad Actionem contra Personas procederent. Sæcul. XII. A. C. 1166.

Concilium igitur novem Canones condidit in hunc modum: 1. *Anathema illis, qui verba Sanctorum Ecclesiæ Doctorum perverse accipiunt, & falsis interpre-* *Triod. Græc. Domin. Orthodox.*

Sæcul. XII. A.C. 1166.

terpretationibus detorquent, quod illi cum gratia Spiritus Sancti diserte explicarunt. 2. *Æterna sit memoria illorum, qui verba Domini Nostri JESU Christi: Pater major me est, secundum interpretationem Patrum, de ipsius Humanitate, in qua passus est, accipiunt.* 3. *Anathema illis, qui sentiunt & dicunt, quod JEsus Christus, Naturam Humanam accipiens, eam in Divinitatem mutaverit, & qui non credunt, quod per hanc conjunctionem Corpus Domini Dignitatis Divinæ particeps fiat, ita ut objectum sit unius & ejusdem Adorationis cum Verbo, a quo assumtum est, & ex consequenti cum Patre & Spiritu Sancto honoretur & glorificetur; quamvis Deo consubstantiale non sit, nec desinat esse Corpus creatum & circumscriptum, ut proprietates naturales exigunt. Sed qui dicunt, quod Corpus in substantiam Divinitatis mutetur, unde sequitur, quod vel Incarnatio fuerit fictitia, vel quod Divinitas passa sit.* 4. *Æterna sit memoria illorum, qui dicunt, quod Caro Domini per conjunctionem Hypostaticam ad supremam Dignitatem sine alteratione aut confusione evecta, cum Verbo una adoratione honoretur, & cum ipso in Throno ad dexteram Dei Patris sedeat, prærogativa Divinitatis, salvis utriusque Naturæ proprietatibus, prædita.*

Canones Concilii Constantinopolitani.

5. *Ana-*

Sæcul. XII. A. C. 1166.

5. *Anathema illis, qui rejiciunt verba, quibus Patres Doctrinam Ecclesiæ stabiliunt, Athanasii, Cyrilli, Ambrosii, Amphilochi, Leonis Sanctissimi veteris Romæ Archiepiscopi, aliorumque, & qui Acta quarti sextique Concilii Æcumenici non recipiunt.* 6. *Anathema illis, qui verba Domini Nostri: Pater Major me est, in alio sensu accipiunt, ac Sancti explicarunt, nempe aliqui secundum Divinitatem, quia Pater est Generationis illius principium, alii secundum proprietates Carnis assumtæ, nempe creatæ, finitæ, mortalis. Et Anathema illis, qui dicunt, quod illa Christi verba solummodo accipienda sint de Carne sua, a divinitate non nisi per extrinsecum concipiendi modum separata, ac si Christo non esset unita; & Anathema illis, qui qualemcunque separationem secundum simplicem apprehendendi modum non in eo sensu accipiunt, in quo Patres, cum de Christi servitute aut ignorantia locuti sunt, acceperunt, nullatenus tamen ut Carnem Jesu Christi deprimant. Demetrius autem, & Sectatores ejus, etiam proprietates naturales, quæ vere in carne cum Divinitate unita existunt, ita separant* (*). 7. *Anathema Metro-*

(*) Id est, sicut ex obscuro hujus loci sensu colligo, Demetrius & Sectatores ejus, non tantum

Sæcul. XII. A.C. 1166. *Metropolitæ, intruso Corcyrensi, Constantino ex Bulgaria, qui dicit, quod illa verba Domini Nostri: Pater Major me est, non debeant accipi, stante conjunctione hypostatica divinæ & humanæ Naturæ, sed per nostrum concipiendi modum naturæ a divinitate separatæ, & naturæ ceterorum hominum simili, quamvis S. Joannes Damascenus de separatione divinitatis ab humanitate tunc tantum loquatur, quando ipsi de servitute & ignorantia Christi, non autem de proprietatibus naturalibus carnis ejus sermo est* (*). Constanti-

Damasc. III or. ho. c. 21.

tantum servitutem & ignorantiam Christi, de qua SS. Patres non nunquam loquuntur, sed etiam proprietates naturales, quæ vere in Carne cum Divinitate unita existunt, non nisi per abstractionem solius intellectus separabant & distinguebant.

(*) Ex his Articulis Concilii Constantinopolitani satis intricatis id tamen cognoscimus, errorem Demetrii in eo situm fuisse, quod diceret, Humanitatem Jesu Christi non re ipsa, sed tantum per abstractionem nostri intellectus ab ejus Divinitate fuisse distinctam. Sed insaniebat, sic enim verbis Christi Domini Joan. 14. *Pater meus Major me est*, nullus sensus proprius tribui posset. Præterea dici nequit, quod Natura humana creata, etsi in Persona Naturæ Divinæ unita, unum cum Natura Divina increatum factum fuerit.

Ceterum

Sæcul. XII. A. C. 1166.

ſtantinus Doctrinæ quartæ & ſextæ Synodi inhærere noluit, ideoque in varias hæreſes lapſus eſt. 8. *Anathema omnibus illis, qui depoſiti & cunctis inviſi, cum eodem Conſtantino ſentiunt.* 9. *Anathema ſtupidiſſimo & Pſeudo-Monacho Joanni Irenico, ejusque Scriptis ſanæ Doctrinæ adverſis. Anathema illis, qui eum ſequuntur, & docent; quando Dominus noſter dixit: Pater meus major me eſt, non dixiſſe id de Humanitate ſua hypoſtatice Divinitati unita, ſed per intellectum ſeparata, quaſi nunquam conjuncta fuiſſet.*

Hæc Decreta, cui Imperator ſubſcripſit, lapidibus inciſa, & in Eccleſia S. Sophiæ ita ad lævam poſita ſunt, ut intrantium oculis objicerentur. Eadem inſerta fuere Libro Synodico, quem Græci in Feſto Orthodoxiæ, id eſt, illa die, qua reſtitutum Imaginum Cultum celebrant, legunt, nempe in prima Dominica Quadrageſimæ. Hæc ex eorum Libro *Triodion* dicto diſpicimus. Theodorus Balſamon, illius ævi Scriptor, memo-

Cinna p. 149.

Sup. Lib. XLVIII.

In Can. 46. *Ap.*

Ceterum ex hoc Concilio iterum diſpicitur concordia Græcorum cum Latinis; namque illa tempeſtate Athanaſius Patriarcha Antiochenus & Nicephorus Hieroſolymitanus, in hac Synodo præſentes, Latinum Ritum ſequebantur, & in Romani Pontificis Communione exiſtebant.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

memorat, in isto Concilio Constantinopolitano, quod Magnum Concilium appellat, complures Viros Ecclesiasticos solum ideo fuisse depositos, quod Scripta Irenici vidissent, & palam non damnassent. Capita autem accusationis, adversus Lucam Patriarcham motæ, quia levia visa sunt, ideo a Sede sua amotus non est.

§. XXXVIII.

Aliæ in Ecclesia Græca Constitutiones.

Jus Græco Rom. lib. 3. p. 217. ibid. p. 204. Theod. Balsam. in Nomocan. tit. 13. p. 186.

Eodem anno, Græcorum sexies millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto, Domini millesimo centesimo sexagesimo sexto, Indictione decima quarta, Feria II. undecima Aprilis, Lucas Patriarcha alteri Concilio præfuit, Metropolitis triginta, & Imperatoris Præfectis præsentibus. In eo Nicolaus *Hagiotheodorita* Metropolita Athenienſis querelam attulit, de abusu cujusdam Decreti Synodici, ante annos centum triginta ab Alexio Patriarcha conditi, quo tolerabatur matrimonium in sexto septimove gradu initum, si modo contrahentes licentiam nubendi non petiissent; nempe tunc hujusmodi matrimonium non declarabatur nullum, sed conjugibus pœnitentia injungebatur, quia per ignorantiam contraxisse præsumebantur. Itaque hujusmodi nuptias inire cupientes cautio

cautissime licentiam nunquam petebant, quæ ipsis utique denegata fuisset, sed eas libere tanquam licitas celebrabant. Lucas Patriarcha hunc abusum, edito Synodali Decreto, sustulit, easque nuptias nullas pronunciavit; quam Constitutionem Manuel Imperator lege, eodem mense Aprili, Indictione decima quarta, condita & mense Majo sequente promulgata, confirmavit. Sæcul. XII. A.C. 1166. *Jus Græc. Rom. 2. p. 165.*

Justinianus Imperator, cum Ecclesiam S. Sophiæ ædificasset, jus Asyli ad eam confugientibus concesserat; quo privilegio abutentes facinorosi Leges, atrocissimis criminibus digna supplicia statuentes, eludebant. Id Imperatorem Constantinum Porphyrogenitum permovit, ut præciperet; illum, qui temere homicidium commisisset, ex Asylo abstractum, in locum ab eo, in quo scelus peregisset, remotissimum esse relegandum, in monasterium detrudendum, radendum, & professione monastica, reliquo vitæ tempore, damnandum. At Manuel Imperator intelligens, quantum ab Instituti monastici Sanctitate abhorreret, homines scelestos & a Deo non vocatos ad id vitæ genus compellere, constituit, reum perpetuo carcere esse coercendum, & nunquam ad Professionem Religiosam, nisi volentem, & severissime probatum admittendum. Hæc Consti-

Sæcul. XII. A.C. 1166.

Constitutio eodem mense Aprili, Indictione decima quarta, anno Mundi sexies millesimo, sexcentesimo septuagesimo quarto, Virginei partus millesimo centesimo sexagesimo sexto data est, cujus edendæ occasio hæc fuisse dicitur. *lib. 3. p. 224.* Quidam miles innocentem occiderat, & post breve temporis spatium absolutionem ab Episcopo impetraverat. Quam ob rem indignans Imperator, cum causam in Concilio discuti curasset, reus pœnitentiam per Canones præscriptam secundo implere jussus est, & Episcopus ad tempus a Ministerio Sacerdotali suspensus.

Quædam etiam aliæ Constitutiones Lucæ Patriarchæ occurrunt, quas inter *p. 220.* illa est die Dominica, octava Decembris, Indictione sexta, nempe anno reparatæ Salutis millesimo centesimo quinquagesimo septimo, Pontificatus sui tertio, data, in qua Viris Ecclesiasticis *Balsam. in Can. 16. Carthag. p. 623.* prohibet, ne negotiis sæcularibus implicentur, non sint Curatores, non amplarum familiarum regimen in se suscipiant, non censuum Reipublicæ Redemtores existant; reis vero Depositionis pœna dictatur. Cuidam Diacono præcepit, ut Causidici munus abdicaret; *Jus Græc. Rom. p. 225. Bals. p. 98.* sed ille in excusationem attulit, quod Leges hoc officium Clericis prohibentes, ad illos solum Causidicos pertinerent,

qui

qui in Foro Sæculari conscripti, a Magistratu recepti, & ab Imperatore stipendio donati essent, sicque libertatem in Judicio dicendi obtinuit. Idem Patriarcha antiquiores Leges explanavit; ad censum artium sordidarum, Clericis vetitarum, pertinere Balneatorum & Suffitorum tribus. Diaconis & Presbyteris Medicorum munere fungi prohibuit. Ceterum vita functus est Lucas Chrysobergus anno millesimo centesimo sexagesimo septimo, postquam Sedem Constantinopolitanam annis duodecim tenuisset, eique successit Michael Anchialus Diaconus, Sacellanus & Philosophorum princeps, qui annis octo sedit.

Sæcul. XII. A. C. 1166.

Catalog. Jus Græc. Rom p. 303. V. Pagi. an. 1167. n. 17.

§. XXXIX.

Ecclesia Alexandrina.

In Ægypto Ecclesiæ Alexandrinæ præerat Patriarcha numero septuagesimus tertius, Jacobita, Marcus Abulfaragus, Zaraæ filius, in Festo Pentecostes duodecima Junii anno millesimo centesimo sexagesimo sexto ordinatus, quo sedente, Ecclesia S. Mercurii pluresque aliæ veteris Cairi urbis flammis consumtæ sunt, in incendio universali, decima quarta Novembris anno millesimo centesimo sexagesimo nono, cujus Auctor *Chauvar* Vizirius fuit. Marcus vero Patriarcha quotidie epulabatur splendide, ac Chri-

Chron. Orient.

Hist. patr. Alex. Sollerii vie Salad. MS.

Sæcul. XII. A.C. 1166.

stianorum virorum nobilissimos mensæ adhibebat, cui carnes inferebantur, contra morem Patriarcharum Antecessorum ejus; hi enim toto anno jejunium Quadragesimale servabant, atque ab esu carnium, piscium, & a vino abstinebant, secundum consuetudinem Monachorum in Oriente; quippe illi Patriarchæ ut plurimum e Monasteriis evocabantur. Malum igitur exemplum, quod Marcus exhibebat, compluribus Jacobitis occasio fuit, ab ejus Communione discedendi, prædicatione cujusdam Presbyteri, cui etiam nomen Marcus, *Elcombar* filii, eos in Schisma impellente.

Præterea Marcus Presbyter in quemdam abusum illius Ecclesiæ vehementer invehebatur. Nam multi posito thuribulo & accensis carbonibus confitebantur, credentes hoc remedio peccata sua deleri. Contra Marcus Presbyter affirmabat, necessarium esse, ut Sacerdotibus confiterentur, & Canonem, id est, Pœnitentiam injunctam, implerent. Quam tabulam nisi peccator post naufragium amplecteretur, pereundum esse. Sic complures ad sancti moris custodiam reduxit. Damnabat etiam Circumcisionem, quam plerique Christianorum in Ægypto servabant, & tanta dicendi vi de his duobus Articulis disseruit, ut non paucos ad Doctrinam Catholicam pertraxerit.

traxerit, & Communioni Melchitarum reddiderit. Quare Patriarcha Alexandrinus in quodam Concilio Episcoporum, Sectæ suæ addictorum, Marcum Presbyterum excommunicavit, & Michael quoque Patriarcha Jacobita Antiochenus in Concilio sexaginta Episcoporum eum a suæ Ecclesiæ communione exclusit. Ceterum Marcus Zaraæ filius, Sedem Alexandrinam annos prope viginti tres obtinuit. Sæcul. XII. A. C. 1167.

§. XL.

Urbs Mediolanensis restauratur.

In Italia, dum Fridericus Imperator Anconam obsidet, Longobardiæ Urbes, cum Præfectorum Cæsareorum fastum & crudelitatem ferre non possent, ad deliberandum per Legatos suos conveniunt; qua potissimum ratione vim omnem repellerent, salva Imperatori debita fide, quam se his fœderibus neutiquam frangere jactabant. In illo autem Conventu diem præstituerunt, qua omnium civitatum Incolæ Mediolanum irent, & in ea veteres colonos restituerent; nempe Mediolanensibus tamdiu præsidio essent, quoad valla reparassent, tuto ibi degere, & suis se viribus tueri possent. Tum statuta strenue exsecuti sunt, & Mediolanenses inter summæ lætitiæ signa urbem suam die Jovis vi- *Acerb. mor. p. 842.*

Sæcul. XII. A C. 1167.

gesima septima Aprilis anno millesimo centesimo sexagesimo septimo intrantes dirutos muros extruere cœperunt.

vit. S. Gald. 18. April. Boll. to. 10. p. 594.

Cum anno millesimo centesimo sexagesimo secundo Mediolanum excideretur, Hubertus Pirovanensis, Archiepiscopus, ad Alexandrum Papam se recepit, quem secutus in Franciam, & cum eodem in Italiam reversus, ex hac vita evocatus est Beneventi, vigesima octava Martii anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, postquam annis viginti Ecclesiam Mediolanensem rexisset. Defuncto successit Galdinus Cardinalis, ex nobili familia *Vavasseurs de Sale* ortus, qui Sacris literis instructus & inter Clericos Majoris Ecclesiæ educatus, Archidiaconi munere deinde sub Ribaldo Archiepiscopo & Huberto ejus Successore functus est. Is Huberto semper addictissimus, etiam in exilium migranti adhæsit; unde Alexandro Papæ viri dotes explorare licuit. Ubi in Italiam redierant, Alexander Papa Galdinum, consentiente Archiepiscopo, Beneventi commorante, Romam ad se vocatum, mense Decembri, anno millesimo centesimo sexagesimo quinto, Presbyterum Cardinalem Tituli S. Sabinæ creavit. Huberto deinde fatis functo cum Clerici Mediolanenses in diversa sparsi Archiepiscopum eligere non possent, Papa Algiso Thesauri Præfecto, ex

ex Familia Pirovanensium, Cardinale Galdino, aliisque quotquot poterat, accitis, iisdem rogantibus, Galdinum, octava Maji, anno millesimo centesimo sexagesimo sexto, Dominica secunda post Pascha, Archiepiscopum Mediolanensem ordinavit. Is Sedem hanc annis decem nec plus nec minus tenuit. Postquam vero comperit patriam suam e cineribus resurgere, quod ferventissimis precibus a Deo postulaverat, itineri se accinxit, cum potestate Legati Sacræ Sedis rediturus. Utque Cæsareorum insidias effugeret, habitum Peregrinorum indutus itinere maritimo Venetias pervenit, unde Longobardiam ingressus, vestem & Episcopi Insignia resumsit. Haud procul Mediolano constitutum omnes cives Clericique, obviam procedentes, & ingentem profitentes lætitiam, quinta Septembris anno millesimo centesimo sexagesimo septimo exceperunt. Sæcul. XII. A. C. 1167.

§. XLI.

Fridericus Imperator Romæ ad portas.

Inter hæc in alia Italiæ parte Romanorum quadraginta millia, vigesima septima Maji, eodem anno in Vigilia Pentecostes, in Tusculanam Civitatem, Friderici Imperatoris partibus faventem, erumpunt. Quod ubi Christianus Archiepiscopus electus Moguntinus Schismaticus *Act. ap. Baron. an. 1167. vid. Pagi. eod. Chron. gr. Sax. cod.*

Sæcul. XII. A. C. 1167.

maticus ex nunciis comperit, castra Romanis proxima deligit cum copiis; ex Flandria enim & Brabantia conducto militi imperabat. Ecce vero jam cum suis fugam meditabatur, cum ad auxilium præstandum adveniens Rainoldus, Imperatoris Cancellarius, & electus Archiepiscopus Colonienſis, Romanos prœlio fundit, ex quibus octies mille occisi, quater mille capti, ceteri in fugam acti. Hanc victoriam Germani in Feria II. Pentecostes reportarunt. Imperator igitur, quem obsidio Anconæ morabatur, ea capta, Romam contendit, quo decima sexta Julii pervenit. Altera die Castrum S. Angeli aggreditur, & deinde Basilicam S. Petri, quam, cum incendi jussisset, expugnavit. In his angustiis Alexander Papa, relicto Palatio Lateranensi, ad Domos Frangipanum munitas se contulit; Rex vero Siciliæ juvenis triremes duas cum pecunia misit, quibus Sanctum Patrem de potestate Imperatoris eriperet. Has quidem per Tiberis alveum Romam usque advectas Papa remisit, accepta pecunia, quam Romanis distribuit, ut animos ad Urbem defendendam accenderet.

Imperator intelligens, vi manifesta Romam ad deditionem faciendam compelli non posse, Episcopis Cardinalibusque, qui nomine Pontificis ad eum salutandum

tandum venerant, per Conradum Archi- Sæcul. XII.
epiſcopum Moguntinum Catholicum A.C.1167.
pacis conditiones exponi juſſit in hunc modum: *Si Alexandrum eo adducere poteſtis, ut Pontificatu ſe abdicet, ſalva ſua Ordinatione; faciam ego, ut etiam Paſchalis ſuæ Dignitati renunciet. Tertius in Papam eligatur. Tunc Eccleſiæ ſinceram pacem dabo, nec amplius, quis Papa eligatur, curabo. Captivos Romanis reddam, & quæcunque de ſpoliis necdum direpta ſuperſunt.* Hæc pacta populo Romano, belli calamitatibus fatigato, exoptanda videbantur, clamabatque una voce, acceptanda hæc eſſe, & non Pontificatum modo, ſed etiam ſi quidquam illo pretioſius haberet, Alexandro relinquendum eſſe, ut civium ſuorum vel libertatem vel vitam redimeret. At Epiſcopi & Cardinales, poſtquam hac ſuper re deliberaſſent, communi conſenſu reſpondent Friderico: *Noſtrum non eſt, in Papam ſententiam ferre, quem Deus ſuo judicio reſervavit.* Papa vero cum *Rom. Salern.* Cardinalibus ſub pauperis peregrinantis veſte latens Roma exceſſit, ut ſe irato populo ſubtraheret. In itinere Tarracinam & deinde Cajetam divertit, unde Beneventum pervenit, ubi jam vigeſima ſecunda Auguſti verſabatur. Fugientem Pontificem Cardinales ſecuti ſunt.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

Acer. Morena p. 845.

Interim Paschalis Antipapa, qui Viterbii adventum Imperatoris expectabat, Romæ Suburbia petiit, Missam solemni Ritu in Basilica S. Petri cum Cardinalibus suis die Dominica, trigesima Julii celebravit, & Feria tertia sequente in Festo S. Petri ad vincula in eadem Ecclesia Friderico Imperatori, & Imperatrici Beatrici Conjugi ejus coronas aureas, gemmis ornatas, imposuit. Tunc vero Romani intelligentes, quod vim vi repellere non possent, cum ne quidem Tiberim tuto trajicere liceret, in pacta descendere statuunt, fidem Imperatori jurant, seque Paschalem Papam recepturos promittunt. Verumtamen Frangipanes, & quidam alii Romani, generis nobilitate conspicui, arcium Domini & munitionum, quarum obsidio majoris molis fuisset, quam ut cito expugnari possent, hæc fœdera aspernabantur. Ad Romanos vero ultra Tiberim misit Imperator legatos cum mandatis, qui eorum fidem acciperent; horum Nunciorum aliquis erat Acerbo Morena civis Laudis Pompejæ, Curiæ Cæsareæ Judex, qui sui ævi historiam, postea ab Ottone filio continuatam, scripsit.

Sed, mira res! die altera, quæ erat Mercurii, secunda Augusti, cum modica pluvia a turgidis nubibus fuisset excussa, subito emicantes æstivi solis radii in exercitu

exercitu Imperatoris miserandæ stragis causa extiterunt. Nam tanta hujus pestis vis fuit, ut superstites necatis sepeliendis singulis diebus vix sufficerent; qui mane sospites videbantur, die procedente exanimes concidebant. Hæc tabes præter alios plurimos Præsules & Optimates abstulit Rainoldum Archiepiscopum Colonienſem, summi ingenii virum, inter Præfectos Imperatoris eximium, nec- *Chron.* dum ordinatum, quamquam anno mil- *Saxo.* 1168. lesimo centesimo sexagesimo primo electus fuisset. Ejus Successor fuit Philippus Cancellarius. Itaque funesta clades Imperatorem ad abducendum exercitum compulit, atque extrema recedentis agmina rebelles Longobardi lacessere ausi sunt.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

§. XLII.

Fridericus ab Alexandro excommunicatur.

Ubi fama pervolans ad S. Thomæ in Francia degentis aures detulit, quam probrose Fridericus ex Italia fugere coactus fuerit, datis ad Alexandrum Papam literis, rogavit verum edoceri, & victoriam gratulatus est, Friderici cladem illi comparat, quam Senacherib tulit; ipsum, quia excommunicatus erat, non amplius Imperatorem, non Principem, sed privatum habet, & epistolam sic claudit: II. *ep.* 22.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

Quis deinceps, Vicariam Jesu Christi potestatem in terris gerens, præsumat se ipsum voluntati Principum submittere, Ecclesiam prostituere, reorum audaciam inultam dimittere? audeat, qui voluerit, ego profecto non sinam, ut hæc culpa in me cadat, ne, dissimulans vindictam, eadem cum delinquente pœna involvar. Joannes Saresberiensis hanc Friderici excommunicationem clarius explicat, data sub idem tempus epistola, in qua dicit: *Postquam Papæ patientia Tyrannum Teutonicum diu sustinuit, ut ad pœnitentiam provocaret, & Schismaticus iste peccata peccatis accumulavit, tandem S. Petri Vicarius, a Deo super Gentes & Regna positus, Italos ceterosque omnes a juramento fidei, quo ipsi ratione Imperii aut Regni obstringebantur, absolvit, eique in hunc modum totam pœne Italiam subtraxit. Præterea eundem Fridericum Dignitate Regia privavit, anathemate percussit, atque auctoritate Divina prohibuit, ne deinceps ulla virtute in bello vigeat, ullum Principem Christianum vincat, ullo in loco pacem aut quietem inveniat, usque dum dignos pœnitentia fructus faciat. Qua in re Papa secutus est exemplum Gregorii VII. Antecessoris sui, qui simili modo nostra ætate Henricum Imperatorem in Concilio Romano deposuit.* Joannes Saresberiensis, etsi esset

II. *ep.* 89. *Jo. ep.* 210. *to.* 10. *Conc. p.* 1450.

esset doctissimus, nullum tamen exemplum isto antiquius ex tota Historia Ecclesiastica afferre potuit, quo Pontificibus auctoritatem Supremos Principes deponendi adstrueret. Sæcul. XII. A.C.1167.

§. XLIII.

Legati in Normanniam perveniunt.

Quamquam duo Legati, quos Alexander Papa, postulante Rege Angliæ, ad terminandam causam S. Thomæ Cantuariensis mittebat, prima die Januarii anno millesimo centesimo sexagesimo septimo Roma discessissent, non prius tamen quam exeunte æstate in Normanniam, ubi Rex versabatur, pervenerunt. Postquam vero iter auspicati fuerant, Papa certior factus est, quam magnifice Joannes Oxonienſis Legationis suæ Romanæ successum exaggeraret, & jactaret, hos Legatos ad judicandum Archiepiscopum eumque damnandum mitti. Quin Papam jam nunc complures Præsules, multosque alios viros in Anglia spectatissimos, ab ejusdem Archiepiscopi Jurisdictione eripuisse. Comperit quoque Papa, his rumoribus non Archiepiscopum modo, sed etiam Regem Franciæ & Regni ejus Principes turbari. Quare data epistola duos Cardinales Legatos, Guilielmum Papiensem & Ottonem, jussit Archiepiscopo omnibus viribus

Sæcul. XII. A. C. 1167.

viribus ſolatium ſuggerere, omnem ſuſpicionem eximere, Regi Angliæ reconciliare, & priusquam negotium reconciliationis eſſet perfectum, nihil gravioris momenti in ejus terris moliri, nec ejus Regnum, etiamſi invitaret, intrare. Subjunxitque, *ne contra nos quoque maledicentiæ arma præbere videamini.* Hæc Epiſtola in Palatio Lateranenſi ſeptima Maji data.

Papa, data ad Regem Franciæ quoque Epiſtola, certiorem facit, quod Legatos miſiſſet, rogatque, ut ad Archiepiſcopum & Regem Angliæ reconciliandos piam operam impendat, & addit: *Si vero pax reduci non poſſit, cuperemus, ſi id moleſtum tibi non accideret, & Optimates Regni tui non offenderentur, Thomam apud vos poteſtatem Legati Sedis Apoſtolicæ obire.* Nempe, ut Thomas, cujus poteſtas in Anglia erat ſuſpenſa, ſolatium haberet, Papa ei Legationem in Francia conferre avebat. Sed adnotare operæ pretium eſt, quod ad rem iſtam conſenſum Regis & Optimatum petierit.

Quas querelas Thomas moverit, ubi Guilielmum & Ottonem Legatos mitti comperit, ex ejus Epiſtolis poſtea datis cognoſcere licet. Atque etiam ex Epiſtola Petri Lombardi Subdiaconi ad Papam data, in qua dicit, Regem Franciæ haud

I. ep. 165.

haud leviter indignari, minarique, se Legatos istos ab aditu in Regnum suum prohibiturum. Tandem ex Epistola Joannis Saresberiensis, in qua dicit; Regem Angliæ sæpius auditum fuisse jactare, quod in suo marsupio Papam omnesque Cardinales sibi obnoxios & aureis vinculis adstrictos circumferret, seque iisdem privilegiis gaudere, quibus usus fuisset Avus suus, qui in Provinciis Regni sui Rex, Legatus, Patriarcha, Imperator, & quidquid volebat, extitisset. His subjungebat Saresberiensis: *Quid amplius Regi Angliæ ab Antipapis Octaviano & Guidone contra Archiepiscopum Cantuariensem concedi potuisset? Itaque in Acta Ecclesiæ Romanæ referetur, quod Pontifex Maximus, tum precibus, tum minis Regis Angliæ, cujus vitia intolerabilia justo diutius dissimulavit, perterritus, Archiepiscopum, annis quatuor cum innumeris aliis innocentibus, propter causam Dei, & libertatis Ecclesiasticæ defensionem exulem, in nullo Judicio Canonico condemnatum, nec quia talia meruit, sed quia Tyranno ita placuit, omni Jurisdictione Episcopali exuerit. Sed quid ista ad me? Papa viderit, cujus est conscientiæ suæ, famæ, & Ecclesiæ saluti consulere.* Ceterum ambo Legati Archiepiscopo suspecti erant, multo magis Guilielmus Papiensis, quem inimicum suum

Sæcul. XII. A.C. 1167.

I. ep. ult.

vit. II. c. 22. I. ep. 165. &c.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

suum manifestum & Regi Adversario suo addictissimum esse existimabat. Huic ergo ipsi scripsit, quod eum Judicem suum recipere neutiquam posset. Jamque antea literas ad eum exaraverat filio multo acerbiore, quas vero consilium Joannis Saresberiensis secutus suppressit.

Chro. Gerv. 1167.

Hoc anno millesimo centesimo sexagesimo septimo inter Franciæ Angliæque Reges bellum recruduit ob civitatem Tolosanam, aliasque causas, quas inter præcipua S. Thomæ Cantuariensis negotium putabatur. Qua re comperta Alexander, datis literis, Legatis Guilielmo & Ottoni præcepit; viam nullam intentatam relinquerent, qua pacem inter ambos Principes revocarent, Ecclesiæ tantopere necessariam. Diserte prohibet, ne in Angliam navigent, nec in negotia hujus Regni præsertim, quæ ad Consecrationem Episcoporum spectabant, se se ingerant, antequam Thomas Archiepiscopus Regi plene fuisset reconciliatus. Hæc Epistola Beneventi vigesima secunda Augusti anno millesimo centesimo sexagesimo septimo data. Ut his mandatis obsequerentur, Legati Senones perrexerunt, cum Archiepiscopo, nempe Thoma Cantuariensi, deliberaturi, & remedium tantæ litis quæsituri. Inde Regem Angliæ adeunt, quem cum propositi sui tenacissimum habuissent, diem

II. ep. 34.

Gervas. p.

consti-

constituunt in Octava S. Martini, qua cum Archiepiscopo conferrent consilia. Ceterum Rex Angliæ Legatis dixerat; belli incentorem esse Thomam, qui in Franciam abiisset, ut contra se Regem & Comitem Flandriæ ad arma capessenda excitaret. Sæcul. XII. A. C. 1167.

§. XLIV.

Colloquium Gisortiense.

Præfixa die, decima octava Novembris, anno millesimo centesimo sexagesimo septimo in loco inter oppida, vulgo *Trie* & Gisortium posito, Franciæ & Normanniæ termino, colloquium habitum. Sed Episcopi & Abbates Angliæ, quos Rex advocaverat, Rotomagi remanserunt. Archiepiscopum vero Cantuariensem non nulli ex iis, qui in exilium eunti adhæserant, comitabantur. Sermonem priores exorsi Legati ingentem Papæ caritatem dilaudarunt, & solicitudinem, qua Archiepiscopum hodieque foveret. Suos quoque labores & pericula in hoc itinere exhausta memorabant, atque etiam necessitatem Ecclesiæ, Regis Angliæ potentiam, amicitiam præterea & beneficia, quibus olim Thomam ipsum coluisset, honorem, quo eum semper prosecutus fuisset, & tandem querelas contra ipsum, præsertim de bello, cujus auctorem Thomam esse affirmaret. *II. ep. 27. 28. 30.*

Sæcul. XII. A.C. 1167.

maret. Super his omnibus quærebant ex Archiepiscopo, quid ad placandum Regis animum ipsos dicere oporteret, suadebantque Thomæ, ut in spinoso negotio moderationem & humilitatem afferret.

His dictis exiit Archiepiscopus, cum suis consultaturus. Et post morulam regressus gratias dixit Papæ & Legatis. Tum ad illa, quæ a Rege objiciebantur, respondit, & memoravit, quantum Ecclesiæ nocuisset. De humilitate & submissione vero, quam Legati ab Archiepiscopo expectabant, dixit, se se Regi tam humilem, tam submissum exhibiturum esse, ac fieri posset, Dei suoque honore, libertate & bonis Ecclesiæ salvis, interrogans an his conditionibus quidquam adjici vel detrahi deberet. Responderunt Legati, non venisse se, ut ei consilia darent, sed ab eo acciperent, sicque viam ad reconciliationem explorarent. His subjunxerunt; ad quædam capitula speciatim esse progrediendum, & quæsiverunt, an promittere vellet, ipsis præsentibus, quod illas consuetudines, quibus Reges sub Archiepiscopis Antecessoribus suis usi fuissent, servaturus esset, ut sic in gratiam cum Rege rediret. Thomas respondit: Nullum Regum a quoquam Antecessorum suorum in Sede Cantuariensi, ut id promitteret, exegis-

exegisse, & nunquam fore, ut ipse promitteret, servaturum se esse consuetudines, Legi Divinæ, Auctoritati Sacræ Sedis, & Libertati Ecclesiæ adversantes, quas Papa Senonibus, ipsis Legatis audientibus, damnasset, & quibus ipse anathema dixisset. Sæcul. XII. A.C. 1167.

Rursus Legatis quærentibus, an saltem vellet promittere, se has consuetudines dissimulaturum & toleraturum, reposuit illud Axioma morale: *Qui tacet consentire videtur*, quia enim Rex se jure possessionis gaudere diceret, si nemo se se opponeret, & Legatorum Sacræ Sedis accederet auctoritas, eas consuetudines & ipsi & Successoribus ejus legitime stabilitas videri posse. Subjunxit Thomas, malle se in perpetuo exilio degere, & si Deus de se ita decrevisset, ex amore Justitiæ mori, quam suæ salutis & libertatis Ecclesiasticæ dispendio pacem quærere. In hujusmodi enim adjunctis Deum æternam damnationem comminari Episcopis, si taceant. Lectis deinde consuetudinum Articulis, quæsivit ex Cardinalibus, an has a Christianis servari, & a Pastoribus dissimulari liceret?

Tum cum Legati interrogarent, an in causa litis cum Rege ipsorum judicio acquiescere vellet, respondit, se, si ipse & clientes sui in integrum restituerentur,

Sæcul. XII. A.C. 1167.

lubenti animo competenti Judici pariturum, & submissurum se illis, quorum Judicium subire Papa jussisset. Nunc vero pauperrimum & solius Regis Franciæ beneficiis vitam trahentem ad longæ litis sumptus compelli non posse. Noluit vero S. Thomas Cardinalem Papiensem Judicem recusare, ne nova lite, antequam restitutus fuisset, implicaretur. Iterum Legati interrogant, an coram ipsis respondere vellet Episcopis, qui ab eo ad Papam appellaverant, cum jam præsentes essent. Quibus Thomas pariter respondit; se nulla a Pontifice hac de re accepisse mandata, si autem exinde acciperet, facturum se, quod æquitas postularet. Altera die Rex Franciæ, Legatis in conspectum admissis, illud objectum, quod Thomas duobus Regibus exitialis belli auctor extitisset, diluit, jure-
II. ep. 27. jurando affirmans, Præsulem sibi constanter suasisse, ut pacem cum Rege Angliæ conservaret.

§. XLV.

Conventus Argenteonensis.

Exinde Legati de iis, quæ acta erant, Regi Angliæ rationem reddituri *Ar-*
* Argentan *genteon* * die Dominica vigesima sexta Novembris perveniunt, quibus Rex ad duas leucas obviam procedens, eos deinde ad hospitium deduxit. Altera luce

Rex

Rex finita Missa cum non multum pro- Sæcul. XII.
cessisset dies, Legatos vocat. Adsunt A.C. 1167.
illi & cum Archiepiscopis, Episcopis, & *II. ep. 6.*
Abbatibus, qui admissi sunt, conclave Regis intrant ad consultandum. Ac postquam ad spatium ferme duarum horarum intus fuissent, egrediuntur, Rexque Legatos usque ad ostium Sacelli exterius comitatus, publice, præsentibus etiam iisdem Legatis, dicere auditus est: *Utinam, quoad vivam, nunquam amplius Cardinalium aliquis oculis meis obversetur!* Tanta autem festinatione eos dimisit, ut quamvis eorum hospitium haud procul distaret, proprii tamen ipsorum equi non expectati, sed alii, qui forte ante illud sacellum custodiebantur, abituris admoti fuerint. Ita Legati haud plus quatuor viris comitantibus discesserunt; Archiepiscopi vero, Episcopi & Abbates apud Regem remanentes ad consilium adhibiti, cumque deliberatio ferme ad tempus usque Vesperarum fuisset protracta, ad Legatos se contulerunt, turbido omnes vultu, ac modico ibi tempore consumpto, quisque ad suum diversorium rediit.

Postera die Martis, Præsules, postquam apud Regem usque ad meridiem tenuisset deliberatio, ad Legatos ventitarunt hinc & inde mandata secreta ferentes. Die Mercurii illius mensis, in

Sæcul. XII A. C. 1167.

vigilia S. Andreæ, Rex cum canibus & avibus ſummo mane exiit ad venandum, quod de induſtria fieri, & quæſito abſentiæ prætextu, omnes crediderunt. Interim Epiſcopi mature in ſacello Regis tumque in Regia conveniunt, ubi poſtquam conſultaſſent ad Eccleſiam, Legatorum hoſpitio proximam, pergunt. Vocantur Legati, audituri, quæ exponerentur. Qui intrantes in medio omnium conſident, Archiepiſcopis Rotomagenſi & Eboracenſi, Epiſcopis Vigornienſi, Saresberienſi, Bajocenſi, Londinenſi, Ciceſtrenſi, & Inculismenſi, multis Abbatibus & magna Laicorum multitudine latera ſtipantibus.

§. XLVI.

Appellatio contra Thomam.

Tunc vero Gilbertus Epiſcopus Londinenſis de Sede ſua ſurgens & converſus ad Legatos, *Ad aures veſtras pervenit*, ait, *nos literas a Summo Pontifice accepiſſe; has ad manus habemus. In iis vocati ad vos venire jubemur. Ex iisdem perſpeximus, vobis plenam poteſtatem dirimendi lites, inter Regem & Archiepiſcopum Cantuarienſem, atque inter nos & eundem Præſulem natas, datam eſſe. Quare cum vos in has Regiones adveniſſe percepimus, præſto vobis eſſe voluimus, ut vel actionem moveremus, vel*

vel actionem contra nos moventi re- Sæcul. XII.
ſponderemus, & tandem veſtræ ſenten- A. C. 1167.
tiæ obediremus. Idem etiam promittit Rex, ſe videlicet ſententiam, quam in cauſa ipſius & Archiepiſcopi pronunciaturi eſtis, qualemcunque demum approbaturum. Cum ergo nec in Rege, nec in vobis, nec in nobis mora ſit, quo minus mandata Papæ exſequi liceat, culpa in eum, qui ſolus reus eſt, rejiciatur. Quia autem Archiepiſcopus cuncta temere agit, quia Sacerdotes ſuſpendit, & excommunicat, nunquam monitos, Appellatione præcocem ejus ſententiam antevertimus. Antea appellavimus, hodieque appellamus, & nobiscum tota Anglia appellat.

Tum Epiſcopus Londinenſis cauſam litis inter Regem & Archiepiſcopum expoſuit in hunc modum: *Rex ab Archiepiſcopo repetit quadrageſies mille argenti marcas, ſibi debitas ex cenſibus, quorum ratio a Thoma Regni Cancellario reddenda fuiſſet. Ipſe reſpondet, ſibi tunc, cum ad Archiepiſcopatum promotus fuit, nullius rei rationem fuiſſe reddendam, & etiamſi aliquo vinculo prius fuiſſet adſtrictus, poſt Promotionem ſuam ad nihil teneri. Putat enim per Ordinationem Epiſcopalem debita eo modo deleri, quo in Baptiſmo peccata remittuntur.* Poſtea Epiſcopus cauſas retulit, ob quas & ipſe & ceteri Angliæ Epi-

Sæcul. XII. A. C. 1167.

scopi appellassent, videlicet suam oppressionem & periculum Schismatis, in quod forte Rex lapsus fuisset, si ipsi Interdicto Archiepiscopi morem gessissent. Addidit, Archiepiscopum calumniis Regis decreta impetere, & publice promulgavit, Regem Edictum prohibens, ne quis Romam appellet, abrogare; ipsum quidem hanc Constitutionem edidisse, ut Clericis pauperibus faveret, sed jam eandem revocare, quod illi ingrati admodum existerent. *Ceterum*, inquit, *vult, ut in causis profanis coram Judice Laico actionem moveant, in causis vero Ecclesiasticis ad forum suum remitti rogent.* Tandem Episcopus Londinensis querelas, ad se ipsum pertinentes, contra Archiepiscopum protulit: *Novam*, inquiebat, *a me servitutem extorquet, vultque, ut ipsius Epistolas ad me missas per totam Angliam dirigam, cui negotio cursores quadraginta non sufficerent. Quadraginta ferme Ecclesias meæ Jurisdictioni subtraxit, nam Londini constituit Decanum, ad quem Ecclesiarum istarum causas deferri jussit. Unde neminem Episcoporum magis quam me Archiepiscopi vexationibus premi patet.*

Episcopus Saresberiensis & suo & Episcopi Wintonienſis nomine huic Appellationi adhæsit. Archidiaconus Cantuariensis quoque, & quidam ejusdem Eccle-

Ecclesiæ monachus appellarunt, cunctique a Legatis Apostolos, seu Literas Appellationis testes petierunt & obtinuerunt. Legatis deinde die Martis post primam Dominicam Adventus Regi valedicentibus, ille supplicibus verbis rogavit; exorarent ipsi Papam, ut se ab Archiepiscopo penitus liberaret, quin etiam aliquantulum flevit. Guilielmus Legatus quoque illacrymari videbatur, risum vix satis tenente Legato Ottone, quod nequaquam sinceras fluere lacrymas existimaret. Guilielmus Legatus Clericorum suorum aliquem ad Papam misit, qui Acta celeriter referret. Rex quoque per duos nuncios Pontificem omnium certiorem fieri jussit. In Sabbato die nona Decembris Legati cum Ebroicum divertissent, inde iterum Nuncios duos ad Papam direxerunt, qui Præsules Angliæ ad Sacram Sedem appellasse perferrent. Hæc omnia legimus in quodam Commentario, quem illico amicorum fidissimorum aliquis ad S. Thomam transmisit.

Sæcul. XII. A. C. 1167.

Acta de S. Thoma.

Quædam alia adjuncta dispiciuntur ex Epistola Joannis Saresberiensis ad Episcopum Pictaviensem data, in qua dicit; post Colloquium Gisortiense Regem Legatis perturbatissimum visum fuisse, auditumque publice conqueri, quod a Papa proderetur, minarique de-

II. ep. 26.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

fectionem, nisi injurias suas ab Archiepiscopo Cantuariensi acceptas ulciscerentur. Postquam vero diu multumque deliberasset, & jam Principum, jam Episcoporum & Abbatum, jam ex Purpuratis ndissimorum, jam Legatorum, nunc unius nunc amborum, consilia exquisivisset, tandem declarasse, quod se eorum Judicio in omnibus Capitibus inter se & Archiepiscopum controversis subjiceret, & promisisse quod talia fidei suæ pignora, qualiacunque peterentur, interim daturus esset, ac cuncta, quæ præcepissent, accurate servaturus, si modo sibi justitiam tanquam privatorum hominum minimo administrarent. Tunc respondisse Legatos, non sibi potestatem Archiepiscopum judicandi, sed dissidentes amice componendi commissam fuisse, Regem vero rogasse, ut ex iis quæ ab Archiepiscopo Eboracensi, ab Episcopis Londinensi, Cicestriensi & Vigornensi, ab Archiepiscopo Rotomagensi, Episcopisque Lexoviensi & Bajocensi audivissent, Papam causæ suæ justitiam edocerent.

In eadem deinde epistola Joannis Saresberiensis legimus: Tum Episcopus Londinensis in medium consuluit, nomine totius Regni & omnium Clericorum esse appellandum, petiitque, ut Archiepiscopus

scopus districto præcepto constringeretur, ne vel in Regnum vel in Episcopos quamcunque Censuram pronunciare præsumeret, sed sub præsidio Papæ existerent, usque ad Appellationis diem, quæ ad S. Martini Festum anno sequente millesimo centesimo sexagesimo octavo præstituta erat. His peractis Legati ad Archiepiscopum miserunt duos nuncios, qui altera die, Festo S. Luciæ, decima quarta Decembris ei epistolam reddiderunt. Præcipiebant vero Legati, ut Appellationi acquiesceret, prohibebantque nomine Papæ, ne Angliam ulli Interdicto vel excommunicationis sententiæ subjiceret, usque dum res ad Summum Pontificem deferri, ejusque mandata cognosci possent. Episcopi quoque, missis duobus ad Archiepiscopum nunciis, appellasse se, significari jusserunt. Sed eis Thomas colloqui non est dignatus, quod cum illis, quos ipse excommunicasset, nominatim autem cum Episcopo Londinensi, communicassent. Sacræ Sedis autem Legatis scripsit; & se ipsum & illos neutiquam ignorare, quousque eis obedientiam præstare teneretur. Proinde facturum se, quod Ecclesiæ expedire visum fuisset.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

II. *ep.* 29.

ep. 26.

Sæcul. XII.
A.C. 1167.

§. XLVII.

Thomæ querelæ contra Papam & Cardinales.

11. *ep.* 30. Inter hæc S. Thomas ad Papam longa exaravit literas, in quibus postquam ea retulit, quæ in Colloquio Gisortiensi acta fuerant, conqueritur, quod Rex illos solum advocasset Episcopos, quos sibi adversarios noviſſet, & affirmat, sibi nec tutum esse nec possibile quodcunque judicium, extra Sancti Patris præsentiam, subire. His addit: *Quia ergo cura omnium Ecclesiarum tibi incumbit, converte, obsecro, oculos tuos ad Occidentem, & aspice, quam temere a filiis suis habeatur Ecclesia. Quære ex Cardinale Ottone quid in Turonia, quid in Normannia viderit. Quid de Anglia audiverit. Ut enim sortem Ecclesiarum Cantuariensis & Turonensis silentio prætream, quibuscum Rex, ut nosti, egit, jam diu Episcopatus septem in nostra provincia & in provincia Rotomagensi vacantes occupat, & Episcopos eligi non sinit. Regii Satellites Clericos Angliæ impune spoliant. Si tanta dissimulamus, quid Jesu Christo in die Judicii respondebimus? quis aliquando Antichristo resistet, si hodie ejus Præcursores arguendi animus Sacerdotibus deest? nostra ignavia Reges in Tyrannorum feritatem degenerant,*

rant, nec plus juris aut privilegii, quam ipsis lubet, Ecclesiis permittunt. Frustra nobis Siculorum aut Hungarorum exempla proponuntur, quæ nobis coram Tribunali Divino nihil præsidii afferent. Sæcul. XII. A. C. 1167.

Cum vero elapso exinde triduo a Legatis mandata accepissent, quibus ejus Potestas suspendebatur, data ad Papam altera epistola dicebat: *Ridiculos nos effecit cunctis in regione hac degentibus Legatorum tuorum auctoritas, nullum modum in causa nostra tenentium. Quid opus erat, Domine! Legationem committere viro, ex cujus initiis quid eventurum esset cognoscere poteras? qui nihil, inquam, antiquius habuit, quam Principibus adulari, tuæ & Ecclesiasticæ Dignitatis proditor.* His S. Thomas Guilielmum Papiensem carpit. II. ep. 47.

Simul Archiepiscopus datis ad omnes Cardinales literis multo vehementioris stili præter alia ajebat: *Quo animo injuriam Jesu Christo in mea persona, sive potius vobis ipsis, quorum est Jesu Christi vices in terris agere illatam dissimulare potestis? Num fingitis vos ignorare, quod Rex Angliæ quotidie Bona Ecclesiæ usurpet, ejusque libertatem destruat? in Clericos nullo discrimine manus injiciat, hos carceri tradat, alios mutilet, aliis oculos eruat, ad duellum, ad probationem ignis vel aquæ subeundam compellat. Probibeat* II. ep. 46.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

bibeat Episcopis, ne Metropolitis sui obediant, minoribus Clericis ne Præsulibus suis pareant, legitime excommunicatis, ne se ut tales gerant. Tandem ductus exemplo magni illius Schismatici, persecutoris vestri, Ecclesiam tota sua libertate privare conetur. Hic Fridericum Imperatorem stringit. *Si Regi nostro ista omnia impunita abeant, quid ejus Successores facient? imo quid non illi, qui vobis in Ecclesiæ Romanæ Dignitatibus succedent, pati non cogentur? cavete, ne sicut occasiones & fraudes, ita etiam in dies malum crescat. Nolite fidere in favore Principum, nec in divitiis perituris, sed succurrendo oppressis thesaurum vobis in Cælo comparate. Si cessatis, vos meque omnesque exilii mei consortes judicet Deus! expetat a vobis rationem sanguinis illorum, qui propter causam meam mortui sunt! dissimulationem & injustitiam vestram ulciscatur! Deus Optime! quis vigorem deinceps speret in membris, ubi Caput languet? jam ubique audias dicentes, nihil esse Romæ, quod delinquentes, si Viri potentes sint, timeant. Vestra lenitas, nisi attenditis, omnes Reges pervertet. Princeps noster hodie eo audaciæ pervenit, ut Siculorum insolentiam imitetur, vel potius superet. Clerici in Anglia favorem Curiæ Regalis exambiunt, mores ad aulæ palatum componunt,*

ponunt, assentantur, fidem Regi jurant, Sæcul. XII.
ut eo facilius privilegia Ecclesiastica, quæ A.C. 1167
pro lubitu in Regno suo distribuit, con-
sequantur. Et inferius: *Itaque amico*
fideliter monenti credite, resumite Spiri-
tus & vigorem Sacerdotibus dignum,
utimini gladio S. Petri, & cum contu-
melias Jesu Christo irrogatas vindicatis,
nemini parcite. Ecclesia Dei non dissimu-
latione, non astutia, sed justitia & veritate
regitur.

§. XLVIII.

Absolutio subreptitia.

Promiserat Papa, se illos, quos Thomas excommunicaverat, absoluturum esse, si forte periculum esset, ne morerentur, & adjecta conditione, si jurassent, se recuperata sanitate, mandatis Papæ obsecuturos. Itaque cum hujusmodi excommunicatis, Rege præcipiente, mare trajiciendum esset, præsumentes navigantibus imminere mortis periculum absolvi petierunt a quodam paupere Episcopo in Wallia, tam leges quam Canones ignorante, qui relicto Episcopatu ad Abbatiam pinguiorem transierat. II. *ep.* 3. II. *ep.* 26.

Ubi Legati advenerunt, Joannes Saresberiensis graves querelas movit apud Papam, contra Absolutionem in fraudem Legis impetratam, sine ulla Satisfactione II. *ep.* 103. *Jo. Sarisb. ep.* 220.

Sæcul. XII. A.C. 1167.

factione aut Bonorum usurpatorum restitutione. Quare Papa, datis literis, eos qui ita absoluti fuerant, ad restituenda Bona Ecclesiæ Cantuariensis compelli, vel iterum excommunicationis Censura innodari, jussit. Tandem duo Legati Guilielmus Papiensis & Otto, sub finem anni millesimi centesimi sexagesimi septimi reversi sunt, nullo hanc Legationem sequente emolumento.

II. *ep.* 104.

§. XLIX.

Seditio in Urbe Remensi.

II. *ep.* 31. *Sarisb.* *ep.* 214. II. *ep.* 48.

Joannes Saresberiensis Remos confugerat, ubi in æstate anni millesimi centesimi sexagesimi septimi ingens tumultus exortus; quod ex ejusdem epistola ad Joannem Episcopum Pictaviensem in hunc modum data discimus. Cives contra Archiepiscopum Henricum, quod novis & intolerabilibus servitutibus urbem premeret, conjurati, suadentibus Clericis & Nobilibus auxilium conferentibus, Ecclesiarum turribus & ædibus munitis subito occupatis, amicos & ministros Præsulis ex urbe ejiciunt, ipsumque insolentissime habent. Antea quidem sinceræ subjectionis signa dederant, & duo librarum millia obtulerant, si modo eos Archiepiscopus juribus illis, quibus Urbs nunquam non a tempore S. Remigii gavisa fuisset, deinceps frui sineret. Ad Ludo-

Ludovicum Regem quoque se se con- Sæcul. XII.
verterant, ut ipsius patrocinio animum A. C. 1167.
Archiepiscopi, fratris ejus, mitigarent. Sed frustra omnia, ergo Henricum Comitem Campaniæ adeunt, eoque consilium suggerente Regi deditionem faciunt, quem Archiepiscopus ad expugnandam civitatem adduxerat. Jussit Rex, pœne invitus, domos quinquaginta dirui, quæ tamen pœna fratri ejus minor delicto visa est.

Triduo postquam Rex recessisset, redeunt cives, atque ut illatum sibi damnum vindicarent, ædes illorum Nobilium, quos Archiepiscopo favere sciebant, nempe Vicedomini, & cujusdam alterius, olim civitatis Præfecti, diruunt. Tunc Archiepiscopus, Comite Flandriæ advocato cum mille equitibus, Principem impellere nitebatur, ut in cives irrueret, aut saltem captos in carceres detruderet. At cum illi fuga adventum hostium antevertissent, ac omnia, quæ usui esse possent, annonamque solertissime abstuliissent, Flandris urbem intrantibus vix superfuit, quo una die famem depellerent. Et ecce, ipsis insciis Archiepiscopus, pacem cum civibus suis, conciliatore Roberto Comite Drocensi fratre suo, iniit, his conditionibus; Cives quadringentas quinquaginta Libras Archiepiscopo darent, ad restituendos belli sumtus,

Sæcul. XII. A.C. 1167.

sumtus, licet hi mille libris vix satis æstimarentur. Et ita exinde Remenses antiquis suis moribus viverent. Post accepta probrosæ pacis pacta, Henrico nihilominus cum Clericis suis non conveniebat, Ecclesiasque, quamvis ei satisfacere non recusarent, vexabat. Hæc Joannes Saresberiensis referebat.

Merlot.to.2. p. 391.

Sup. Lib. LXVI. §. 18.

Ceterum hæc jurgia ex jure civitatum, superius memorato, novissime Remis invecto, sicut in pluribus aliis urbibus, ortum traxisse credibile est, Civesque jurisdictionem Archiepiscopi constringere, suamque in quosdam, olim suis privilegiis gaudentes, extendere quærebant.

Quod vero ad Clericos spectabat, Canonici Remenses querebantur, se ab Archiepiscopo suo durissime haberi, qui fratrem Regem ad occupanda ipsorum Bona, contemta libertate Ecclesiastica, excitaret. Ista ex epistolis Alexandri Papæ ad Regem & Archiepiscopum datis cognoscimus.

§. L

Manichæi in Flandria & in Burgundia.

Duchesne. to. 4. p. 729. *ep.* 458. *Cang. Gloss. Poplic.*

Henricus Archiepiscopus Remensis in Flandria, illa ætate Ecclesiæ suæ Metropoliticæ subjecta, commorans Manichæos ibi delitescere deprehendit, quos populus Poplicanos seu Publicanos (id nominis

nominis a Paulicianis fluxisse creditur) nominabat. Hi virtutis specie simplices fallebant; Archiepiscopo autem sexcentas argenti marcas ea conditione obtulerunt, ne suæ Sectæ homines requirerentur; cumque ille insanientes cum sua pecunia repulisset, ad Papam appellarunt. Sæcul XII. A.C. 1167.

Quare Ludovicus Rex ad Sedem Apostolicam datis literis rem detulit, ne Pontifex potestatem Archiepiscopi fratris sui restringeret. Nam hæresis ista in illis regionibus profundas radices egerat, quod tunc memoravimus, cum de Tanchelini erroribus locuti sumus. *Sup. Lib. LXVII. §. 34.*

Sub idem tempus Vizeliaci in Burgundia novem viri, eadem Hæresi infecti, a Guilielmo Abbate detecti sunt, qui eos separari & custodiæ tradi jussit, donec Episcopi aliique viri auctoritate præditi ad eos convincendos advenissent. Duobus mensibus in carcere detenti sæpe evocabantur, super fide sua interrogabantur, & modo terrebantur minis, modo lenibus verbis ad fatendum, quod res erat, commonebantur. Tandem vero ab Episcopis, Abbatibus aliisque viris doctis convicti sunt, quod rejicerent tria Sacramenta, videlicet Baptismum parvulorum, Eucharistiam & Matrimonium, aliasque plures sanctas consuetudines, quales erant, Signo Crucis *Hist. Vizel. to. 3. Spicil. p. 644.*

Sæcul. XII. A. C. 1167.

omnia munire, aquam benedictam aspergere, Ecclesias ædificare, decimas & oblationes dare, Monasticum Institutum profiteri, omnes Clericorum & Presbyterorum functiones (*). Cum Festum Paschæ

(*) Da finden wir wiederum Leute, die von vielen Herren Protestanten als Glaubensväter verehret werden, welche aber damal von der ganzen sichtbaren Christenheit, ja auch heut von den Protestanten selbst in den Artikeln von der Taufe der Kinder und von dem Abendmal verabscheuet werden. Es kann auch in der Glaubenslehre einmal nicht besser halten unter Christen, welche sich an das Ansehen keiner äusserlichen Richtschnur binden wollen. Wunderlich ist, was Mosheim in seinem allgemeinen Kirchenrechte der Protestanten auf der 339. Seite von ihren symbolischen Büchern daher schreibet. Wir wollen ihn selbst hören. Es ist nur eine einzige Wahrheit des Glaubens und des Lebens; und unser Erlöser will, daß in seiner Gemeinde Einigkeit des Geistes und des Glaubens seyn soll. Diese Einigkeit des Glaubens würde schwerlich erhalten werden, wenn die Vorsteher der Gemeinde die Macht hätten zu lehren was und wie sie wollten. Hieraus folget, daß es gut und nützlich sey gewisse Vorschriften der Dienern des Evangelii zu geben, wonach sie ihre Gemeinden lehren und unterweisen sollen. Diese Vorschriften nennen wir symbolische Bücher .... diese symbolische Bücher aber müssen freywillig

Paschæ haud procul abesset, duoque ex his Sectariis formidarent, ne, quod audiverant, ad sustinendam ignis Probatio- Sæcul. XII. A.C.1167.

willig von der Gemeinde angenommen werden: weil die Grundsätze der christlichen Religion keinen Gewissenszwang erlauben. Windheim setzet in der Erklärung hinzu: Ueber die symbolischen Bücher und über das Jus Symbolorum ist seit 50. Jahren scharf gestritten worden. Es ist auch in unserer Kirche das Ansehen der symbolischen Bücher an vielen Orten sehr gefallen. Es giebt ganze christliche Gemeinden, die keine symbolische Bücher haben, oder die wenigstens niemand dieselbe anzunehmen verpflichten. So weit Mosheim und Windheim.

Da haben wir nun nebst der Heil. Schrift anstatt des Ansehens der allgemeinen römischen Kirche, welche sie verworfen, einen andern Grund des protestantischen Glaubens, nämlich symbolische Bücher, ohne welche nach dem Geständnisse des Mosheim, die Einigkeit des Glaubens schwerlich kann erhalten werden. Also denn gründet sich die Einigkeit des protestantischen Glaubens auf etwas das willkürlich ist, weil diese symbolischen Bücher müssen freywillig von der Gemeinde angenommen werden. Auf Bücher derer Ansehen an vielen Orten sehr gefallen, auf Bücher die in einigen Orten gar nicht, oder wenigstens nicht verpflichtend sind. O Herr Mosheim! Herr Windheim! wie zweifelhaftig, wie unrichtig, wie unchristlich ist

Sæcul. XII. A.C. 1167.

nem compellerentur, finxerunt se ea credere, quæ doceret Ecclesia, & ad Probationem aquæ corpora obtulerunt. Ergo deducuntur, procedentibus Clericis & Ministris, maxima populi frequentia, Guiscardo Archiepiscopo Lugdunensi, Bernardo Episcopo Nivernensi, Walterio Episcopo Laudunensi & Guilielmo Abbate Vizeliacensi præsentibus. Illi iterum interrogati respondent, se credere, quod Ecclesia Catholica crederet, rursusque se examen aquæ libenter subituros dicunt. Tunc omnes Deo gratias agere, & Abbas ab omnibus quærere: *Quid ergo de illis decernemus, quorum obstinatio durat?* cui omnes acclamarunt: *comburantur! comburantur!* Altera die, cum duo illi, qui conversi videbantur, per aquam probarentur, alter innocens alter nocens judicatus est, quem tamen Abbas graviore pœna non affecit, nisi quod virgis publice cæsum proscripserit. Ceteri septem flammis traditi sunt, cum ageretur annus Salutis reparatæ millesimus centesimus sexagesimus septimus (*).

Chron. Vizel. to. 1. Bibl. Lab. p. 397.

§. LI.

---

der Grund zu euer Glaubens-Einigkeit! Wer soll aber da ein ordentliches Kirchenrecht suchen, wo der Glaube selbst in so mißlichen Umständen sich befindet?

(*) Præcoci consilio ad supplicium rapti videntur homines isti, cum id auctoritate Friderici Imper-

Sæcul. XII.
A.C. 1167.

§. LI.

Imperator se Schisma abjecturum simulat.

Inter hæc Friderico Imperatori, amissis copiis, cum etiam Longobardiæ urbes ab ipso defeciſſent, via qua ex Italia evaderet, non occurrebat. In his anguſtiis poſitus aures dedit cuidam Ordinis Cartuſienſis viro, ſibi olim admodum familiari, qui ipſum exorto Schismate fugerat. Is itaque cum lacrymis Imperatori ſuggeſſit, nunquam ſecuram pacem inventurum eſſe, niſi Eccleſiæ reconciliaretur, ab eoque obtinuit, ut diceret, vocaturum ſe Priorem Magnæ Domus Cartuſienſis, Abbatem Ciſtercienſem, & Epiſcopum Papienſem, prius a ſe depulſum, & promiſſurum, quod eorum conſilia in omnibus amplecti vellet, ſi modo ipſi in ſe ſuſciperent reatum violati juramenti, quo ſe obſtrinxiſſet II. *ep.* 66

Imperatoris aut alterius Principis jure ſupremo gladii utentis factum non appareat. Sed non adeo obſtupeſcendi eſt locus, quia Canonum ignorantia laboraſſe hoc Tribunal ex eo conſtat, quod Probationem vel per ignem vel per aquam, a Conciliis dudum rejectam, adhuc licite adhiberi poſſe crediderit.

Sæcul. XII. A. C. 1168.

xisset, nunquam futurum, ut Alexandrum Papam reciperet.

Hoc Friderici propositum, cunctis, ad quorum aures devenit, magno gaudio exceptum est, atque Longobardi, hujus Principis conversionem sperantes, mitigari cœperunt.

Ergo Prior Cartusiensis, Episcopus Papiensis, & Geofridus Episcopus Antissiodorensis, olim Cistercii Abbas, quem Abbas Cisterciensis, tunc gravi morbo decumbens, miserat, vices suas obiturum, itineri se dederunt, præmisso quodam viro Religioso, qui locum & tempus colloquii ab Imperatore exquireret. Sed cum interim Marchio Montisferrati a Comite Vallis Maurianæ cognato suo, initis conditionibus, obtinuisset, ut Imperatori in Germaniam rediturο transitum concederet, ille jam securus respondit; frustra ad se venturos esse Præsules, nisi Angelum de Cœlo secum adducerent, omnibus conspicuum, aut dono miraculorum, velut leprosos sanandi, vel mortuos ad vitam revocandi, præditi essent. Quibus auditis ad sua reversi sunt. Sic ex Italia effugit Imperator mense Martio anno millesimo centesimo sexagesimo octavo, noctu iter faciens, in famuli habitu, usque dum peragrato Burgundiæ comitatu in Germaniam pervenit.

Cont. Aserb. Mor. p. 847.

§. LII.

Sæcul. XII. A.C.1168.

§. LII.

Alexandria de paleis *conditur.*

Imperatoris fuga Longobardiæ civitatibus, contra ipsum fœderatis, ingentem in modum animos addidit; nec satis eis fuit Mediolanum restaurasse, sed novam urbem in provinciæ suæ aditu condere statuerunt, quæ primos, si Germani ingruerent, hostis assultus armis exciperet. Nec segniter quod placuerat, prima die Maji, anno millesimo centesimo sexagesimo octavo exsecuti sunt, urbemque, ut Summi Pontificis nomini honorem haberent, Alexandriam appellarunt, quæ primo originis suæ anno quindecim millia civium arma gerentium numeravit. Anno sequente Consules Papam Beneventi commorantem adeuntes, ipsi proprietatem urbis suæ obtulerunt, eamque Ecclesiæ Romanæ vectigalem effecerunt. Ceterum novellam urbem Cæsarei milites per lusum Alexandriam *de paleis* dixerunt; ætatem tamen tulit, & hodiedum inter urbes Ducatus Mediolanensis non ignobiles visitur.

Act. Alex. ap. Baron. Guiliel. Neubrig. II. c. 17.

Interea Guido Cremensis Antipapa, huc usque Romæ ad S.Petrum versatus, fato functus est, hoc anno millesimo centesimo sexagesimo octavo, vigesima Se-

II. ep. 60.

Sæcul. XII A.C. 1168.

ptembris, postquam annos quatuor & menses quinque Paschalis III. Papa a suis dictus fuisset. Sectatores ejus Joannem Abbatem Strumensem, electum Episcopum Albanensem, mortuo Guidoni suffectum Callistum III. appellarunt, quo nomine annis decem gloriatus est.

Chro. Jo. de Cece Gerv. 1168.

Sup. n. 7.

§. LIII.

Manuel Imperator Nuncios ad Alexandrum Papam mittit.

Act. ap. Bar. an. 1170. Sup.

Sub idem tempus, quo Guidonem Cremensem mors abstulit, Legati Manuelis Imperatoris Constantinopolitani ad Alexandrum Papam perveniunt mandata afferentes illis similia, quibus ante annos ferme duos Nuncios suos instruxerat. Nempe ex Purpuratis Imperii Græcorum aliquis, assumta Apocrysiarii dignitate, Beneventi in Alexandri Papæ conspectum prodiit, maximam argenti copiam profudit, & nomine Manuelis Domini sui omnis generis auxilia adversus Fridericum pollicitus, etiam effecturum se promisit, ut Ecclesia Græca Romanæ uniretur, id unum postulans; Papa coronam Imperii Principi suo imponeret.

Alexander Papa, Cardinalibus & Nobilibus Romanis ad consilium adhibitis, respondit: *Gratias Imperatori Domino*

tuo

tuo dicimus, & benevolentiæ ejus argumenta magno gaudii ſenſu excipimus. Quod vero Romanorum Imperium a nobis ſperet & petat, res eſt graviſſimi momenti, cauſa, inquam, difficillima & periculis maximis obnoxia, quam, ſi ad Decreta Patrum noſtrorum reſpiciamus, moveri non poſſe exiſtimamus. Romani enim Pontificis officium poſtulat, pacis auctorem eſſe, eamque in univerſa Eccleſia omnibus viribus conſervare. Quare Alexander Apocryſiario Græco, cum omni quam attulerat pecunia, Conſtantinopolim dimiſſo, duos Cardinales ſequi jubet, qui Legatione ad Manuelem Imperatorem fungerentur. Sæcul. XII. A.C. 1168.

§. LIV.

Rugienſes convertuntur.

Eodem anno Alexander Papa Epiſcopo Roſchildenſi Inſulam Rugiam nuper ad Fidem converſam ſubjecit. Nam Waldemarus Rex Daniæ Sclavos Rugiæ Inſulæ incolas in ſuam ditionem redacturus, conducto milite & claſſe inſtructa, Arcon urbem, totius Inſulæ caput, cujus veſtigia hodie non extant, obſederat, & ſtatutis conditionibus in poteſtatem ſuam receperat. Præcipua vero deditionis pacta erant; Rugienſes Idolum ſuum, quod lingua eorum vulgari *Suantovith* *Helmold. lib. II. c. 12. Saxo. lib. 14. p. 287. v. Pagi. an. 1164. n. 13.*

Sæcul. XII. A.C. 1168.

tovith dicebatur, cum sacro thesauro traderent, Christianos captivos sine pretio libertati restituerent, ipsique Religionem Christianam susciperent. Quin etiam agros & latifundia, quæ cultui idolorum destinaverant, in usum Ecclesiarum converterent.

Helmold. 1. c. 6.

Porro *Suantovith*, quem Deorum suorum maximum Barbari isti colebant, si prima origo repetatur, nullus alius erat quam S. Vitus Martyr, quem Ecclesia Catholica die decima quinta Junii honorat; Primi enim, qui Fidem Christianam in Rugiam invexerunt, Monachi Corbejenses in Saxonia fuere, & hujus S. Martyris Reliquiæ in eorum Monasterium translatæ. Postquam ergo iidem monachi, Ludovici Germanici ætate, multos Infideles in Rugia convertissent, Ecclesiam ibidem sub præsidio S. Viti, Patroni sui, ædificarunt; Insulani vero, postea in Idololatriam relapsi, veri Dei immemores, eidem Vitum Martyrem subrogarunt, quem vulgo *Suantovith* dictum primo inter Idola sua loco habuerunt. Nempe periculo non vacat, Cultum Sanctorum, eorumque Imaginum, Idololatras præmature docere, priusquam cognitione veri Dei solide instructi, in eaque confirmati fuerint.

Sup. lib. LVI. §. 17.

Sup. Lib. XLVII. §. 51.

Suan-

Suantovith templum erat in medio urbis Arcon, si populi illius barbaries spectetur, satis magnificum. Intus Idolum erat ea statura, quæ Gigantis videri poterat, habebatque capita quatuor, ita dispositа, ut duobus prospiceret, & duobus retrospiceret. Manu dextra cornu tenebat, erectum & vario ære ornatum, quod Sacerdos singulis annis vino implebat, utque infusus liquor multum parumve minuebatur, parem illius anni sterilitatem vel fertilitatem populo præsagiebat. Sæcul. XII. A.C.1168.

Ceterum huic Idolo victimæ cadebant animalia, quorum carnibus deinde lautissima adornabantur convivia; quin etiam homines, sed tantum Christiani, Numini nefando immolabantur. Ex tota provincia tot afferebantur hostiæ & vectigalia, ut major in hujus templi Antistite quam in ipso Rege auctoritas residere videretur.

Postera die quam urbs Arcona Transactione in potestatem Waldemari transiit, misit ille ex Ducibus duos, qui Colossum comminuerent; solicite vero mandarent ministris; ut caute agerent, ne simulacri casu opprimerentur, quod haud dubie Barbari Dei sui potentia, sacrilegii pœnas expetentis, factum jactaturi *Saxo.p.292.*

Sæcul. XII. A.C.1168.

ctaturi essent. Simulacrum igitur magno fragore collapsum extra civitatem in Danorum castra pertractum toti exercituì jucundum spectaculum fuit. Sub noctem frustatim concisum & in focos, quibus militi cœna parabatur, missum. Fanum quoque, quod ex ligno erat, igne consumptum. Ex ligneis autem machinis, quas Dani ad usum belli & oppugnandam urbem advexerant, Ecclesia constructa. Præterea undecim aliæ in variis Insulæ locis ædificatæ, & Presbyteri, qui ministrarent, constituti. Ceterum Waldemaro Regi Episcopi duo, qui Principem comitabantur, Absolon Roschildensis & Berno Megalopolitanus in hac expeditione egregiam operam contulerunt. Rugiæ quoque Principis, Jaremari nomine, in convertendis subditis suis eximiæ partes fuerunt, ubi enim ad unius veri Dei cognitionem pervenit, ad recipiendum Baptismum advolans, suos quoque omnes salutari lavacro ablui voluit. Tum vice Apostoli fungens gentem rudem prædicatione excolere cœpit, eamque tum argumentis tum minis ad suscipiendum suave Christi jugum compellere. Quippe ex universa Sclavorum gente soli Rugienses huc usque tenebris Idololatriæ sepulti in Insula sua, exteris impervia, perseveraverant. Ad fidem vero conversi sunt anno millesimo

Helm. c.13.

cente-

centesimo sexagesimo octavo, estque hoc factum ultimum, commemoratu dignum, in Chronico de Sclavis, quo illud Helmoldus Presbyter, incipiens a tempore Caroli Magni, perduxit. Sæcul. XII. A.C. 1168.

§. LV.

Ecclesia Germaniæ.

Alexander Papa, ubi ex Epistolis Waldemari Regis successum hujus operis & Rugiensium conversionem intellexit, literas ad Absolonem Episcopum Roschildensem dedit, in qua dicit: *Cum modicæ urbi alius Episcopus dari non possit, a Rege & populo rogati sumus, ut tibi in spiritualibus hujus Insulæ Regimen committeremus. Idem etiam Esquilius Archiepiscopus Lundensis & Sacræ Sedis Legatus, Episcopi ac Optimates illius Regni & denique Archiepiscopus Upsalienſis a nobis petierunt. Quare curam hujus Insulæ in spiritualibus in perpetuum tibi tradimus* (*). Hæc Epistola

(*) Hic dispicimus, Alexandrum Papam suprema auctoritate, rogantibus & consentientibus Episcopis, pæne ultimi Septentrionis Ecclesias rexisse. Porro eadem ferme ratione, qua Ecclesiæ Regimen geritur, etiam ejusdem a Christo accepta Infallibilitas cognoscitur. Hodie non

Sæcul. XII. A.C. 1168.

stola Beneventi, quarta Novembris anno millesimo centesimo sexagesimo octavo data est.

Chron Alb. Stad. an. 1168.

Eodem anno, mense Octobri, Hartwico Archiepiscopo Bremensi fatis functo,

---

non nulli Scriptores clarissimi, cum de Fontibus Theologicis agunt, dissimulata in Quæstione *de vera Ecclesia* Infallibilitate, eam deinde in separatis articulis tum Summo Pontifici, etiam prævie ad consensum Ecclesiæ quidquam definienti, tum Concilio universali tribuunt. Sed sicut unica est Infallibilitas a Christo promissa, ita etiam ex pluribus fontibus fluere nequit, nisi ex uno, nempe ex Auctoritate Ecclesiæ Catholicæ seu Episcoporum, cum Capite suo Romano Pontifice sive in, sive extra Concilium universale, conjunctorum; sine qua nec ipsa Sacra Scriptura, nec Traditio in effectu infallibilis dici potest. Si enim totam Historiam Ecclesiasticam pervolvamus, Doctrinam Fidei explicatam & definitam, Hæreses damnatas, extincta schismata, stabilitam Disciplinam, non solius Papæ, nec Episcoporum a Romana Sede separatorum auctoritate, sed utraque conjuncta, inveniemus.

Nec si hodie a sacra Sede Bulla quacunque in causa emanaret, reclamante majore Episcoporum Catholicorum parte, ausim affirmare, quemquam Fidelium sub peccato ad obedientiam obligari, verum potius judicium suum posse suspendere, quoad Deo veritatem certiore infallibilitatis signo manifestare placeret.

cto, hæc Ecclesia duplici electione turbata est. Pars enim una Sifridum Alberti Ursi Marchionis Brandeburgici filium, altera Otbertum Decanum elegit. Verumtamen ambo Electi auctoritate Ducis Saxoniæ loco cedere coacti. Cum deinde Imperator Curiam Bambergæ celebrasset, utriusque electio irritata, & Balduinus Præpositus Halberstadiensis in Sedem Bremensem intrusus est, voluntate Ducis, cui Bona hujus Ecclesiæ prodidit. Ordinatus a Schismaticis, accepto ab Antipapa Pallio, Archiepiscopatum annis decem occupavit. Sifridus Episcopali Infula Brandeburgi fulsit.

Sæcul. XII. A.C. 1168.

Hist. Archiep. Brem. p. 105.

In Bavaria Conradus Archiepiscopus Salisburgensis eodem anno millesimo centesimo sexagesimo octavo, vigesima octava Septembris, ad cœlestia translatus est, postquam pro defensione Ecclesiæ Catholicæ a Friderico Imperatore, Patruele suo, & a Schismaticis multa aspera tulisset; nam Præsul iste a partibus Alexandri Papæ avelli nunquam potuerat (*). Suffectus est ei Albertus ipsius Nepos

Chron. Reichersp. an. 1168.

(*) Illa jam ætate Archipræsules Salisburgenses etiam Principatum terrenum obtinuisse cognoscimus, ex illis verbis Historiæ Salisburgensis pag.

Sæcul. XII. A.C. 1168. Nepos Ladislai Regis Bohemiæ filius, communi Clericorum, Virorum Dignitate conſpicuorum, populique conſenſu, Is itaque adhucdum Diaconus & juvenis in Cathedram Salisburgenſem in Feſto Omnium Sanctorum ſolemni ritu evehitur, & anno ſequente, milleſimo centeſimo ſexageſimo nono, Presbyter, tumque Archiepiſcopus decima quinta Martii in Sabbato quatuor temporum Quadrageſimæ ab Udalrico Patriarcha Aquilejenſi ordinatur, cui deinde Alexander Papa Pallium miſit.

---

pag. quadringenteſima ſexta: *Conradus mox utrisque uſus armis, ſimul impios Eccleſiæ violatores ſacro excommunicationis fulmine precelluit, una conductis copiis Fidelium Miniſtrorum injurias propulſavit.*

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LXXII.

ALEXANDER III. PAPA.
FRIDERICUS I. IMPERAT. OCC. MANUEL COMNENUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

Conventus Regum Franciæ & Angliæ.

Ad Festum Natalis Domini anno salutis millesimo centesimo sexagesimo octavo de fœderibus inter Reges Franciæ & Angliæ agitari cœpit, Viris Ecclesiasticis & Religiosis eorum subditis conditiones, quæ utrinque petebantur, Sæcul. XII. A. C. 1169.

Gervas. Dorob. an. 1168. 1169.

Sæcul. XII. A. C. 1169.

deferentibus, atque ad conciliandam pacem Conventus in Festo Epiphaniæ anno sequente indictus. Cum igitur illa die ambo Reges in Arce *Montmirail* ditionis Cenomanensis præsto essent, pace confirmata, Rex Angliæ conversus ad Regem Franciæ, *Domine!* ait, *in hac die, qua tres Reges munera obtulerunt Regum Regi, me ipsum & liberos meos & subjectas mihi Ditiones tuo præsidio commendo.* Tuncque Henricus filius ejus natu primus ad Regem Franciæ accedens Dominium utile Britanniæ, Territorii Andegavensis, atque Cenomanensis accepit, & Homagium præstitit, quod jam ante, ut Ducatum Normanniæ possidere jure posset, juraverat. Fratri vero Henrici Richardo Alexia, filia Regis Franciæ secundo genita, in eodem Conventu desponsata. Et ipse Regi Franciæ ad homagium pro Ducatu Aquitaniæ jurejurando se adstrinxit.

Inter hæc quidam viri Nobilitate & Pietate spectati, ac etiam illi, quos Papa ad reducendam concordiam miserat, Thoma Archiepiscopo Cantuariensi suaserunt, Regis Angliæ animum humilibus precibus, Rege Franciæ & utriusque Regni proceribus præsentibus, mitigare satageret, & antiquæ litis judicium solius Regis sui prudentiæ simpliciter, nulla addita conditione, committeret, affirmantes,

tes, hanc breviſſimam & facillimam eſſe viam, qua cum Principe in gratiam rediret. In populo enim ſerpebat rumor, Regem Angliæ animo conſtituiſſe, acceptа Cruce expeditionem Hieroſolymam ſuſcipere, ſi ſalvo honore ſuo pax Eccleſiæ Anglicanæ reddita fuiſſet. Quamvis vero hoc ſibi propoſitum eſſe Rex ſimulaſſet, quod poſtea eventus prodidit, Archiepiſcopus tamen multis urgentibus moveri ſe paſſus eſt. Sæcul. XII. A C. 1169.

Itaque Thomas a conciliatoribus pacis deductus, cum ambo Reges adeſſent, transactionis finem expectantes, ad Regis Angliæ pedes accidit, qui illico proſtratum levavit. Tunc vero Præſul Regis ſui clementiam ſuppliciter obteſtari, ut Eccleſiæ Anglicanæ parceret, & confiteri, quod ſua peccata Deum ad iracundiam provocaſſent. Hisque ſubjecit: *Domine! Regè Franciæ, Epiſcopis & Principibus audientibus, totum negotium noſtrum tuæ voluntati committo, ſalvo Dei honore.* Ad hæc ultima verba Rex excandeſcens convicia in Archiepiſcopum conjecit, ſuperbiam & ingratum animum exprobravit, qui cum eſſet Cancellarius ſibi coronam tantum non ademiſſet. Æquo animo talia dicentem tulit Præſul, & leniter reſpondens, cunctis audientibus placebat. Sed interrupit loquentis ſermonem Rex Angliæ, & *vit. quadrip. II. c. 25.*

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Regem Franciæ intuitus, *Domine!* inquit, *mihi obsecro aures præbe. Quidquid huic non probabitur, dicet, rem salvo Dei honore tolerari non posse, sicque non solum sua sibi jura servabit, sed etiam usurpabit mea. Ut vero omnibus pateat, quam longe a me absit, ut quidquam Divino honori subtractum velim, banc Thomæ conditionem offero. Fuere ante me complures Reges Angliæ plus minusve potentes ac ego sum, fuere ante ipsum alii Archiepiscopi Cantuarienses, magni Viri, & spectatæ sanctitatis, det ipse mihi, quod Antecessorum ejus maximus & sanctissimus Antecessorum meorum minimo concessit, & acquiescam.*

Ad hæc cuncti exclamare: *satis demisse loquitur tantus Rex.* Et Thoma tacente, Rex Franciæ ad eum paulo commotior, *Domine Archiepiscope*, inquit, *an te ipsum Viris sanctis meliorem sanctioremque existimas? Quid pertimescis, cum in potestate tua sit pacem Angliæ reddere?* Cui Archiepiscopus: *Fateor, quod Antecessores mei me multo melio-*

S. Thomas.

res extiterint. Quilibet eorum sua ætate aliquem ex Ecclesia abusum abstulit, sed non omnes; non nullos enim a nobis tollendos reliquerunt, ut sic eorum gloriæ participes fiamus. Si quis vero ex iis justo mollius egit, profecto non istud est, quod in ipso imitari studeamus. Pa-

tres

tres noſtri Martyrium ſibi potius ſuſtinendum eſſe, quam JEſu Chriſti Nomen tacendum, exiſtimarunt, ego vero ejus honorem proſtituam, ut hominem demerear? Quibus auditis utriusque Regni Optimates Thomæ indignantes dicebant, unius Popæ arrogantiam paci redituræ obſtare, ſubjungentes: *Quia duorum Regum deſiderium contemnit, utrumque offenſum ſentiat.* Sæcul. XII. A. C. 1169.

Tandem ingruens nox jurgia diremit, amboque Reges, nec data nec accepta ab Archiepiſcopo ſalute equos celeriter conſcenderunt. Rex Angliæ in reditu familiaribus dicebat: *Hodie proditoris iſtius hypocriſin debito pudore obrui.* Aulici vero & pacis Conciliatores Thomæ in faciem objiciebant, quod nunquam non ambitioſus, faſtu tumens & ſuæ opinionis contumaciter tenax deprehenſus fuiſſet, denique grandi Eccleſiæ malo Epiſcopus ordinatus. Thomas ſilebat, niſi quod Joanni Epiſcopo Pictavienſi, in Anglia nato, amicorum ſuorum intimo, exprobranti, quod Eccleſiam deſtrueret, breviſſime reſpondit: *Cave ſis, Frater mi, ne in te ſit culpa, quam in alio te videre putas.* Rediit Archiepiſcopus ad oppidum*, quo Ludovicus Rex quoque noctem transacturus venerat, qui, ut prius ſolebat, neutiquam ad Præſulem inviſit; idque omnibus indicium *vit. c. 26.*

* Montmiraïl

Sæcul. XII. A.C. 1169.

fuit, affectum amicitiæ hujus Principis in Thomam non durare; quod multo magis patuit, cum trium dierum itinere usque Senones Rex neminem suorum ad Præsulem misit, nec alimenta ut antea præberi jussit.

§. II.

Ludovicus Rex Thomam Archiepiscopum consolatur.

c. 27. Die tertia, cum Thomas Senones perveniisset cum suis, iique plurimum angerentur, nescientes, quo se tandem Præsul verteret, ipse facie hilari & tranquilla, *solum hoc caput petitur*, inquit, *& si solus discesserò, nemo ultra vos persequetur. Ad Divinæ Providentiæ brachia confugio, & quia ex Anglia Franciaque expellor, non tamen expedit, ut me ad Romanos recipiam, fures & prædones, qui ne quidem hominibus miserabilibus parcunt. Alia tentanda est via. Fama ad me pertulit, incolas Regionis ad Ararim amnem usque in Provinciam humaniorem indolem a natura nactos fuisse; illuc pedibus, cum uno non plus socio, me conferam. Forsan eorum viscera commiseratione nostri movebuntur, & panem vitæ sustentandæ necessarium porrigent, donec Deus aliud de me decreverit.*

Archi-

Archiepiſcopo hæc loquente, advo- Sæcul. XII.
lat quidam miniſter a Rege Franciæ A.C.1169.
miſſus, dicens, jubere Regem, ut Præſul in ejus conſpectum veniret. Atque aliquis ex circumſtantibus pejora ominatus ait: *Jam ex regno hoc migrare compellemur.* Cui Archiepiſcopus: *Noli Prophetæ munus occupare.* Ubi Regis conclave intrarunt, ſedentem conſpiciunt, vultu triſtitiam profitente; nec ut adſueverat Archiepiſcopo aſſurrexit, unde malum præſagiebant. At frigide ſaltem innuit, ut conſiderent. Tunc diu omnes ſiluerunt, cum Rex inclinato capite vix lacrymas teneret. Quare credebant, ſe a Rege etſi dolente expelli. Tandem erumpentibus lacrymis & ſingultibus ſurgens Rex ad Archiepiſcopi Cantuarienſis pedes advolvitur, cunctis ſtupentibus. Demiſit ſe Præſul erecturus Regem, qui ægrius loquens *Pater mi!* inquit, *tu ſolus veritatem cognoviſti. Tu ſolus, inquam, nos vero omnes cæcutiebamus, cum tibi ſuaſimus, in cauſa tua, quæ etiam Dei cauſa eſt, ejus bonorem prodere, ut homini placeres. Pœnitet me id ſuaſiſſe, Pater mi, & vehementer doleo, petoque a te abſolvi. Utere regno meo quod tibi & Deo offero, nam, quoad per Dei gratiam hac luce fruar, nunquam te tuosve deſtituam.* Præſul igitur abſolutionem, quam

Sæcul. XII. A. C. 1169. rogabat, & Benedictionem ſuam impertitur, ac admodum lætus Senones revertitur, ubi cuncta vitæ ſubſidia usque ad ſuum in Angliam reditum a Regia munificentia accepit. Unde apud pleroſque ingens ejus virtutis opinio concepta, affirmantes, virum hunc maximum fortitudine & prudentia ſuo ævo omnes ſuperare.

Gervas. p. 1406.

Vix exinde pauci dies effluxerant, cum ad Regem Franciæ refertur, Regem Angliæ jam pacta violaſſe, ipſo conciliatore cum Pictavienſibus & Britonibus in ultimo conventu inita. Quare Ludovicus exclamare auditus eſt: *Præclara profecto prudentia Archiepiſcopi Cantuarienſis, qui nobis omnibus ſe ſe opponens pacem in eum modum, quo volebamus, agere detrectavit! tanti viri conſilia nos in cunctis expetere oportebat, quo nemo melius verſutum Regis Angliæ ingenium exploravit.* Contra Rex Henricus miſſis ad Ludovicum Regem nunciis querebatur: *Vehemens admiratio ſubit, quo jure adverſus me hunc Archiepiſcopum tuo præſidio foveas, poſtquam te præſente dignitatem Regiam, forte plus quam debui, ſubmiſi, quod non ignoras, & in me mora nulla fuit, quin pacem ei darem, quam ipſe ſuperbe & non ſine mea injuria reſpuit. Hunc ergo in regno tuo alere non debes, tanto Vaſalli tui*

tui probro. Ludovicus vero Henrici Legatis respondit: *Dicite Domino vestro; cum ipse dimittere nolit consuetudines, a Majoribus suis, ut putat, acceptas, quamvis Legi Divinæ adversari dicantur, multo minus ego antiquissimo Regni mei jure privari me patiar. Nam Francia nullo non tempore miserorum & afflictorum præsidium fuit & asylum, præsertim illorum, qui propter justitiam exulant. Archiepiscopum Cantuariensem recepi de manu Papæ, quem solum in terris Dominum agnosco; quamobrem nunquam fiet, ut Præsulem, cum paupertate luctantem, vel in gratiam Imperatoris, vel Regis, vel cujuscunque hujus Sæculi potestatis deseram.* Sæcul. XII. A. C. 1169.

§. III.

Thomas Censuras Ecclesiasticas adhibet.

Thomas autem Archiepiscopus satis intelligens, quod lenibus remediis ad pacem pervenire non posset, severitatem adhibere statuit. Itaque auctoritate Archiepiscopali, & Legati Sacræ Sedis potestate, quam a Pontifice acceperat, missis undique literis, suspendit excommunicavitque omnes illos, qui jura Ecclesiæ lædebant, quemlibet proprio

Sæcul. XII. A.C. 1169.

nomine & causam Censuræ indicans. Speciatim illos excommunicavit, qui bona Ecclesiæ Cantuariensis vel rapuerant, vel retinebant. Latam vero jam prius excommunicationis sententiam contra Gilbertum Episcopum Londinensem confirmavit, ei districte præcipiens, ut se subjiceret. His censuris per totam ferme Angliam sparsis, vix quemquam in Regis Oratorio invenire erat, cui in Missa osculum pacis eidem dare liceret, quippe propemodum omnes vel proprio nomine vel quod cum excommunicatis communicassent, eidem Censuræ subjacebant. Ceteri Episcopi & Optimates pertimescentes, ne Thomas in ipsos quoque similes censuras intorqueret, arreptum jam ante Appellationis remedium contra Archiepiscopum renovarunt, & Rex impatientissime ferens, quod familiares sui & domestici damnarentur, duobus Archidiaconis Renaldo Saresberiensi & Rudolpho Landavano Romam missis, de hac injuria querelas movit, petens alios mitti Legatos, qui excommunicatos absolverent & pacem reducerent, ne aliam viam, qua præsidium sibi pararet, & salvaret honorem Regium, tentare cogeretur. Thomas quoque Nuncios Romam misit, rogavitque Regem Ludovicum, Episcopos, & Optimates Franciæ, qui Conventui in Arce *Montmirail* inter-

III. ep. 39. Radulf. de Diceto an. 1169. p. 513. Gervas. p. 1407.

III. ep. 3.

terfuerant, ut Papæ scriberent, sicque edoceretur, cur concordiam restituere ibidem non licuisset. Sæcul. XII. A.C. 1169.

Sed Regi Henrico satis non fuit cum ipso Papa agere; nam, missis ad Italiæ urbes nunciis, tria millia marcarum argenti ad reparanda eorum mœnia Mediolanensibus pollicitus est, ea conditione, ut cum ceteris urbibus, quippe aliarum quoque fidem solicitabat Henricus, juncta opera a Summo Pontifice Thomam vel deponi vel ad aliam Ecclesiam transferri obtinerent. Ceterum eadem cura Henricus Cremonensibus duo marcarum millia, Parmensibus mille, totidemque Bononiensibus promiserat. Præterea ipsi Papæ pecuniam se daturum spondebat, qua ipsum ab exactionibus Romanorum liberaret, ac se decem marcarum millia adjecturum esse, libertatemque de Ecclesiis in Anglia vacantibus pro lubitu decernendi. Verum quia nimium promittebat, nec postulata æquitate nitebantur, repulsam tulit. Sed & delegati fuere, qui nomine Regis Siciliæ, nam hujus Principis magna erat Romæ auctoritas, causam Henrici agerent. At in cassum omnia; nihil enim impetravit, quam ut Papa Nuncios mitteret, qui pacem restitui curarent. *III. ep. 80.*

§. IV.

Sæcul. XII.
A. C. 1169.

§. IV.

Thomæ Epistola ad Cardinalem Ostiensem.

III. ep. 79. Interim Thomas haud ignarus Regem Angliæ nullum non contra se movere lapidem, & Papam instigare, ut se in Italiam advocaret, Humbaldo Cardinali, Episcopo Ostiensi, amico suo, postea Papæ Lucio III. scripsit in hunc modum: *Cum omnibus constet, Regem Angliæ nihil ardentius moliri, quam ut Libertatem Ecclesiæ opprimat, & auctoritatem Sacræ Sedis ex omnibus suis Ditionibus proscribat, omnes sapientes & Deum timentes mirantur Ecclesiæ Romanæ patientiam, qua tamdiu Principis impietatem dissimulat. An in oculis Dei hominumque probrum non sit, pauperes judicare, Potentes autem nullo fræno injecto reprimere, quos vera Justitia potentius quam ceteros torquebit? Quis Principum unquam sciente & vidente Summo Pontifice tam enormi fiducia, ac hodie Rex Angliæ, Bonis Ecclesiæ abusus est? Quinque jam anni circumacti sunt, ex quo Episcopatum meum tenet. In usus suos convertit reditus & census Ecclesiarum Lincolniensis, Bathoniensis, Herfordiensis, & Elisiensis, omnes ferme agros Ecclesiæ Landavanæ militibus suis distribuit,*

Sap. 6. 7.

Sæcul. XII. A. C. 1169.

distribuit, Bangorienſi vero Eccleſiæ annis jam decem vacanti Epiſcopum per electionem dari non permittit. Silentio prætereo Abbatias, quia earum vacantium numerus mihi non eſt cognitus. Hæc omnia agere ſe jactat ex privilegio acquiſito Conſuetudinum ſuarum, quas ab Eccleſia Romana in ipſis principiis publice damnari oportuiſſet.

Ergo quia Eccleſiam opprimi non patior, Rex Angliæ compellere vos vult, ad me ab Epiſcopatu deponendum? quia Legem Dei prodere nolo, vult, ut me ad aliam Eccleſiam, nulla utilitate id poſcente, nulla urgente neceſſitate, transferatis? quia eorum, quæ per ſummum nefas peragit, particeps eſſe horreo, vult, ut me in Italiam accerſatis, & ipſe, dum iter facio, occaſionem captet, oblato ſicariis pretio caput meum licitandi. Quo enim conſilio, niſi in meam perniciem, animos Mediolanenſium, Cremonenſium & Parmenſium, quos promiſſo auro corrupit, ſolicitat? Quid ego unquam mali Ticinenſibus aut aliis Italiæ urbibus intuli, ut exilio me damnari tantopere cupiant? Et infra: *An non etiam Frangipanes, Latrones *, Petri Leonis Familia, ceterique Romanorum potentiſſimi ad ſubjiciendam Eccleſiam Romanam conducti ſunt? Quin imo pax Eccleſiæ cum Imperatore & Saxonibus promittitur, Romani ad præſtandam jurejurando Papæ fidem magna*

* Hodie Loudron.

Sæcul. XII. A. C. 1169.

magna vi auri permovendi dicuntur, si modo unicum lucrum ad Regem Angliæ redeat, nempe, si Papa me deponat. Capiti quam tristem, quam periculosam profectionem mihi imperari Rex petierit? nec tamen curabat, unde tam longi itineris sumtus acciperem, aut quo creditoribus meis satisfacerem. Tandem nequicquam vocaretis me; nunquam iter, quod sine capitis periculo suscipere nequeo, ingrediar.

§. V.

Gratianus & Vivianus Nuncii ad Regem Angliæ mittuntur.

Nuncii vero, quos ad Regem Angliæ mittendos Papa delegit, erant Gra-
3. ep. 80. tianus, Eugenii III. Papæ nepos, Subdiaconus & Ecclesiæ Romanæ Notarius, ac Doctor Vivianus, Archidiaconus Ur-
* Orieto. bis veteris *, & in Curia Romana Causidicus. Huic Papa tradidit formulam pacis, de qua agendum erat, coegitque ambos jurejurando promittere, se præscriptos limites neutiquam transgressuros. Prohibuit, ne se sumtibus Regiis sustentari paterentur, priusquam pax sancita fuisset, nec vel diem unum ultra præstitutum terminum, videlicet Festum S. Michaelis ejusdem anni millesimi centesimi sexagesimi noni in Regis ditionibus morarentur. Porro duas epistolas ferebant Nuncii, alteram ad Archiepiscopum

scopum Cantuariensem datam, in qua Pontifex ei suadebat, præcipiebatque, ne ullius censuræ sententiam contra Regem, vel Regnum, vel primi ordinis Viros pronunciaret, ante reditum Nunciorum suorum, & si aliquam promulgasset, eam usque ad illud tempus suspenderet. In epistola ad Regem, ei in Dei omnipotentis nomine & pro remissione peccatorum suorum injungebat, ut Achiepiscopum Cantuariensem Ecclesiæ suæ redderet, & sincera mente eum secum in gratiam redire pateretur. Hæc epistola Beneventi decima Maji data. Præterea literas habebant Regi Franciæ scriptas, quas huic Principi Subiniaci in Burgundia commoranti, cum illuc divertissent, reddiderunt. Is Nunciis profectionem ad Regem Angliæ, qui in Vasconia cum exercitu versabatur, dissuasit, quo sine gravi periculo pervenire non possent. Ergo Senones se conferunt, ibidem Regis reditum præstolaturi.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

3. *ep.* 1.

3. *ep.* 2.

§. VI.

Ecclesia Germaniæ.

Inter hæc Fridericus Imperator, Comitiis Bambergæ generalibus in Festo Pentecostes, hoc anno millesimo centesimo sexagesimo nono in diem octavam Junii incidente, celebratis, quibus Cardinales (saltem tales se esse jactabant) Legati Cal-

Chron. Reicher. an. 1169.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Calliſti III. Antipapæ, interfuerunt, Principibus quotquot aderant conſentientibus, Henricum VI. filium ſuum quinque non plus annos natum, Regem coronari juſſit.

Albertus neo-electus Archiepiſcopus Salisburgenſis, ab Imperatore ad hæc Comitia vocatus, cum patre ſuo, Rege Bohemiæ advenit; cum vero ad colloquium Imperatoris admitti petiiſſet, repulſus eſt. Nam ſtatuerat ille Archiepiſcopatum Salisburgenſem occupare, quo etiam, menſo Auguſto ineunte, cum copiis pervenit. Quare Archiepiſcopus, Optimatibus & præcipue Duce Auſtriæ, ejus Avunculo, id ſuadentibus, ut Eccleſiarum Monaſteriorumque ruinam averteret, tempori cedens, totum ſe Imperatoris arbitrio dedidit, eique Archiepiſcopatum cum omnibus juribus Regalibus, Principibus præſentibus, reſignavit; quare Imperator de omnibus hujus Eccleſiæ Bonis pro lubitu decrevit. Eodem anno vigeſima ſeptima Junii *Gerhoh* Abbas Reicherspergenſis in provincia Salisburgenſi animam efflavit, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſexto, poſtquam hoc Monaſterium annis prope triginta octo rexiſſet, Vir Doctrinæ & virtutis fama inſignis, & cauſa Eccleſiæ Sacerdotali vigore contra Hæreticos & Schismaticos ſub Innocentio II. ceterisque

ap. Tegnagel.

Ponti-

Pontificibus ejus Succeſſoribus usque ad Alexandrum III. defenſa, illuſtris. Sæcul. XII. A. C. 1169.

§. VII.

Conventus cum Nunciis Alexandri III.

Cum Rex Angliæ in Normanniam rediiſſet, ac Nuncii Gratianus & Vivianus quoque in illam provinciam ſe contuliſſent, vigeſima quarta Auguſti in vigilia S. Bartholomæi Domfrontium pervenerunt, ubi eos hac ipſa Veſpera Rex a venatione rediens, ante fores ipſorum hoſpitii, priusquam ad ſuum pergeret, ex equo deſiliens, reverenter ſalutavit. 3. *ep.* 6.

Ubi altera die illuxit, Rex iterum ad diverſorium Nunciorum venit, & ſecum in conclave Epiſcopos Sagienſem & Rhedonenſem intrare jubet. Poſt non longam moram Joannes quoque Decanus Saresberienſis & duo Archidiaconi Renaldus Saresberienſis ac Rudolphus Landavanus accerſuntur. In illo loco usque ad horam nonam fuerunt, jam manſuete ſermonem conſerentes, jam magno clamore jurgantes. Nuncii Regi epiſtolam Papæ reddiderunt, quam cum legiſſet, in Archiepiſcopum Cantuarienſem invehi cœpit, ſicut antea coram Guilielmo & Ottone Cardinalibus. Ubi deinde ad illam epiſtolæ partem oculos conjecit, ubi Pontifex ipſi injungebat, cum hoc Præſule in gratiam redire, ali- *ep.* 27. *Sup. Lib. LXXI.* §. 45.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

quatenus consensit, dixitque se suos hac super re ad consilium vocaturos. Petiit autem, ut prius excommunicati absolverentur; & Legati responderunt, mandata se accepisse a Pontifice, curandi, ut excommunicati absolverentur duabus adjectis conditionibus: Si jurejurando promitterent, se omnia, quæ Archiepiscopo Cantuariensi ejusque fautoribus abstulissent, ante Festum S. Michaelis, nisi secundo excommunicationis censura innodari vellent, esse reddituros, atque etiam si concordia intra eandem præstitutam diem revocata fuisset.

3. ep. 37.

Offendebatur Rex, quod hujusmodi juramentum ab excommunicatis exigeretur; hinc, paulo ante quam sol occideret, fores petiit iratus, & multa de Pontifice conquerens dixit, nunquam se amplius quibuscunque ejus admonitionibus aures daturum. Tumque adjecit: *Quam vere Deus me videt, alia via me ipsum ab his jurgiis & Romanorum fastu liberabo.* Cui Gratianus respondit: *Domine! noli in minas erumpere, quas non pertimescimus, ex Curia enim venimus, quæ Imperatoribus Regibusque imperare solet.* Tunc autem Rex omnes Barones, Monachos candidos, id est Cistercienses, qui aderant, ac ferme cunctos Sacelli sui Clericos advocatos, rogavit, ut suo tempore & loco testes sibi

ep. 6.

Henricus Rex Angliæ.

sibi essent, quanta ad Archiepiscopum restituendum & pacem stabiliendam obtulisset. Tandem aliquantulum mitior, cum abiret, Nunciis promisit, ipsos intra octiduum responsum certum & constans accepturos. Sæcul. XII. A.C. 1169.

Ergo ultima die Augusti iterum Conventus Bajocis celebratur, cui Archiepiscopi Rotomagensis & Burdegalensis omnesque Normanniæ Episcopi intererant. Nuncii Papæ epistolam Regi offerunt, in qua rogabat, ut Archiepiscopum restitueret. Tumque Rex, postquam, ut solebat, contra hunc Præsulem multas querelas effudisset, addidit: *Si viro huic reconcilior, multum mihi profecto debebit Papa.* Sed obstinate petebat, ut Nuncii Clericos nullo exacto juramento absolverent; quod cum illi constanter denegarent, ad equum suum, tanquam conscensurus, respexit Rex, & nihil propius fuit, quam ut jam tunc Conventus re infecta solveretur. Tandem id precibus Episcoporum dandum esse Nunciis visum est, Rexque Thomæ, omnibusque, qui ipsius causa e Regno excesserant, reditum concessit. Tum petiit, ut Legati in Angliam navigarent, aut saltem ipsorum alter illo devehere-tur, ac excommunicatos ibidem existentes absolveret; idque Legatis recusantibus recessit concitatissimus, di-

Sæcul. XII. A.C. 1169.

cens: *Facite, quidquid lubuerit; ego vos & excommunicationis vestræ fulmina nec pili facio.* Sed postea sibi iterum redditus ait: *Rem magnam concedere oportet in gratiam Papæ Domini & Patris nostri. Quare Archiepiscopatum & pacem meam Thomæ reddo, cunctisque illis, qui ob ejus causam extra Regnum versantur.* His Nunciicunctique præsentes Gratias Deo dixerunt.

ep. 27. Altera die, prima Septembris, circa meridiem iterum convenitur, & postquam diu de juramento ab excommunicatis præstando disputatum, statuitur, tribus, qui præsentes erant, super Evangelia jurandum esse, quod Nunciorum mandata executuri essent. Tum Episcopis committitur provincia conscribendi conditiones pacis, a Rege concessæ. Postquam vero tres illi excommunicati a censura absoluti fuere, Rex Transactionis voces mutavit, voluitque ut apponeretur Clausula: *Salva Regni sui Dignitate*, quam adjici Gratianus nunquam se passurum respondit.

§. VIII.

Conventus Cadomensis.

Ita tunc hora noctis tertia discessum, & alter conventus Cadomi octava die postNativitatem S. Mariæ indictus. Ceterum Gratianus illam Clausulam ideo rejiciebat,

jiciebat, quod satis intelligeret, Regem, salva Dignitate Regni sui, Consuetudines memoratas, totius litis causam, servaturum esse, & auctoritatem Ecclesiæ Romanæ ex Anglia ejecturum. Præstituta die, Nuncii Cadomi adsunt, comitante Archiepiscopo Rotomagensi. Archiepiscopus Burdegalensis quoque, & Episcopi Lexoviensis, Vigornensis, Sagiensis, Bajocensis, & Rhedonensis ac etiam quidam Principes advenerunt. Rex vero Rotomagum petierat, Comitem Flandriæ ad se invisentem excepturus. Sæcul. XII. A. C. 1169. 3. *ep.* 12.

In hoc Colloquio Cadomensi, Regis Mandatarii Nuncios urgebant ad admittendam Clausulam: *Salva Regni Dignitate*, quibus illi respondebant: ergo illud quoque addatur: *Salva libertate Ecclesiæ.* Quod cum Mandatarii recusarent, Archiepiscopus Rotomagensis Regi scripsit in hunc modum: *A Nunciis Apostolicis impetrare non potuimus, ut ipsis pacis conditiones, quas nobis dedisti, probarentur. Quia tamen tibi non expedit, eos crude & sine ulla futuræ concordiæ spe dimitti, mutuo consensu statuimus, simpliciter scribere, te Archiepiscopo Cantuariensi licentiam in Angliam transfretandi concessurum, eique Archiepiscopatum, ut antea eo potitus fuerat, reddituru*m. Et omnino Nuncii hac industria litem finiri posse speraverant. 3. *ep.* 13.

Sæcul. XII. A C. 1169.

rant. Sed Rex Rotomagum ad se vocatis edixit, se nunquam concessurum, ut Clausula: *Salva Regni sui Dignitate* omitteretur. Ergo Nuncii abeunt, re infecta, atque Archiepiscopos per fidem, qua Summo Pontifici obligarentur, excommunicatis significare jubent, quod
3. *ep.* 37. ob juramentum, quod edidissent, Absolutio accepta eis nihil prodesset, nisi pax ante Festum S. Michaelis, nempe terminum, quem Papa posuerat, concluderetur.

ep. 27. *Gervas.*

Postquam Nuncii Cadomo discessissent, ultimum moturi lapidem, ad Regem Angliæ mittunt Petrum Doctorem, Archidiaconum Ticinensem, quem ille primo honeste exceptum, probrose de-
3. *ep.* 20. inde & indigne expulit. Interim Rex ad Papam alteram Legationem adornat, data etiam epistola, in qua querebatur, Nuncios fidem sibi datam fefelliſſe, idque per epistolas Archiepiscopi Rotomagensis, Bernardi Episcopi Nivernensis, totiusque in Normannia Cleri,
ep. 21. 22. 23. testatum faciebat. Quo comperto Vivia-
ep. 27. nus Nuncius, data ad Papam epistola, rationem reddidit omnium eorum, quæ usque ad illam diem acta fuerant, rogans, ne ulli hominum fidem haberet, contraria referenti. Hæc epistola Gratiano quidem communicata; sed non
Gervas. scripsit, quia reditum accelerabat. Is enim

enim mala fide Regis Angliæ satis exSæcul. XII.
plorata, ubi dies a Papa præfixa præA.C.1169.
teriit, Viviano in Francia relicto, iter
Romam capessivit.

§. IX.

Guilielmus ex Campania Archiepiscopus Senonensis.

Gratianus ergo Romam contendebat, cum electo Archiepiscopo Senonensi, nempe Guilielmo *manibus candidis*, Regi Ludovico juniori affinitate juncto, cui anno millesimo centesimo sexagesimo quinto in Episcopum Carnutensem electo Alexander Papa, concessa dispensatione, indulserat, ut annis quinque, ut superius meminimus, consecrationem differret. Intra hoc temporis spatium, cum Archiepiscopatus Senonensis anno millesimo centesimo sexagesimo octavo per obitum Hugonis vacasset, ei sufficitur per electionem Guilielmus, retinens nihilominus Episcopatum Carnutensem, quo ut duobus adhuc annis potiretur, Alexander Papa licentiam dedit. Consecratus est vero Archiepiscopus Senonensis die Dominica vigesima secunda Decembris eodem anno a Mauritio Episcopo Parisiensi, atque ut fileamus Guilielmi auctoritatem, quam ei excelsi natales & Sedis suæ Dignitas conciliabant, nullum etiam ex cunctis

Sup. Lib. LXXI. §. 17. Rob. de monte an. 1165. idem 1165. Chro. S. Petri vivi. 1168.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Franciæ Clericis ipso prudentiorem aut eloquentiorem, teste Joanne Saresberiensi, ejusdem in Sede Carnutensi Successore, invenire fuit. Ceterum Guilielmus, post Regem Franciæ maximum Archiepiscopi Cantuariensis Præsidium, colloquiis, inter Gratianum & Vivianum Nuncios ac Regem Angliæ habitis, interfuerat,

Epist. 239. *Jo. Sarisb. ap. Lup.* 11. 65. 3. *ep.* 30. 31.

§. X.

Mandata Regis Angliæ contra Papam.

Cum igitur Rex Angliæ comperisset, quod Archiepiscopus Senonensis (ut conjectura est ad accipiendum Pallium) & Gratianus Romam proficiscerentur, perterritus timuit, ne Papa huic Archiepiscopo Legationem in Ditionibus suis, quas in Continenti tenebat, conferret. Neminem enim magis quam Guilielmum Præsulem in Ecclesia Gallicana, & Gratianum in Ecclesia Romana formidabat.

3. *ep.* 65. *Gervas. an.* 1169. *vit.* *p.* 167.

In Angliam vero Rex Geofridum *Ridel* Archidiaconum Cantuariensem, Richardum Archidiaconum Pictaviensem, aliosque Ministros misit, traditis mandatis, quibus omnes Episcopi Londini convenire, novumque Decretum se servaturos jurejurando promittere jubebantur. Erat autem illud ferme hujusmodi: *Si post Festum S. Dionysii quisquam in Anglia*

Sæcul. XII. A. C. 1169.

Anglia deprehendatur habens literas Papæ aut Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, quæ sententiam Interdicti contineant, comprehendatur, & illico tanquam patriæ proditor pœnas dare cogatur. Si quis Episcopus, Abbas, vel Clericus vel etiam Laicus se se Interdicto subjiciat, ex Anglia cum omnibus suis propinquis relegetur. Proscripti nihil rerum suarum auferant, quæ ex illa die Principis fiant. Omnes Clerici, qui quoscunque census ex Anglia percipiunt, moneantur, & usque ad Festum S. Hilarii, in diem decimam quartam Januarii incidens, in Angliam redeant. Nisi obsequantur, nulla sit ipsis spes patriam videndi, eorumque Bona & census Regis ærario adscribantur. Nemo ad Papam vel ad Archiepiscopum appellare præsumat. Si quis Laicus in Anglia portum appellit, aut si quis ex Anglia navigaturus navem conscendere vult, diligentissime discutiatur, an nihil literarum habeat, quæ honori Regis detrabant, & si habeat carceri & vinculis detur. Nullus Clericus aut Vir Religiosus sine Regis licentia in Angliam transmittat. Denarius S. Petri Papæ non amplius mittatur, sed solicite exigatur, ad Regium ærarium trabatur, & ad Regis nutum expendatur. Omnes Angliæ Vicecomites a subditis suis jusjurandum petant,

Sæcul. XII. A.C. 1169.

eosque ad hæc mandata servanda compellant.

Laici ad juramentum a Rege præscriptum edendum coacti sunt. At vero Episcopi & Abbates ne quidem Conventum a Regiis Præfectis Londini indictum adierunt. Quin imo Episcopus Wintonienſis publice mentem suam aperuit; se quoad viveret mandatis Papæ & Archiepiscopi Cantuarienſis, cui fidem & obedientiam promisisset, obtemperaturum, ac idipsum ut facerent, Clericis suis imperavit. Tanta fuit constantia venerabilis Senis & Sacerdotis, qui olim Stephani Regis fratris sui conatibus impigre obstiterat. Hujus fortitudinem imitatus est Episcopus Exonienſis, qui dum tempestas desæviret, in quamdam Virorum Religiosorum domum divertit. Episcopus Norwicenſis, etsi Rex prohibuisset, Excommunicationis sententiam, Regiis Præfectis præsentibus, in Hugonem Comitem, ut jussus fuerat, pronunciavit. Mox de suggestu descendens, Baculo suo Episcopali super Altare posito, ait; observaturum se, quis in Bona Ecclesiæ suæ manus extendere ausurus esset; quibus dictis in Claustrum cum Monachis se recepit. Episcopus Cestrienſis ad illam Diœcesis suæ regionem, quam Cambri incolebant, tanquam in Asylum, secessit.

Sup. Lib. LXVIII. §. 60.

Post.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Postquam vero fama in Franciam detulit, quanta vi in Anglia Clerici vexarentur, complures Episcopi, datis ad Papam literis, Gilbertum Episcopum Londinensem accusarunt, quod tanti mali Auctor esset. Porro hi Episcopi erant Guilielmus Archiepiscopus Senonensis, Mauritius Episcopus Parisiensis, Matthæus Trecensis, Guilielmus Antisiodorensis, & Balduinus Noviomensis, ac in epistola sua dicebant; Gilbertum invidia torqueri, quod ipse in electione Archiepiscopi Cantuariensis fuisset præteritus, & comminari, se, Regis auctoritate munitum, esse effecturum, ut Cathedra Cantuariensis Londinum transferretur; Ipse enim omnino affirmabat, ante S. Gregorii tempora & Anglorum Infidelium irruptionem, Civitatem Londinensem magnæ Britanniæ Metropolim extitisse. Illud quidem constat, quod in Concilio Arelatensi, sub Constantino anno Salutis reparatæ trecentesimo decimo quarto celebrato, duo illius Provinciæ Episcopi Eborius Eboracensis & Restitutus Londinensis fuisse legantur, & primum S. Gregorius animo constituerit, duas in Anglia Ecclesias Metropolitanas Londini & Eboraci erigere. Verum S. Augustinus Gregorii Discipulus in principio Sedem suam Cantuariæ stabilivit. Episcopi Franciæ igitur Episcoporum

3. *ep.* 88.

3. *ep.* 86. 89. *&c.*

3. *ep.* 41.

to. 10. *Conc. p.* 1130. *B.*

Greg. Lib. XII. ep. 15.

Sup. Lib. XXXVI. §. 37. §. 40.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

rum Angliæ constantiam laudabant, qua Gilberto & Præfectis Regiis obstitissent, petentibus, ut Jurisdictioni Thomæ Archiepiscopi sui renunciarent. Tandem Papam rogabant, ut hunc Schismaticum ceterosque a Thoma excommunicatos coerceret.

§. XI.

Conventus ad S. Dionysium.

Inter hæc Rex Angliæ pacis negotium repetiturus, aut saltem lucraturus inducias, Vivianum Nuncium ad se vocat, & addito Jurejurando promittit, secuturum se ejus consilia & mandatis Papæ obtemperaturum, ut sic Ecclesiæ pax rediret. Qua pollicitatione lætissimus Vivianus, tanquam re jam confecta, data ad Archiepiscopum Cantuariensem epistola, eum Lutetiam Parisiorum ad primam Dominicam post S. Martinum, nempe ad diem decimam sextam Novembris, advocat, Illa enim die ambos Reges in Monasterio S. Dionysii ad colloquendum congressuros esse, & quidem Regem Angliæ susceptæ piæ peregrinationis specie præsto futurum. Thomas Viviano respondit, ipsum, tempore Legationis suæ elapso, non nisi cautissime ad Regem Angliæ ire oportuisse. *Ego vero*, subjungit, *mandatis tuis obtemperare non amplius teneor, nec capere valeo,*

3. *ep.* 9.

3. *ep.* 10.

valeo, qua ſpe ad me vocandum tam facile adduci potueris. Id tamen S. Sedis Reverentiæ & tuæ dabo amicitiæ; obvium me tibi inferam Corvolii proxima die Veneris, ex tuo ore percepturus, quid nobis de hac profectione ſperare liceat. Nempe Regis Angliæ aſtutia magis Thomæ quam Viviano perſpecta erat. Thomam autem etiam Rex Franciæ, aliique viri prudentiæ eximiæ, urgebant, ut ad illud colloquium ſe conferret. Sæcul. XII. A. C. 1169.

Cum ergo Vivianus ad Monaſterium S. Dionyſii perveniſſet, a Rege Angliæ petebat, ut promiſſis ſtaret; ſed iſta ſe promiſiſſe neganti Vivianus malam fidem publice exprobravit, fraudemque qua ad ſe decipiendum uſus fuiſſet. Thomæ autem exinde dixit, non meminiſſe ſe, quod aliquando mortalium quemquam usque adeo mendacem noviſſet. A Monaſterio S. Dionyſii redeuntem & præter Montem Martyrum iter facientem Henricum Regem Thomas adiit, & præſentibus Conciliatoribus Rotruvio Archiepiſcopo Rotomagenſi, Frogerio Epiſcopo Sagienſi, ac quibusdam aliis, rogavit, ut in Dei & Romani Pontificis gratiam ſibi ſuisque pacem, Regiam Benevolentiam, & Bona ablata reſtitueret, promittens, ſe quidquid Archiepiſcopus Regi ſuo deberet, redditurum. Reſpondit Rex; Se vero optima mente quam-

Sæcul. XII. A.C. 1169

quamcunque conquerendi causam obliviſci, & Archiepiſcopo ſimpliciter ignoſcere. Si autem Thomæ aliqua ſupereſſent, quæ contra ſe afferret, velle ſe Curiæ Regis Franciæ, Eccleſiæ Gallicanæ, aut Scholæ Pariſienſis judicio acquieſcere. Hic cognoſcimus, quanta jam illa ætate Scholæ hujus auctoritas fuerit.

Tum S. Thomas Regi; Se quidem nec Judicium Regis Franciæ, nec Eccleſiæ Gallicanæ (omiſſa Scholæ Pariſienſis mentione) recuſare, ſed malle cum Rege, Domino ſuo, amice tranſigere, quam in quocunque foro cauſam dicere. Mox Regi obtulit commentarium, in quo ea, quæ a Rege petebat, adnotaverat, viva voce adjiciens, cupere ſe ad oſculum pacis admitti, ſibique mediam partem rerum mobilium reſtitui, quibus debita ſua ſolveret, ædificia reſtauraret, & damna, quæ Eccleſiæ ſuæ ipſo abſente emerſiſſent, reſarciret. Prælegitur Commentarius, omnibusque præſentibus, quæ continebat rationi conſentanea videbantur. Sed Rex tam ambigue & per tot verborum ambages reſpondit, ut ſimplices quidem ipſum omnia concedere crederent, at ſapientiores facile intelligerent, non nullas conditiones adjici intolerabiles. Ne oſculum pacis daret excuſabat ſe; quod id quidem lubentiſſime

3. *ep.* 62.

Gervas vit. 2. *c.* 30.

tissime facturus fuisset, nisi aliquando, cum iracundia animum superasset, publice jurasset; nunquam se Archiepiscopo, quamcumque pacem tandem iniret, hoc osculum daturum esse. Quantumcunque autem omnes rogarent, id ab obstinato impetrare non potuerunt. Cumque Vivianus Ludovicum Regem Franciæ instantissime oraret, ut pro Archiepiscopo intercederet, respondit, se nolle Regi hospiti in suis ditionibus commoranti molestum esse. Thomæ autem familiariter dixit: *Etsi mihi tot talenta* offerrentur, quot Alexander Rex Phocioni Athenienſi misisse dono narratur, nollem, si Thomas essem, in Regis Angliæ potestatem me tradere, nisi prius osculo pacis fidem firmasset.* Ita solutum est istud colloquium (*).

Sæcul. XII. A. C. 1169.

* Centum.

Nihil-

(*) Caveus Scriptor Anglus Catholicæ Doctrinæ & Doctoribus Romanæ Ecclesiæ semper & injuria iniquus, in Sæc. Waldensi, pag. 236. de S. Thoma Cantuariensi Sententiam ferre ausus est; *quod fuerit Vir, ad miraculum usque ambitiosus & protervus &c.* Et inferius: *Longum esset omnia Viri procacissimi ausa nefaria commemorare; quoties ille in Principis sui caput conjurarit &c.* Huic Calumniatori S. Thomas ambitiosissimus videtur, Vir, qui per aliquot annos in exilio versari & cum extrema paupertate luctari pro causa Ecclesiæ maluit, quam in

Sæcul. XII. A. C. 1169.

Nihilominus, ut novorum fœderum ſpem nutriret, Rex Angliæ, miſſis nunciis, Viviano viginti marcas argenti pollicitus eſt, rogans, ut iterum operam ſuam impenderet. Sed reſpuit ille oblatam pecuniam, & dato reſponſo exprobra-

3. *ep.* 28.
3. *ep.* 61. 65.

---

in Anglia primis honoribus affici & maximis divitiis frui. Conjurationis in caput Regis ſui accuſat Virum Sanctum nullo teſte, nullo argumento. Reprehendit etiam in eodem Paragrapho Thomæ ex Anglia fugientis contumaciam, & ſilentio premit vitæ ejus periculum, quod non fictum fuiſſe, quamprimum in Angliam revectus eſt, funeſtus eventus docuit. Denique Caveus, quæcunque injuſtæ cauſæ ſpeciem præbere poſſunt, memorat, ſed reticet S. hujus Archiepiſcopi bonam fidem, zelum, fortitudinem, rigorem vitæ, & ad genua Regis ſui ſæpius accidentis humilitatem. Silentio præterit Henrici Regis levitatem, fraudulentiam, avaritiam. Diſſimulat, quod in ſuis Mandatis, ſupra §. 10. relatis, talia imperaverit, quæ etiam alii in Anglia Epiſcopi recuſarunt & damnarunt. Non meminit Caveus, quod Henricus Jurisdictioni Pontificis Romani, quem tamen Patrem & Dominum ſuum appellabat, ſe ſubtrahere molitus fuerit. Nullam mentionem affert crudelitatis, qua Rex Angliæ non ſolum S. Thomam, ſed etiam omnes ejus Clientes & propinquos innocentes perſecutus fuerit.

Judicet Lector, an in hujusmodi Scriptore Proteſtante amor veritatis deprehendatur.

probravit, quod promisso pretio sibi Legato Apostolico voluisset illudere. Ceterum, ideo pacem exoptare Henricus Rex tantopere videri cupiebat, quod effectum profectionis in Italiam ab Archiepiscopo Senonensi & Gratiano susceptæ vehementer pertimesceret. Misitque Romam Legatos, qui diligentissime curarent, ne huic Archiepiscopo Legati potestas in suis ditionibus committeretur. Thomas quoque, missis Romam nunciis, Pontificem omnia edocuit, quæ in ultimo colloquio acta fuerant. Præterea Rex Ludovicus de suis viros misit, qui Papam rogarent, ne ampliores inducias Henrico Regi concederet. Archiepiscopus vero Senonensis in ipsius Papæ conspectu supplicíter petebat, Ditiones Henrici Interdicto subjici, nisi pacem Ecclesiæ redderet. Sæcul. XII. A.C. 1169. 3. ep. 63.

§. XII.

Altera Papæ ad Regem Angliæ Legatio.

Postquam Alexander Papa Gratianum & Vivianum Nuncios in Franciam nullo successu misisset, adhucdum Regi Angliæ meliorem mentem indere opera virorum singulari pietate conspicuorum conatus est. Et primo quidem hanc provinciam commisit Anthelmo Episco- 4 ep. 1. 2.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

po Bellicensi, ac Priori Cartusiæ Principalis, deinde etiam Simoni Priori Cartusianorum Montis Dei in Diœcesi Remensi, & Bernardo de *Coudrai* Monacho Grandimontensi. His posterioribus Pontifex mandata miserat hujusmodi: *Duobus, postquam hæc mandata nostra acceperitis, mensibus elapsis, ad Regem Angliæ simul ambos vos conferte, si citra mare degat. Epistolam nostram tradite, & monita salutaria suggerite; si non acquieverit, literas nostras minatorias expromite ac denunciate, nisi ante initium Quadragesimæ cum Archiepiscopo Cantuariensi in gratiam redierit, nos Præsulem non amplius esse inhibituros, quo minus rigore Censurarum Ecclesiasticarum utatur.* Hæc Epistola Beneventi vigesima quinta Maji anno millesimo centesimo sexagesimo nono data est, & prima dies Quadragesimæ anni sequentis millesimi centesimi septuagesimi in decimam octavam Februarii incidebat. Prior autem Regis Epistola, quam attulerant, vigesimam secundam diem Maji appositam exhibebat.

4. *ep.* 1.

4. *ep.* 4.

4. *ep.* 8.

Bis in conspectum Regis Angliæ venerunt Simon & Bernardus, & in primo congressu Epistolam Papæ monitoriam reddiderunt. Secundo etiam Epistolam minatoriam; sed nihil effecerunt. Rex pertinaciter petebat, ut Thomas se consuetu-

4. *ep.* 10.

suetudines servaturum promitteret, nulla vel honoris Divini vel Ordinis sui adjecta mentione, & Thomas constanter negabat, se quidquam jurejurando Regi posse promittere, quod Antecessores sui non promisissent, & consuetudines approbare a Sacra Sede damnatas. Simon Prior, data ad Papam Epistolam actorum rationem reddens, memorabile disciplinæ monasticæ specimen refert. *Rogavimus*, inquit, *Fratrem Bernardum, ut & ipse, sicut nos, peractis jam mandatis, tibi scriberet, sed respondit; in Ordine suo omnibus Fratribus vetitum esse, sive Papæ sive alii in quacunque causa literas dare.* Tantus erat in Ordine Grandimontensi rigor. Sæcul. XII. A.C. 1169. ep. 8.

§. XIII.

Thomas Censuras secundo promulgat.

Thomas amare conquestus, quod Papa, a Rege Angliæ rogatus, potestatis suæ Archiepiscopalis effectum suspendisset, quia huic suspensioni sciebat adjectam conditionem, si Rex ante Quadragesimam satisfaceret, concessis induciis quatuordecim dies detraxit, totique Clero provinciæ Cantiensis præcepit; nisi Rex ad Festum Purificationis satisfaceret, ab Officiis Divinis celebrandis penitus 4. ep. 14. 15. 4. ep. 16. 3. ep. 33.

Sæcul. XII. A.C 1169

nitus ceſſaret, exceptis Baptiſmo parvulorum, Pœnitentia, & Viatico, ad quod conficiendum Sacerdos ſacris operaretur portis clauſis, campanis non pulſatis & ejectis excommunicatis (*). Præterea injungit, ut Geofridus *Ridel* & aliquot alii, præcipue vero illi, qui Bona Eccleſiarum retinebant, aut Beneficia de manu Laicorum recipiebant, excommunicati denunciarentur. Eadem datis literis Monaſterio Eccleſiæ Cathedralis Cantuarienſis, Capitulo Dubriſienſi, illiusque provinciæ monaſteriis, Archiepiſcopo Rotomagenſi, ejus Clericis populoque, mandavit. Epiſcopo Wintonienſi quoque ſcripſit, & poſtquam meminit, ſe jam annos quinque in exilio verſari, atque Nunciorum Sacræ Sedis Gratiani & Viviani irritos fuiſſe conatus, Venerabili huic Epiſcopo, Suffraganeo ſuo, præcipit;

3. *ep.* 34. 38.

3. *ep.* 35. 36.

3. *ep.* 52.

(*) De ſuſpenſione poteſtatis ſuæ S. Thomas in Epiſt. ad Conradum Archiepiſcopum Moguntinum ita ſcripſit: *Suſpenſionem noſtram in utriusque Regni compitis quaſi voce Praconis jactat Rex Angliæ, & in teſtimonium confuſionis meæ . . . literas Apoſtolicas profert. Gloriatur & terminum ſibi datum donec me velit recipere in gratiam. Quod ſi fecerit, facturus eſt ad Kalendas Græcas, id eſt nunquam. &c.* Cardin. Baronius ad ann. 1169.

cipit, ut Officium Divinum in tota sua Diœcesi cessare jubeat, nisi Rex ante Festum Purificationis Ecclesiæ satisfaciat. Paria mandata aliis Episcopis Suffraganeis suis perscripsit Thomas, additis Excommunicatorum, videlicet Gilberti Episcopi Londinensis, Jacelini Episcopi Saresberiensis, Geofridi *Ridel* Archidiaconi Cantuariensis, Richardi Vigorniensis Archidiaconi Pictavensis, pluriumque aliorum, universim viginti octo nominibus. Sæcul. XII. A. C. 1169.

Thomas Papæ & Cardinalibus scribens inter alia conquestus fuerat, quod Rex Angliæ reditus Ecclesiarum Cathedralium & Abbatiarum vacantium in suos usus converteret, novosque Pastores eligi prohiberet. Quare Papa data ad Henricum Regem Epistola dicebat: *In potestate tua retines (quod ad nostram pervenit notitiam) vacantes Episcopatus Lincolniensem, Bathoniensem, & Herfordiensem. Prohibes, ne fiat nova & libera electio, non tantum quæ Cæsaris, sed etiam quæ Dei sunt usurpans. Quare, obsecramus, tibique pro remissione peccatorum tuorum injungimus; Clericos illarum Ecclesiarum mone, ut canonice sibi Episcopos eligant, præsidium eis necessarium concede, neminem, quem eligere teneantur, nomina. Alioqui auctoritate S. Petri in te animadvertere cogemur.* 3. ep. 79. 4. ep. 74. 3. ep. 2.

Sæcul. XII. A. C. 1169. Hæc Epistola Beneventi nona Octobris anno millesimo centesimo sexagesimo nono data est (*).

§. XIV.

(*) Epistolæ Summi Pontificis Alexandri III. qua antea Jurisdictionem S. Thomæ suspenderat, hic erat tenor: *Verum si præfatus Archiepiscopus in te aut Regnum tuum vel personam Regni interim aliquam sententiam tulerit, Nos eam irritam . . . censemus. Ad indictionem autem hujus rei & argumentum nostræ voluntatis, literas præsentes, si articulus ingruerit necessitatis, ostendas. Alioquin Serenitatem tuam rogamus, & attentius commonemus, ut literas ipsas aut earum tenorem a nullo scire permittas, sed eas habeas omnino secretas.* In hoc loco notam adjungit Natalis Alexander ad Sæc. XII. pag. 327. *Hac Oeconomia erga Regem potentissimum utendum visum est prudentissimo Pontifici & potius leve aliquod vulnus Ecclesiasticæ Disciplinæ inferendum, quam intempestivis censuris invellendum in Schisma cum toto Regno. Dei patientiam imitatus ea quæ Peccatores ad Pœnitentiam adducit. Et quamvis a Cantuariensi Archiepiscopo Regem juste excommunicari & Regnum Interdicto supponi posse non dubitaret; tamen zelum cohibendum censuit ad tempus, ne graviora mala orirentur, & multarum animarum pernicies.* Huc usque Natalis. Jussit quidem postea, ut §. XVII. videbimus, Alexander Papa, datis ad Archiepiscopum Rotomagensem & Episcopum Nivernensem literis, eos post unum mensem ex

§. XIV.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Eccleſia Hungariæ.

EOdem anno Stephanus III. Rex Hungariæ Diploma edidit, ad Archiepiſcopos Strigonienſem & Colocienſem, ad eorum Suffraganeos, omnesque Regni ſui viros Eccleſiaſticos, directum, in quo dicit; ſe, ut Legati Pontificii monitis obſequeretur, & Geiſæ Regis, Patris ſui (nempe Geiſæ I. Abavi ſui) devotionem in Alexandrum II. Papam imitaretur, confirmare Conſtitutionem ejusdem Principis, qui promiſiſſet, ſe absque Papæ auctoritate Epiſcopos nec depoſiturum nec ab una Sede ad aliam translaturum. Præterea, abjecta conſuetudine Anteceſſorum ſuorum, præcipit, ut, ſi Epiſcopi deceſſerint, non amplius œconomi laici, ſed optimæ famæ Clerici, adminiſtrandis Eccleſiæ Bonis præficiantur, qui cenſus ad ſervanda ſarta tecta ac ad alendos pauperes, nullo ad ærarium Principis redeunte lucro, impendant.

Ap. Baron. an. 1169.

ex quo ejus Epiſtolam accepiſſent, ad Henricum proficiſci, & poſt quadraginta dies minari Interdictum in omnibus Ditionibus Franciæ, Regi Angliæ ſubjectis; ſed nec iſtud effectui datum.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Præpositi, si sint Regis Vasalli, Abbates, aliique Viri Ecclesiastici, Dignitate præditi, non nisi ob admissa crimina & canonico judicio deponantur. Fatetur etiam Rex, se hanc Legem ex consilio Reginæ, Matris suæ, omniumque Præsulum & Optimatum promulgare, indeque saltem id perspicimus, in Hungaria sicut in aliis Regnis, pravas consuetudines contra Canones irrepsisse. Rex Stephanus III. mortalitatem exuit die Dominica trigesima Januarii anno millesimo centesimo septuagesimo secundo, cui Stephanus IV. frater successit, eique post lapsum paucorum mensium Bela III. alter ipsius frater suffectus.

Chron. Jo. Thuro. c. 67. & c.

§. XV.

Ecclesia Siciliæ.

Illa tempestate tristis erat facies Ecclesiæ Siculæ, regnante Guilielmo II. puero, quod ex Historia Hugonis Falcandi, illius ævi Scriptoris, & ex Epistolis Petri Blesensis cognoscimus. Ceterum in Sicilia habitabant tum Græci, tum Arabes, tum Longobardi, tum Normanni, quibus, ultimo loco positis, ceteri dominantibus parebant. Regis autem nomine Margaretha Regina ejus mater vel magis illi, a quibus ipsa regebatur, imperabant. Margaretha, ut auctoritatem suam firmaret, Rotruvium Archiepiscopum

pum Rotomagensem Avunculum suum datis literis rogavit; mitteret sibi virum sanguine suo oriundum. Et ille Stephanum Comitis Perchiæ filium eo proficisci jussit, qui ab ea Siciliæ Cancellarius creatus, paulo post Archiepiscopus Panormitanus, quæ civitas totius Regni caput erat, electus est, compluribus Præsulibus, nam multi hanc Dignitatem ambiebant, & ceteris vehementius Richardo Episcopo electo Syracusano ex gente Anglorum orto, invidentibus. Sæcul. XII. A.C. 1169.

Stephanus Cancellarius præter alios itineris socios Petrum, Blesis natum, cui patriæ nomen inhæsit, in Siciliam adduxit, virum scientiæ & virtutis laude clarum. Is Regi adolescenti Præceptor datus est, in hoc munere succedens Gualterio ad Archiepiscopatum Panormitanum vocato, qui primus Guilielmum elementa Grammaticæ & carminis regulas docuerat. Petrus vero Blesensis Discipulum suum ad severiores Musas deduxit uno anno, quo ejus juventuti præfectus fuit, ac simul Principis annulum apud se habebat, nemini Procerum nisi Stephano Cancellario secundus. Quod cum æmulos proceres excitasset, ut eum prætextu honesto a Regis latere dimoverent, Episcopum Neapolitanum, quæ urbs illa tempestate nulla re spectabilis erat, eligi effecerunt. Petrus hanc Di- ep. 131.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

gnitatem a se amolitus, quia eum turbæ Siciliæ non latebant, & frequentes in Cancellarium conjurationes, qui nisi vitam suam evidenti periculo expositam vellet, e Sicilia migrare compulsus est, valedixit Regi, nec ejus precibus aut promissis adduci potuit, ut diutius moraretur. Petrus igitur e Sicilia solvit paulo post quam Cancellarius excessisset, eodem anno, quo Catana terræ motu eversa est, scilicet millesimo centesimo sexagesimo nono, atque ad Regem Angliæ, pristinum Dominum suum reversus est.

ep. 90.

v. Pagi. an. 1167. *n.* 25. 1169. *n.* 8.

Post reditum Petrus Blesensis, datis literis ad Walterium, tunc Regis Siciliæ Capellanum, olim Præceptorem suum, conquestus est de moribus Regis, qui importunis precibus Roberti Comitis Lorocellensis victus Episcopum Agrigentinensem eligi volebat hujus Comitis fratrem, hominem minime idoneum & Capitulo invisum. Præterea dolet, quod Guilielmus in Regiam familiaritatem admisisset viros duos natalibus obscuris viles, rejectis Romualdo Archiepiscopo Salernitano atque Rogerio Comite Avelino, Propinquis suis, ac etiam eorumdem perversis consiliis ad diripiendos Ecclesiæ thesauros impelleretur. Tum in hac Epistola Walterium hortatur, ut Christiana fortitudine toleraret, quod homo

Pet. ep. 10.

homo fatuus per convitium appellatus fuisset, & Regi monita salutaria constanter ingereret. Walterius paucis post diebus, quam Stephanus Cancellarius discessisset, Archiepiscopus Panormitanus proclamatur, sed non libere, quippe populus, pecunia a Proceribus accepta corruptus, monachos ad eum eligendum compulit. Unde Reginæ, ceterisque Cancellarii amicis spes nata, a Papa impetrari posse, ut hanc electionem nullam declararet, eo facilius, quod Cancellarius, prius ad hanc Ecclesiam Archiepiscopalem regendam electus, non nisi vi coactus eidem renunciaverit. Porro Petrus Cajetanus, Cardinalis Subdiaconus, qui tunc in Sicilia versabatur, promiserat, Papam Walterii electionem abrogaturum esse, acceperatque jussu Reginæ septingentas auri uncias, quæ Romam deferrentur. Sed Walterii Fautores affirmabant, spectatis adjunctis, quibus premeretur Curia Romana, voluntati Optimatum resistere non ausuram, nec profecto immensas pecunias, quas Siculi ad obtinendam hujus electionis confirmationem oblaturi essent, tali ærarii Papalis tempore, rejecturam. Nec in totum fallebantur; nam, electione a Pontifice confirmata, Walterium ejus Suffraganei Panormi in Ecclesia Majore, Rege & Regina Matre præsentibus, in Festo

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Falcand. sub. fin. Fazel. VII. n. 5.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

Festo S. Michaelis, vigesima nona Septembris, anno millesimo centesimo sexagesimo nono, consecrarunt.

§. XVI.

Epistola Papæ ad Soldanum Iconiensem.

P. 431. *edit.* 1107. *Matthæus Paris. an.* 1169. *Alex. ep.* 32.

Inter opera Petri Blesensis occurrit quædam Institutio in Fide Christiana, Soldano Iconiensi inscripta, nomine Papæ Alexandri II. concinnata, quæ ab aliquo Scriptore sequentis Sæculi ad hunc annum millesimum centesimum sexagesimum nonum refertur. In ea autem Pontifex ita loquitur: *Ex literis tuis & Nunciorum tuorum fideli sermone cognovimus, quod ad Christum converti in votis habeas, cumque jam receperis Pentateuchum Moysis, Prophetiam Isaiæ & Jeremiæ, Pauli etiam Epistolas atque Joannis Evangelium & Matthæi, postulas tibi mitti virum, per quem quasi vice nostra Legem Christi plenius edocearis. Nobis autem, ut petitioni tuæ, quæ gratissima accidit, assentiamur, curæ erit ad te viros mittere, quorum Doctrina & mores ad viam & veritatem Evangelicam te deducant. Quoniam etiam nostræ Fidei compendium literis tibi aperiri rogas, illud tibi ut desideras tradimus.* Sequitur Institutio scripta de duobus Mysteriis

steriis Sanctæ Trinitatis & Incarnationis, additis Testimoniis non solum ex illis, quos Soldanus habebat, sed etiam ex omnibus S. Scripturæ Libris, confirmata. Verum certa non invenimus argumenta, hunc Summi Pontificis conatum congruum fructum fuisse secutum. Sæcul. XII. A.C. 1169.

§. XVII.

Mandata ad Archiepiscopum Rotomagensem, & Episcopum Nivernensem missa.

Postquam Vivianus Nuncius Romam rediisset, Alexander Papa plenissime edoctus, quæ inter Regem Angliæ & Archiepiscopum Cantuariensem, inprimis in Colloquio Montis Martyrum acta fuerant, intellexit, hunc Principem metu Censurarum Ecclesiasticarum ad implenda promissa sua esse compellendum. Quare, novis mandatis ad Rotruvium Archiepiscopum Rotomagensem & Bernardum Episcopum Nivernensem missis, ambobus præcipit; intra mensem post acceptam hanc Epistolam ad Regem simul irent, monerentque, ut Archiepiscopo pacem, & plenam securitatem concederet, ad osculum reciperet, tam ipsi quam ipsius Familiaribus & amicis omnia Bona restitueret, & Præsulem ad Ecclesiam suam redire permitteret. His subjungit 5. *ep.* 3.

Sæcul. XII. A.C. 1169.

jungit Papa: *Si Rex post hanc admonitionem intra quadraginta dies, quæ nobis promisit, non perficiat, sententiam Interdicti in omnes ejus Ditiones citramarinas pronunciabitis, & solo Baptismo infantum excepto, ac etiam Pœnitentia moribundorum, nullum officium Ecclesiasticum administretur. Postquam pax fuerit secuta, illud quoque Regem monete; perversas consuetudines maxime vero illas, quas novissime introduxit, aboleat. Quod si facere recuset, rem ad nos deferte. Si spes certa concordiæ vobis affulgeat, potestas vobis sit omnes excommunicatos absolvendi, ea conditione, ut si Pax non sequatur, excommunicationis nodo iterum constringantur. Si Rex editi juramenti prætextu ad dandum Archiepiscopo pacis osculum adduci non possit, hortamini Præsulem, ut satis ei sit, hoc osculum a Principe Regis filio accipere.* Hæc Epistola Beneventi decima nona Januarii anno millesimo centesimo septuagesimo data est. Ceterum Alexander Papa in hoc pacis negotio opera Archiepiscopi Rotomagensis uti voluit, ne Rex Angliæ objiceret, quod hujusmodi mandata in Ditionibus suis perficienda exteris hominibus commisisset. Verumtamen Episcopo Nivernensi secreto injunxit, ut solus omnia exequeretur, si Archiepiscopus Rotomagensis

5. ep. 6.

unacum

unacum ipso ea effectui dare vel nollet, vel non posset. Papa ipsum Regem Angliæ, quod hæc mandata misisset, data Epistola certiorem fecit. Præterea de hac re Episcopis Provinciæ Cantiensis, Archiepiscopo Eboracensi ejusque Suffraganeis scripsit. Epistolæ vero decima octava Februarii datæ sunt. Sæcul. XII. A.C. 1170. 5. *ep.* 1. 5. *ep.* 7. 5. *ep.* 8.

Inter hæc ad Romani Pontificis aures pervenit, Regem Angliæ istud jam moliri, ut Henricus filius ejus primogenitus ab Archiepiscopo Eboracensi coronaretur, non absque injuria Archiepiscopi Cantuariensis, cui pro more antiquo consecrandi Reges Angliæ jus erat. Papa igitur datis ad Rogerium Archiepiscopum Eboracensem aliosque Angliæ Episcopos literis prohibet, nisi pœnam Depositionis sustinere mallent, ne quidquam vel opere vel consilio ad coronationem conferrent, quamdiu Thomas Archiepiscopus in exilio versaretur. Huic Epistolæ dies vigesima sexta Februarii apposita. Papa Thomæ quoque scripsit, prohibens, ne ipse Principem consecraret, aut licentiam daret, qua id ab alio fieret, nisi coronandus prius juramento se obligaret, quo se Reges de more Ecclesiæ Cantuariensi devincirent, & nisi omnes ab onere servandi consuetudines suas atque a juramento novissime exacto absolveret. Ipse Thomas has literas 4. *ep.* 42. 4. *ep.* 43.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

literas a Curia Romana dari petierat, quas deinde acceptas ad Robertum Episcopum Vigornienſem, Suffraganeum ſuum, direxit, præcipiens, ut eas Archiepiſcopo Eboracenſi ceterisque Epiſcopis exhiberet, prohiberetque Summi Pontificis nomine, ne Principem ungerent. Thomas præterea hac de re ad omnes Epiſcopos Angliæ & Cambriæ ac ſpeciatim ad Epiſcopum Wintonienſem ſcripſit.

4. *ep.* 44.
4. *ep.* 45.

§. XVIII.

S. Godericus Eremita.

Sub idem tempus Thomas quemquam ſuorum in Angliam miſit, qui Godericum Eremitam celeberrimum, dono Prophetiæ præditum, conſuleret. Godericus erat vir ſimplex & illiteratus, egenis parentibus natus, qui juvenilibus annis navigationi & mercaturæ aliquamdiu operam dederat. Relicto deinde Sæculo, Romam, Hieroſolymamque pie nudis pedibus peregrinatus, & tandem in patriam reverſus, in quadam eremo, quæ *Finchale* dicebatur, prope Dunelmum ſedem ſibi elegit, ubi modicum agrum excolens, & ſibi & ſupervenientibus hoſpitibus alimenta parabat. Monachi Eccleſiæ Cathedralis Dunelmenſis, cognita ejus vitæ puritate, cuidam Seniorum ſuorum munus injunxerunt, ut ſtatu-

vit. Boll. 21. Maji. to. 16. p. 68. c. 6.

statutis diebus rudem doceret, & Sacra Mysteria administraret. Variis insidiis a Dæmone tentatus veteratorem firma fide & invicta constantia superavit. Corporis macerandi studium Goderico erat prorsus singulare; quippe per quinquaginta annorum spatium indusium ex metallo ferrario, tum cilicium, & exterius vestimentum laneum gerebat. Pane hordeaceo mixtis cineribus, oleribus silvestribus, in fasciculos coactis nutriebatur. Ter solum in Hebdomada reliquo anni tempore loqui solitus, per totum Adventum & a Septuagesima usque ad octavam Paschæ silebat. Suo autem tempore magno audientium emolumento loquebatur. Hac vivendi ratione annos sexaginta in deserto consumsit. Sæcul. XII. A. C. 1169.

Cum quidam Monachus Westmonasterienſis, paulo post quam Thomas Archiepiscopus Cantuarienſis fuisset ordinatus, ad eum divertisset, & Vir Sanctus ex hospite quæsivisset, an ipsum Archipræsul novisset, *omnino novit me*, respondit ille, *& ego quoque Antistiti notus sum. Tu vero, Pater mi, an eum aliquando vidisti?* Cui Godericus: *Nunquam enimvero oculis corporis, sed sæpe oculis mentis, & si mihi occurreret, eum inter plures alios discernerem.* Mirante hunc sermonem monacho, & plura sciscitari verecundante, adjecit Goderi- c. 6.

Sæcul. XII. A.C.1169.

dericus: *Archiepiscopum nomine meo saluta, & hortare, ne a proposito abduci se patiatur. Quod enim agit, Deo acceptum est. Multas & graves æruminas sustinebit, ex Ecclesia sua expellatur, diu in alterius regno exulabit; sed postquam pœnitentiæ suæ tempus impleverit, gloria & honore coronatus ad Sedem suam redibit.* Monachus hoc vaticinium retulit Archiepiscopo, qui datis literis Godericum rogavit, ut a Deo remissionem peccatorum suorum efflagitaret. Exinde intra menses sex, orta inter ipsum & Regem contentione, in exilium Thomas migravit, quo etiam temporis spatio semel de sorte sua virum Dei consuli jussit.

Hoc ultimo autem anno, nempe millesimo centesimo septuagesimo, mense Martio, Archiepiscopus exilii diuturnitate fatigatus, quemquam suorum ad Godericum secreto misit, exquisiturum, quis malorum suorum finis futurus esset, & postquam per totum ferme octiduum Archiepiscopi nuncius in conspectum Sancti Eremicolæ pervenire non potuisset, tandem ille aperto ostio dixit: *Refer Domino tuo meis verbis: ne animum despondeat, brevi in gratiam Regis redibit, honorifice Ecclesiæ suæ restituetur, & Angli majore lætitia redeuntem excipient, quam dolor fuit, quo exulem de-*

 fleve-

fleverunt. Fateor, simulatam serenitatem sæva tempestas, ingens facinus, & inaudita crudelitas turbabit. Sed prius ex hoc sæculo Godericum fata eripient. Dic, inquam, Domino tuo, & dicta sæpius repete; intra novem menses quæcunque ad ipsum spectant consummata erunt. Ceterum Godericus plura alia edidit vaticinia, quæ eventus vera fuisse ostendit, quin & secreta cordium non nunquam revelavit. Ægrotos quoque sanavit, & tandem multis clarus miraculis, senectute pressus & infirmitatibus, die Jovis octava Ascensionis die vigesima prima Aprilis anno millesimo centesimo septuagesimo animam Deo reddidit. Sæcul. XII. A.C. 1170.

§. XIX.

Collatio Theoriani cum Armenis.

In Oriente Norsesisius, Armenorum Catholicus, videlicet eorum Patriarcha vel Primas, ut superius adnotavi, ad Manuelem Comnenum Imperatorem Epistolam dedit, non nulla capita Fidei & Disciplinæ exponens, in quibus Armeni & Græci dissentiebant. Addebat, cupere se has quæstiones diligenter discuti. Misit ergo Imperator ad Norsesisium ex Philosophis aliquem nomine Theorianum, cum Epistola, in qua dicebat; si Armeni vellent errores suos abji- *Cang. Glos. lat. Cathol. Sup. lib. LXIX. §. 10. Theoriani Dialog. to. 1. Bibl. Patr. G. l. 1624. p. 439.*

Sæcul. XII. A.C. 1170.

cere, paratum se esse cum Ecclesia Catholica ad eos, ut fratres, recipiendos. Theorianus ad Norsesisium Catholicum pervenit decima quinta die Maji anno Mundi sexies millesimo sexcentesimo septuagesimo octavo, Regni Imperatoris Manuelis vigesimo octavo, Indictione decima tertia, nempe anno JEsu Christi millesimo centesimo septuagesimo, cumque Catholicum nomine Imperatoris salutasset, & significasset, quam sincero desiderio hic Princeps concordiam cum Armenis quæreret, Norsesisius maximas gratias hospiti pro benevolentia retulit.

Altera die, Theoriano ad se vocato, ait: *Legi piissimi Imperatoris Epistolam, & cognovi, quam vehementer & ipse & sancta Romanorum Ecclesia concordiam nostram exoptet, doce ergo, quinam sint errores nostri; quos si nobis demonstraveris lubenti animo rejiciemus.* (cum hic Romani nominantur, semper Græcos intelligere debemus) Respondit Theorianus: *Magnam tuam Sanctitatem rogo; audi me illa tua animi mansuetudine, quam a natura accepisti & quæstionibus meis ne offendaris. Paciscamur prævie, nos, si audiamus aliquid affirmari, quod nobis non videatur bonum, non illico propositionem hæreticam proclamaturos. Sed verborum sensum solicite scrutemur,*

temur, & intentionem loquentis. Suspecta etiam nobis sit ruditas interpretis, qui non modo Grammaticæ regulas ignorat, sed etiam vulgarem Græcorum sermonem non satis capit, ne vitia interpretantis nobis tribuantur. Catholico hæc promissa collocuturis pacta placuerunt. Sæcul. XII. A.C. 1170.

Tum Theorianus ex eo quæsivit, an Epistola ab ipso ad Imperatorem data, genuinos ejus sensus exhiberet, & Catholico id affirmante subjunxit: *Quæ Concilia recipis?* Norsesisius respondit: *Concilium Nicenum, Constantinopolitanum & Ephesinum, in quo Nestorius depositus.* Theorianus: *Quorum Doctorum Scripta & Doctrinam amplecteris?* Norsesisius: *Doctrinam S. Athanasii, S. Gregorii Theologi, S. Basilii, S. Gregorii Nysseni, S. Joannis Chrysostomi, S. Ephrem, S. Cyrilli Alexandrini, & complurium aliorum.* Theorianus: *Jam Epistolam tuam legamus, sensum fraterna caritate pensemus, ut videamus an bis Patribus & bis Conciliis consentanea sit.*

Ubi ventum est ad illum Epistolæ locum: *Dicimus, non nisi unam in JEsu Christo esse Naturam, non per confusionem sicut Eutyches, nec per diminutionem sicut Apollinaris, sed in sensu orthodoxo S. Cyrilli Alexandrini, qui in*

Sæcul. XII. A. C. 1170

De Natura Verbi & JEſu Chriſti.

Libro ſuo contra Neſtorium ſcripſit, unicam eſſe Verbi Incarnati naturam, Theorianus ait: *S. Cyrillus non dixit: Unam Naturam in JEſu Chriſto, nec Unam Naturam JEſu Chriſti, ſed Unam Naturam Verbi, & adjecit: Incarnati. Tua Sanctitas vero dicit: Unam Naturam in JEſu Chriſto. Eſt unum & idem,* reposuit Norſesiſius: *Abſit, abſit!* replicabat Theorianus, *Nomen Chriſti ſignificat proprie unum & alterum, Deum ſimul & Hominem. Unde dicimus: Verbum Caro factum eſt, non autem Chriſtus Caro factus eſt. Hinc etiam nullus Patrum dixit: Unam Naturam Chriſti, ſed S. Athanaſius ante S. Cyrillum dixit: Unam Naturam Verbi, id eſt, Naturam Divinam Filii; & ſi adjiciatur, Incarnati, ſicut adjecit S. Cyrillus in ſecunda Epiſtola ad Succenſum, totum Incarnationis Myſterium exponitur* (*). Norſesiſius: *Quis autem*

Sup. Lib. XXVI. §. 29.

SS. Pa-

(*) Satis captioſa & ſpecioſa videtur Norſesiſii affirmatio: unum & idem eſſe dicere: Unam Naturam Verbi, Incarnati, & unam Naturam JEſu Chriſti. Cum *Verbum* ſi addatur *Incarnatum* nihil aliud eſſe videatur quam JEſus Chriſtus poſt Incarnationem. Et ſicut non dicimus: Chriſtus Caro factus eſt, ita etiam non dicimus Verbum, Incarnatum, Caro factum eſt.

Sed

SS. Patrum post conjunctionem Verbi cum humana Natura ita locutus est? Theorianus: *Omnes illi, quos paulo ante nominasti. Sufficit mihi unus*, inquit Norsesisius, *nam quod unus Patrum dicit, omnes dicunt, cum omnibus Spiritus Dei, qui unus est, adspiraverit.* Sæcul. XII. A. C. 1170. *Cyrill. ep. p.* 24. to. 5.

Priusquam vero Patrum verba referret, Theorianus necessarium censuit, ut quatuor voces *Substantiam, Naturam, Hypostasin*, & *Personam* definiret, idque tam in sensu Philosophorum Gentilium, quam Theologorum Christianorum perfecit, ostendens, quanta in usu horum verborum sit diversitas. Porro in Philosophia Principia Aristotelis sequebatur. Sensum autem Theologicum his quatuor vocibus ex auctoritate Patrum, videlicet S. Basilii, quem eximium Philosophum appellat, & S. Gregorii Nazianzeni tribuit. Deinde transit ad SS. Patres qui duas in JEsu Christo Naturas *p.* 444. *p.* 447.

Sed nempe verba S. Athanasii & S. Cyrilli ita explicanda sunt; quod etiam in Incarnatione una manserit Verbi Natura propria Divina & immutata, quamvis Naturam Humanam assumpserit, a Natura Divina distinctam, Persona tamen Divina subsistentem. Præterea satis postea Theorianus Norsesisium convincit, cum, ut statim videbimus, Testimonia Patrum duas in Christo Naturas diserte docentium affert.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

ras post conjunctionem confessi sunt, & initium ducit a S. Athanasio, cujus locum refert ex Epistola ad Epictetum, contra illos, qui dicebant, Corpus JEsu Christi esse consubstantiale Verbo. Unde Theorianus argumentatur in hunc modum: *Substantia & Natura idem sunt apud Theologos, sed si S. Athanasio fidem habemus, JEsu Christi Corpus non est ejusdem cum Verbo Substantiæ, ergo non est ejusdem Naturæ, atque inde infertur, duas esse in JEsu Christo Naturas.* Theorianus deinde affert testimonium ipsius S. Cyrilli, quod Armeni maximi faciebant, S. Gregorii Nazianzeni, S. Gregorii Nysseni, S. Basilii, S. Ambrosii, quem unicum ex Patribus Latinis memorat, & tandem S. Chrysostomi, & ostendit, Ecclesiam inter errorem Nestorii & Hæresim Eutychis medium tenere. Tunc vero quidam Episcopus Armenus nomine Gregorius, qui disputantibus adfuerat, exclamavit: *Romanus sum, anathema cuicunque, qui duas in JEsu Christo Naturas non confitetur.*

Sup. lib. XVI. §. 22.

Athan. to. 2. p. 904. V. edit. 1698

pag. 453.

Die sequente advenit Petrus Episcopus Sapirionensis, cui cum Catholicus communicasset, quæ Theorianus probaverat, & exhibuisset, quot Patrum testimonia produxisset, ille vir, non indoctus, ea in sensus pravos detorquebat. Quare Catholicus, Petro vehementer repugnante,

gnante, Theoriano advocato ait: *Epiſcopus iſte nobiscum de noſtra quæſtione diſputare cupit.* At cum Theoriano congreſſus brevi ad ſilendum compulſus eſt, Gregorio Epiſcopo iterum profitente, quod ſententiam & Doctrinam Romanorum teneat. Sæcul. XII. A. C. 1170.

§. XX.

Colloquium alterum.

Cum inde biduum effluxiſſet, Norſeſiſius iterum cum Theoriano conferens ait: *Facile in JEſu Chriſto duæ Naturæ admitti poſſunt, ſi modo inſeparabiliter in una ſola Hypoſtaſi unitæ dicantur; nec eum Chriſtianum eſſe arbitror, qui veritatem manifeſtam impugnaret. Quid vero prohibet, ne dicamus in JEſu Chriſto eſſe unam Naturam ex duabus compoſitam, qualis eſt natura hominis ex anima & corpore, naturis utique diverſis, compoſita? & hæc ipſa eſt paritas, quam S. Cyrillus affert.* Ad hoc objectum reſponſurus Theorianus, primo quemdam locum S. Gregorii Nazianzeni oppoſuit, quem in Verſione Armeniana reperiri Norſeſiſius negavit. *Eſt ergo vitium omiſſionis*, reſpondit Theorianus, *ſimulque ei eundem locum in Syriaca verſione oſtendit.* Tunc vero Norſeſiſius, accerſito familiarium aliquo, qui linguæ Syriacæ gnarus erat,

Sæcul. XII. A C. 1110

eadem verba, quæ Theorianus citaverat, audivit. Ceterum jam diu Patrum Græcorum Libri in linguam Syriacam & Armenianam versi fuerant.

Tum Theorianus sermonem prosecutus ait: *S. Cyrillus eo solum consilio exemplum compositionis, quæ in nobis reperitur, adhibet, ut ostendat, non esse impossibile, ex duabus naturis diversis unum suppositum consurgere, quale est Petrus vel Paulus ex anima & corpore, id enim negabat Nestorius. Sed contradictionem involveret, qui diceret, simul duas Naturas & simul unam Naturam in JEsu Christo esse.* Quod Theorianus Geometrice demonstravit (*).

Quia

(*) Ad hæc; Anima humana & Caro in Homine non sunt Naturæ ita completæ sicut in Christo Domino Natura Divina & Natura Humana, quarum altera alteri ad existendum in una persona, si Incarnationis Mysterium excipias, nullatenus subordinatur. Ceterum mirabilis & incomprehensibilis Dei Omnipotentia, qua fit, ut Spiritus & Caro seu materia in Homine intime conjungantur & efficiant unum, scopulus est, ad quem in nostro Sæculo non nulli *Spiritus fortes*, Materialistæ, Indifferentistæ, Deistæ, quorum Oraculum Monsieur Voltaire dicitur, cum de Immortalitate animæ disputant, alliduntur & pereunt. Utinam potius tales intellectum suum in obsequium Fidei submitte-

rent,

Quia vero Norsesisius objectionem ex verbis S. Cyrilli: *Una Natura Verbi Incarnati*, sæpissime recoquebat, Theorianus dixit, hæc verba esse ipsius Athanasii contra errorem Arii, admittentis duo Verba diversæ naturæ, alterius increatæ, quæ nunquam non Deus fuisset, alterius creatæ in tempore, quæ carnem assumsisset. *Inde ergo*, inquit, *S. Cyrillus hunc loquendi modum accepit. Quamvis autem vera sint hæc S. Cyrilli verba, iis tamen uti non debemus, ob sensum pravum, quem alii iis tribuunt, sicut Mariam non appellamus Matrem Christi, quamvis re ipsa sit, quia Nestorius hac voce abutebatur.* Sub finem hujus colloquii Norsesisius a Theoriano definitionem Fidei Concilii Calcedonensis petiit, & accepit. Sæcul. XII. A.C.1170. p. 460.

Postera luce advenit Joannes Syriacus, Episcopus Cessusonienſis, qui cum comperisset, Armenorum Catholicum cum Græcis aliquoties disputasse, & in eorum concessisse sententiam, ad eum se contulit. Dicebat vero Catholicus: *Romani quæcunque affirmant, probant ex Sacra Scriptura, & ex Patribus, quos cum* p. 462.

rent, ne dum plura scire cupiunt, quam Deus ab homine capi posse voluit, ad eos pertineat dictum Proverb. 25. v. 27. *Qui scrutator est Majestatis opprimetur a gloria.*

Sæcul. XII. A. C. 1170.

cum ipsis nos quoque veneramur. Cui Joannes Episcopus: *Res portenti similis! tene, Domine! opinionem Romanorum, qui Nestoriani sunt, recepisse?* Norsesisius respondit: *Ego nec auctoritati Patriarchæ Constantinopolitani, nec Imperatoris quidquam dedissem, nisi veritatem meo etiam judicio invenissem. Sed cognitam negare non possum, nec Patribus obsistere.* Joannes Episcopus: *Delatum est ad me, quod duas in JEsu Christo Naturas confessus fueris; scis vero, si duas Naturas affirmemus, nos Nestorianos futuros, & loco Trinitatis quaternitatem admissuros* (*). Respondit Norsesisius: *Heri & die abhinc tertio & tota prope hebdomada multum laboravimus quotidie de Fide disputantes. Hodie & cras quiescemus; perendie, si vis, Collationi nostræ aderis, qua voles, dices, nosque lubenti animo te auscultabimus.*

Sub noctem quidam Doctor, nomine Bartan, Theorianum, inscio Catholico, adiens, ait: *Episcopus Syrianus, & Catholicus noster hodie primulum de una & duabus Naturis disseruerunt. Cupe-*

rem

(*) Joannes iste in Doctrina Fidei stupidissimus fuit, qui voces *Natura* & *Persona*, seu *Hypostasis* unum & idem significare credidit.

rem scire, dixit Theorianus, *quod argumentum Episcopus ad stabiliendam suam opinionem expromat.* Cui Bartan: *Nec auctoritate, nec argumento pugnat, sed confuse clamat, nullo servato rerum ordine, nec quid Adversarius dicat audit, ut Presbyteris suis aliquid magni dixisse videatur.* Elapsis exinde paucis diebus Theorianus vocatus in Triclinium, ubi sæpius ante contulerant, ascendit, ibique habuit Episcopum Syrianum ad dextrum latus Catholici sedentem, & Episcopos Armenianos ad lævum, inter quos primo loco considere jussus est; hunc enim ei honorem, quotiescunque convenirent, exhibebant. Omnibus diu silentibus Theorianus dixit: *Ad notitiam meam pervenit, quosdam dicere, quod, si duas Naturas in Jesu Christo confiteamur, Nestoriani simus, & quaternitatem admittamus; sed miror, eos, qui istud dicunt, non attendere, Nestorium non ideo fuisse damnatum, quia duas Naturas affirmabat, cum id etiam Patres diserte doceant, sed quia affirmabat has duas Naturas esse separatas, & ex consequenti duos filios & duos Christos, unum Filium Dei & alterum filium Virginis* (*). Deinde Theorianus ad refellendam fictam

Sæcul. XII. A.C. 1170.

(*) Da sehen wir, daß in der Orientalischen Kirche

Sæcul. XII. A. C. 1170.

fictam Quaternitatem accingitur, quam configit tam ex verbis S. Athanasii in epistola ad Epictetum, quam ex ratione, de-

Kirche sowohl die Griechen als die Armenianer meynen, man müsse die Glaubensfragen nicht aus der Schrift allein, sondern auch aus den Stellen der Kirchenversammlungen und der Heil. Väter entscheiden. Die Protestanten aber haben in den letzten Zeiten eine andere Regel angenommen, von welcher in dem Verstande, wie sie es nehmen, die ganze rechtglaubige Christenheit nichts gewußt. Wir sehen auch, daß jedermann im Orient selbst des Nestorius Lehre nicht als einen Wortstreit, sondern als eine Ketzerey angesehen. Nichts destoweniger lassen einige Protestanten und sonderlich der Uebersetzer des Fleury den Nestorius anheut noch als einen Glaubensbruder gnädig fortkommen. In dem Wörterbuche des Herrn Bayle ins deutsche übersetzet zu Leipzig herausgegeben, und im Artikel Adam lieset man folgendes: Adam Archidiaconus der Patriarchal Kammer und Oberster der Mönche von Chaldäa wurde zu Anfang des 17. Jahrhunderts von Elias dem Nestorianischen Patriarchen zu Babylon nach Rom geschickt. Dieser Patriarche, welcher durch seine Bischöffe das Glaubensbekänntniß hatte untersuchen lassen, welches ihm der Pabst Paul der V. zugeschicket hatte, trug diesem Adam auf, dasselbe dem Pabste nebst den von ihm darinnen gemachten Veränderungen zu überreichen ..... Er hatte eine Schrift mit sich gebracht, vermittelst welcher er

demonstrans, Verbum non assumsisse novam Hypostasim, sed suæ Hypostasi Humanitatem junxisse. Sæcul. XII. A.C.1170.

His

er den Glauben der Morgenländer mit der römischen Kirche vereinigen und zeigen wollte, daß ihre Spaltung nur in einem Wortstreite bestünde ..... Peter Strozza Paul des V. Secretär bekam Befehl diese Schrift zu beantworten ..... Adam reisete nach einem dreyjährigen Aufenthalte wieder ab, und brachte seinem Patriarche Elias ein Breve Paulus des V. welches alle von dem Patriarchen vorgeschlagene Vergleichungsmittel verwarf, und ihn nöthigte, alle Redensarten zu verdammen, worunter ein Irrthum versteckt seyn könnte.

In den Anmerkungen des Bayles gleich darunten heisset es: Warum begnügte man sich denn mit den Erläuterungen des Patriarchen von Babylon nicht? den Wohlstand zu beobachten .... mußte behauptet werden, daß die Nestorianische Lehre eine gefährliche Ketzerey sey, sonst hätte man der Ehre der allgemeinen Kirchenversammlungen Schande zuziehen müssen.

Antwort. Die Herren Protestanten, wenigstens Mosheim und der Uebersetzer des Fleury, entschuldigen alle Ketzer, und geben vor, ihre Lehren wären nur Wortstreite. Sie meynen es nicht übel; denn wenn es gar keine Ketzer gäbe, so würden auch in Sachsen nur rechtglaubige Christen seyn. Das Ansehen der allgemeinen Kirchen-

Ver-

Sæcul. XII. A.C. 1170.

His dictis, Norseſiſius Syrianum Epiſcopum intuitus, cum eum videret dejectos in terram oculos nunquam levare, Theoriano innuit, qui ſubridens ſermonem proſecutus eſt. Tandem vero Syrianus rationum pondere preſſus, tacitus ſurgit, & de Triclinio cum ſuis Presbyteris deſcendit. Interrogantibus vero, cur huic Philoſopho non fuiſſet locutus, re-

---

Verſammlungen, das iſt der allgemeinen Kirche ſelbſt verachten dieſe Herren: Sie ſetzen aber auf ſolche Weiſe den wahren Grund hindan, aus welchem ſie Rechenſchaft geben könnten, daß ſie rechtglaubige Chriſten ſind. Weil ſie alsdenn nothwendig den Grund ihres Glaubens in die Schrift allein, und in die Vernunft ſetzen müſſen, und keine beſſere Urſache anführen können, warum ſie Chriſten ſind, als die Juden oder Türken warum ſie Türken oder Juden ſind.

Nichts deſtoweniger wünſchten ſie ein allgemeines Kirchenrecht der Proteſtanten und die Einigkeit im Glauben zu erweiſen. Aber umſonſt. Ihre Glaubens- und Kircheneinigkeit iſt gar zu allgemein, und wenn ſie kein anders Band hat als die Schrift ohne Auctorität der römiſchen Kirche, und der von ihr erkannten Kirchenverſammlungen, ſo ſchlieſſet ſie auch die Arianer, die Manichäer und andere Ketzer ein, welche eben auch dieſes Band der Einigkeit haben. Und endlich iſt die geſuchte Einigkeit nichts anders als eine Babyloniſche Verwirrung.

respondit: *Non licet mihi de his rebus in provincia aliena loqui.* Sæcul. XII. A.C 1170.

Inde Theorianus Monothelitas refutavit, & lectionem epistolæ Norsesianæ ad Imperatorem prosecutus, cum ventum esset ad illum locum, ubi dicebat, Jesum Christum in utero Virginis novem menses & quinque dies fuisse, Catholico ostendit, quod additio de quinque diebus nullo niteretur fundamento. Illud quoque Catholicum docuit, nullum ipsis solidum argumentum superesse, cur una die Jesu Christi Nativitatem & Baptismum celebrarent. Et Norsesius fassus est, quod quæstiones de variis consuetudinibus Ecclesiarum exigui momenti essent, si modo in Fide consentirent. Tum Theorianus de *Trisagion* differens probavit, additas voces *crucifixus pro nobis*, a Petro Fulone inventas, ab Ecclesia Catholica merito fuisse rejectas, & nullibi in SS. Patribus legi.

p. 469.

Sup. Lib. XXIX. §. 31.

Eandem epistolam perlegentibus occurrit, Armenos affirmare, quod in Unctionibus Sacris oleo *Sesamensi*, nempe ex quodam frumenti Indici genere expresso, sibi uti liceret, ob Olivarum in Armenia penuriam. Sed Theorianus affirmavit, in Sacramentis non nisi oleum olivarum esse adhibendum, sicut in Sancto Sacrificio solo vino de vite, non autem sicera aut quibuscunque similibus liquoribus

p. 474. Ecclesia Armeniæ.

Sæcul. XII. A. C. 1170.

bus uti fas esset (*). Norsesisius hunc quoque suorum morem damnavit. Ipsis ita colloquentibus, Presbyteri Armeni Vesperas extra Ecclesiam cantare, ut solebant, cœperunt, & Theoriano hujus rei causam scisscitanti Norsesisius respondit, Majores suos, qui Officii Divini cantandi rationem constituissent, præscripsisse; solam Liturgiam in Ecclesia esse celebrandam, & illo etiam tempore solis Presbyteris intus stare licere, populo extra Ecclesiam assistente. Alia autem Officia foris esse peragenda, addiditque non nulla argumenta, cur ita deceret. Verum Theorianus ex Concilio Niceno ostendit, extra Ecclesiam stare pœnam esse Ecclesiasticam, pœnitentibus ob gravissima crimina injunctam; Norsesisius id quoque sibi probari annuit.

Sup. Lib. XXVIII. §. 21.

Lecta deinde est, ut ante statuerant, Definitio Fidei in Concilio Calcedonensi edita, & notatum, quod ambo Exemplaria Armenorum & Græcorum sibi consentirent. Theorianus Norsesisio petenti

(*) Hic contra Protestantes patet consensus Orientalium & Armenorum cum Ecclesia Occidentali, cum Liturgiam seu Missam non solum Cœnam Domini, sed etiam Sacrificium appellent. Unde illi negare convincuntur, quod universa Ecclesia credidit.

tenti quædam verba, quæ ipsi obscura videbantur, explanavit. Tunc vero Theorianus singulos Fidei Articulos Calcedone definitos repetens demonstravit, eos omnes ex verbis Patrum, hoc Concilio antiquiorum, præsertim S. Cyrilli esse acceptos. Qua re cognita Norsesisius dixit: *Quis non miretur, Majores nostros tanta impudentia hanc Fidei professionem calumniis violasse?* Præterea Theorianus omnes ei hæreses singillatim in eodem Concilio damnatas indicavit. Quibus omnibus perceptis Norsesisius ait: *Nunc vero rem tibi aperiam huc usque omnibus ignotam. Annis abhinc ducentis quidam Armenorum Catholicus luce fruebatur, cui nomen Joannes, doctrina & virtutibus Patrum maximis haud inferior, quamquam nec scientiis profanis nec Philosophiæ operam dedisset. Sed ingenti zelo contra Monophysitas ardens, istud Hæreticorum genus toto Pontificatus sui tempore & calamo & sermone oppugnare non cessavit. Hujus viri tanquam Sancti Festum celebramus. Porro ad manus habeo Scriptum ejusdem viri contra Monophysitas, Scripturæ testimoniis & firmissimis argumentis stabilitum, & a Gregorio, qui paulo ante me hanc Sedem tenuit, approbatum, quippe in fine vitæ non nulla scripsit. Hæc itaque credo, eisque, qui contrarium cre-*

Sæcul. XII. A.C. 1170.

to. 10. *Conc. p.* 565.

Dial. p. 478.

p. 481.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

dunt, anathema dico. Subjunxit: *Si vis, initium hujus Scripti tibi prælegam.* Et Theorianus hac lectione audita ait: *rogo te; da mihi totius hujus Tractatus exemplum descriptum.* Quod deinde Constantinopolim retulit.

His omnibus adjecit Norsesisius Catholicus: *Quantum in me est nihil omittam, quo Fratribus meis Salutisim. Hodie incipiam datis ad omnes Armeniæ Episcopos literis Concilium convocare. Exponam Patrum verba, quibus ipsi nituntur, & deinde illa, quæ tu in collationibus nostris opposuisti. Primum quidem cum Armenis sentire videbor, tum vero sensim & leniter errorem ipsorum detegam; ac ut facilius convincam, Joannis Catholici Scripto, cujus exemplum tibi dedi, utar. Firma mihi spes est, oves meas vocem pastoris sui audituras. Si autem omnes ad sanam Doctrinam reducere nequeo, cum consensu illarum, quæ me secutæ fuerint, Decretum edam, quod manu mea omniumque Episcoporum Orthodoxorum mihi subditorum subscriptum Imperatori & Patriarchæ per Episcoporum meorum præcipuos mittam. Porro in eo decreto confitebimur, quod Concilium Calcedonense, illosque Patres, quos Concilium recipit, recipiamus, eosque, quos Concilium damnat, videlicet Eutychem & Dioscorum, ac præterea*

Seve-

Severum, Timotheum Elurum, omnesque qui hoc Concilium oppugnarunt, anathematizemus. Sæcul. XII. A.C. 1170.

Postquam istud Decretum Constantinopoli synodice fuerit approbatum, Præsulibus meis ad me reversis, ipse, si Imperator jubeat, ibo, Dominum meum & Patriarcham veneraturus. Tum Norsesisius omnibus aliis ex triclinio excedere jussis, ad Theorianum inter singultus & erumpentes lacrymas ait: *Obtestor pium Imperatorem nostrum, ut istud mihi non deneget: Cum Episcopi mei Constantinopoli fuerint, & ea, quæ dixi, confirmari obtinuerint, jubente Imperatore, Patriarcha sedens in Cathedra sua inter Liturgiæ Solemnia, cultu Sacerdotali fulgens, veram Crucem manu tenens, omnibus Clericis populoque præsentibus, Genti Armenorum Benedictionem impertiatur, atque pro Armenis defunctis, qui ex ignorantia peccarunt, oret.* Theorianus tanto Catholici zelo commotus, nec ipse lacrymas tenens, postquam animum utcunque collegissent, promisit, se istas preces ad Imperatorem delaturum, eique Norsesisius epistolam Manueli reddendam tradidit, in qua se Synodum Calcedonensem recipere perscribebat. Tandem, imposita Theoriani capiti manu, Benedictionem impertitus, eum in pace dimisit. Ipse pro itineris successu gra-

Sæcul. XII. A.C. 1170.

tias Deo agens Constantinopolim rediit (*).

§. XXI.

Rex Angliæ adolescens coronatur.

5. ep. 2. Gervas. an. 1170.

Quæcunque Alexander Papa egerat, ut efficeret, ne Rex Angliæ adolescens coronaretur, irrita fuerunt, nam eum nihilominus Archiepiscopus Eboracensis consecravit. Literæ Pontificis in Angliam quidem pervenerunt, sed nemini fuerunt exhibitæ. Inter hæc Henricus Rex in Regnum hoc transmisit die tertia Martii, & haud diu post edito Decreto omnes Episcopos & Optimates Londinum ad diem decimam quartam Junii convocavit. Archiepiscopus Rotomagensis & Episcopus Nivernensis iter in Angliam aggressi datis literis Regem eorum, quæ sibi Pontifex mandasset, certiorem faciunt, quibus ille rescripsit; ne se periculis maris exponerent, promittens se brevi in Franciam rediturum & pacis fœdera cum Archiepiscopo initurum. Die Dominica igitur, decima quarta Junii, anno Salutis millesimo centesimo septuagesimo, omne

(*) Omnia optimæ fidei indicia in hoc *Catholico* seu Armenorum Primate occurrunt, qui Græcos, quos Romanos vocat, antiquæ Romæ Fidem & Communionem tenere nullus dubitabat.

mnes Londini adsunt Episcopi & Abbates ex tota Anglia, Comites, Barones, Vicecomites, Præpositi & qui in illa gente Aldermanni vocantur, timidi omnes, cum nescirent, quo consilio venire jussi essent. Sequente Dominica, vigesima prima Junii Rex filium suum, quem ex Normannia eadem septimana accersiverat, Equitem creat, ac Westmonasterii Regem ungi & coronari jubet. Ei Rogerius Archiepiscopus Eboracensis, Episcopis Londinensi, Saresberiensi, & Rofensi assistentibus, manus imposuit, licet hi reclamarent, & dicerent, factum hoc juribus Ecclesiæ Cantuariensis, Metropolis suæ, nocere non debere. In convivio deinde Filio coronato Rex parens cibos ministrans dicebat, jam se non amplius Regem esse. Ceterum Rex filius ad annum ætatis decimum quintum pervenerat, cui pater viros a consiliis dedit, quos Thomæ Archiepiscopo acerrime infensos noverat. Ipse his actis mare trajecit Colloquio cum Rege Franciæ ad Festum S. Magdalenæ adfuturus.

Sæcul. XII. A. C. 1170.

vit. ep. 331

vit. c. 311

§. XXII.

Thomæ de coronatione querelæ.

Ubi fama ad Thomam pertulit, coronatum fuisse Henricum juniorem, vehementer indolens, datis ad Papam suosque Romæ amicos literis amare con-

Sæcul. XII. A.C. 1170.

questus est. Sed & alia indignationis causa præcesserat, quod nimirum Archiepiscopus Rotomagensis Episcopum Londinensem ab excommunicatione absolviſſet, dicens, id ut faceret sibi incubuisse ex mandato Pontificis, nempe vi illius epistolæ decima nona Januarii datæ, in qua legebatur; si spes certa secuturæ pacis arrideret, posse Archiepiscopum excommunicatos a Censura liberare. Hac de re Thomas apud Archiepiscopum conquestus arbitrabatur, ipsum potestate sua majora egisse, quod conditionem in Mandatis Pontificiis appositam non servasset. Conjuncta igitur utraque querelarum causa Thomas Alberto Cardinali scripsit in hunc modum.

3. *ep.* 16.

5. *ep.* 3.

5. *ep.* 19.

5. *ep.* 20.

Utinam, amicorum carissime, potius auribus tuis audire, quam per epistolam meam discere, posses, quæ hic locorum, ingenti Ecclesiæ Romanæ probro & dedecore, sparguntur. Nuncii nostri, ultimo Romam missi, aliquid consolationis in Papæ epistolis attulisse videbantur. Sed hæ nullæ effectæ sunt aliis epistolis, quarum auctoritate Episcopi Londinensis & Saresberiensis a censura absoluti sunt. Nescio, quo fato Romæ semper contingat, ut Barabbas liber dimittatur, & Jesus Christus crucifigatur. Ejusdem Curiæ Romanæ voluntate tempus proscriptionis nostræ usque

ad

ad finem anni sexti protractum. Romæ pauperes & exules damnantur, & ideo damnantur, quia pauperes & sine viribus sunt. Contra absolvuntur Sacrilegi, latrones, fures, quos nec ipse S. Petrus posset absolvere. Hæc magna fiducia affirmo, quia Jesus Christus præcipit tunc solumodo peccatores absolvi, cum convertuntur & pœnitentiam agunt. Romæ autem absolvuntur nulla injuncta rerum ablatarum restitutione. Quin, quod pejus est, Legati Regis, spoliis nobis & Ecclesiæ nostræ detractis, Cardinales & Curiam Papalem corrumpunt. Et infra: Nolo amplius querelis meis Romanam Curiam fatigare. Illuc convolent illi, qui postea inde redeuntes, Justitia pedibus conculcata, triumphant. Utinam non tam sæpe in perniciem hominum innocentium, sed infelicium, iter Romam susceptum fuisset! Eadem animi amaritudine occupatus Gratiano, qui anno superiore in Franciam cum Legati potestate venerat, scripsit.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

Luc. 18. 3-4.

ep. 21.

S. Thomæ in exilio socii quoque, datis ad Albertum Cardinalem & ad Gratianum literis, queruntur, quod nimia fuisset Papæ in Regem Angliæ indulgentia. Et Thomas ad ipsum Papam scribens, ei Regis ejusdem ingenium & indolem exhibet, quæ facilius metu & rigore, quam lenitate vinceretur.

ep. 22. 23.

34.

Sæcul. XII. A.C. 1170. Tandem Guilielmus Archiepiscopus Senonensis data ad Papam epistola dicebat; Regem Franciæ & totam Ecclesiam Gallicanam scandalum accepisse ex hoc exemplo S. Sedis, ubi Satana in libertatem dimisso Jesus Christus adhuc crucifigeretur. Queritur deinde, quod unctio Henrici junioris peracta sit, non sine ludibrio Ludovici Regis, cujus filia huic Principi desponsata in illa coronatione fuisset præterita. In fine epistolæ Papam hortatur, ut Episcopis, qui id ausi fuissent, impunitum non abire sineret. Papa responso ad Archiepiscopum Senonensem dato non negat, Episcopum Londinensem suo jussu fuisse absolutum, de Consecratione Henrici junioris nullam facit mentionem, sed Archiepiscopo Senonensi præcipit, ut ipse Archiepiscopum Rotomagensem & Episcopum Nivernensem ad implenda mandata accepta compelleret.

ep. 26.

§. XXIII.

Pax inter Regem & Thomam.

Priusquam vero Papa hoc responsum dedisset, quin etiam antequam epistolas modo memoratas accepisset, pacem Rex Angliæ & Archiepiscopus Cantuarienfis inierant. Præsul præcipuas hujus pacis conditiones in amplum Commentarium retulerat, quem Episcopo Niver-

Nivernenſi miſit. Initio Præſul monita præmiſerat; caveret Epiſcopus, ne Regis aſtutia falli ſe fineret. Rex autem Archiepiſcopo Rotomagenſi perſcripſerat, velle ſe Archiepiſcopum in gratiam recipere juxta formam a Summo Pontifice propoſitam. Nempe quia intelligebat, non ſupereſſe ſibi effugiendi locum, ac duobus Præſulibus Rotomagenſi & Nivernenſi in mandatis datum ſciebat, Ditiones ſuas Interdicto ſubjicere, niſi intra præfixos quadraginta dies concordia ſequeretur. Sæcul. XII. A. C. 1170. 5. *ep.* 12.

Itaque duo Præſules cognita Regis Angliæ voluntate, Senones pergunt, die Jovis decima ſexta Julii anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, eam Thomæ ſignificaturi, & diem Reconciliationis indicaturi. Duo Reges colloquio ſuo diem conſtituerant Feriam II. ante Feſtum S. Magdalenæ, nempe vigeſimam Julii, locum vero in utriusque Regni confinio, inter oppidum Firmitatem * & Arcem Fretovallenſem in Territorio Turonenſi poſitum. Archiepiſcopus Senonenſis Thomæ ſuaſerat, ut ſecum & cum duobus Præſulibus Rotomagenſi & Nivernenſi ad Conventum Regum veniret, nunquam enim fore ajebat, ut abſentes reconciliarentur. Repugnabat autem Thomæ animus, ne ad Colloquium ſe conferret, non vocatus; ceſſit tamen *ep.* 46.

* La Fertè.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

tamen monenti, sicque quatuor Præsules simul viæ se dederunt, videlicet Archiepiscopi tres Cantuariensis, Senonensis, Rotomagensis & Episcopus Nivernensis. Duo Reges die Lunæ, vigesima Junii & die Martis sequente collocuti sunt, nulla de Thoma injecta mentione; unde Clerici illius socii, qui conferentibus aderant, malum omen accipiebant, timentes, ne frustra veniisset, eique non sine rubore recedendum esset. At Archiepiscopus Senonensis ad Thomæ hospitium processit, & indicavit, se cum Præsulibus Rotomagensi & Nivernensi a Rege Angliæ impetrasse, ut in crastinum in conspectum admitteretur, sibique ex vultu & verbis visum fuisse, Regem penitus mitigatum bona fide pacem quærere.

Vera auguratum fuisse Præsulem Senonensem lux altera docuit; nam sequente die Mercurii, S. Magdalenæ Sacra, Rex Angliæ multis comitantibus pœne ante diluculum in locum Colloquii delatus est, quo etiam Thomas paulo tardius cum Archiepiscopo Senonensi & compluribus Francis, qui Regem suum ad hunc Conventum euntem secuti fuerant, pervenit. Ubi vero Henricus Rex Thomam conspexit, iis qui ipsum circumstabant subito relictis, venienti occurrit, & prior nudo capite

salutem

salutem dixit. Mox ambo dextram jungentes & in mutuum amplexum ruentes, etsi suo quisque equo adhuc insideret, paulatim a reliquis secerni cœperunt, solo Archiepiscopo Senonensi sequente. Tum Thomas apud Regem damna sibi & Ecclesiæ suæ illata deflere lenibus verbis & ad movendum præparatis. Cum deinde etiam Archiepiscopus Senonensis se removisset, Rex solus cum solo Thoma sermonem conseruit, ea familiaritatis specie, ac si inter eos nulla unquam jurgia viguissent. Quod omnes præsentes tanto lætitiæ motu tetigit, ut ex intuentium oculis lacrymæ elicerentur. Tamdiu autem protractus est sermo, ut non nullos fastidium subierit.

Sæcul. XII. A. C. 1170.

5. ep. 45.

S. Thomas & Rex Angliæ colloquentes.

Archiepiscopus Regem intra modestiæ leges monebat, quam male in hac causa egisset, quantis semetipsum exposuisset periculis, & hortabatur; tandem ad mentem rediret, Ecclesiæ satisfaceret, conscientiæ simul & famæ suæ consuleret. Admissos vero errores magis aliorum consiliis quam Regiæ voluntati tribuebat. Audiebat Præsulem Rex non patienter modo, sed etiam perbenigne, atque errata emendaturum se pollicebatur. Subjunxit Archiepiscopus: *Salutis tuæ necessitas, filiorum felicitas, & Regni tui securitas exigunt, ut injuriam tollas Ecclesiæ Cantuariensi nuper illatam, cum*

Sæcul. XII. A.C. 1170.

cum filium tuum ab Archiepiscopo Eboracensi coronari jussisti. Hic aliquantulum repugnavit Rex, & affirmans, nihil se jurgandi causa dicturum, ait: *Quis coronavit Guilielmum Victorem, & Reges sequentes? numquid Archiepiscopus Eboracensis, aut quisquam alius Episcoporum, quem Rex coronandus suo arbitrio delegit?* Archiepiscopus ad hoc objectum apte respondit, repetens historiam illarum rerum, quæ a tempore, quo Normanni Angliam subegerant, gestæ fuerant, & probavit, extra causam raro evenientem Reges semper ab Archiepiscopis Cantuariensibus fuisse consecratos; quod jus ne quidem ipsi Archiepiscopi Eboracenses Cantuariensibus detrahere voluisse legantur.

Cumque Thomas hac de re prolixius disseruisset, ait Rex: *Nullus dubito, quin Ecclesia Cantuariensis omnes alias in Occidente sua claritate superet. Hinc non modo matrem meam quoquam jure non privabo, sed sequar consilium tuum, faciamque ut tam in hac causa quam in ceteris omnibus salva & integra ejus Dignitas conservetur. Illos vero, qui usque in hanc diem nos ambos prodiderunt, eo vigore habebo, sic me Deus adjuvet, quem meriti sunt.* Ad hæc verba Thomas equum reliquit, ut ad Regis pedes accideret, qui vero stapedam apprehendens Præsulem

lem ad iterum conscendendum compulit. Quin etiam lacrymari videbatur, cum diceret: *Tandem Domine Archiepiscope mutuam illam veteremque amicitiam nostram revocemus. Cumulemus nos beneficiis, quibuscunque poterimus, dissidii causæ oblivione deleantur. Sed rogo, bonora me coram illis, qui nos procul intuentur.* Tumque quia inter spectantes etiam non nullos ex iis conspiciebat, qui discordiam alebant, ut ad silendum cogeret, iis propius admotus, *cum Archiepiscopum*, inquit, *mihi propensissimum experiar, si eidem adversari non desino, pessimus omnium mortalium ero, & omnia mala, quæ de me sparguntur, vera esse propriis factis demonstrabo. Verum jam nihil honestius nihilque rebus meis utilius perspicio, quam summo studio ejus erga me benevolentiam sincera amicitia & obsequiis excolere.* Hæc Regis dicta omnes præsentes magno applausu exceperunt. Sæcul. XII. A.C.1170.

Tunc vero Rex quosdam ex comitantibus sc. Episcopis ad Thomam Archiepiscopum misit, qui peterent, ut quas pacis conditiones cuperet, publice ediceret. Non nulli suadebant, putabantque, optime facturum, si omnia Regis voluntati simpliciter committeret. Sed Thomæ aliter visum, nec causam Ecclesiæ arbitrio hominis relinquendam

dam

Sæcul. XII. A.C. 1170.

dam esse existimavit. Itaque postquam cum Archiepiscopo Senonensi & exilii sui sociis consultasset, statuit, causam de Consuetudinibus, de damnis, quæ Ecclesia sua passa erat, & querelam de unctione Principis juvenis, solius Regis judicio non concredere. Quare Regis lateri iterum se se admovens, opera Archiepiscopi Senonensis, suppliciter rogavit, ut Regiam gratiam sibi redderet, pacem & securitatem sibi suisque præstaret, Ecclesiam Cantuariensem cum agris ad eam pertinentibus, quorum Commentarium in Charta sibi tradita legisset, restitueret, & factum unctionis Filii sui emendaret. His conditionibus Thomas Regi suo amorem, honorem & omnia, quæ Archiepiscopus secundum Deum Principi præstare potest obsequia, promittebat. Annuit pactis Rex, ac Thomam cum Sociis ejus præsentibus in gratiam recepit. Sed restitutio Bonorum dilata est, quam Papa non satis diserte præcepisset. Rex postea diutius cum Archiepiscopo pro veteri necessitudine sermonem conseruit, ita ut usque ad noctis confinia protraheretur colloquium. Quin eum etiam secum deducere parabat, dicens, expedire sibi, ut amborum concordia neminem fugeret. At respondit Præsul, haud se ingrati animi notam evasurum, si abiret,

ret, nec Regi Franciæ ceterisque suis Benefactoribus valediceret, quod Rex Angliæ non negavit. Sæcul. XII. A.C. 1170.

Thomam, jam jam recessurum, Arnulphus Episcopus Lexovienſis vehementer urgere cœpit, præsente Rege, Episcopis & Optimatibus, ut excommunicatos absolveret. *Sicut enim*, inquiebat, *Rex omnes, qui te secuti sunt, in gratiam admisit, ita tuum est, omnibus, qui Regi adhæserunt, ignoscere.* Respondit Thomas: *Neutiquam omnes, quorum patrocinium suscipis, eadem lenitate haberi possunt. Sunt enim alii aliis nocentiores, alii ob culpam propriam sententia directa excommunicati sunt, alii quia excommunicatos non vitarunt, alii a nobis, aut a suis Episcopis a Communione remoti sunt, alios Papa sacro fulmine percussit, qui a nemine nisi ejusdem auctoritate absolvi possunt. Nos equidem quia sincera caritate complectimur omnes, expetito Regis consilio, ita ad eos reconciliandos animum & operam adjecturos speramus, ut si quisquam excluſus fuerit, in neminem quam in se ipsum culpam rejicere debeat.* Ad hæc cum Geofridus *Ridel*, Archidiaconus Cantuarienſis ferocius respondisset, Rex timens, ne animi jurgando accenderentur, avulsum ab eis Archiepiscopum rogavit, ne hujusmodi hominum sermonibus turba- 5. *ep.* 45. *p.* 805.

Sæcul XII. A.C. 1170.

retur. Ita, postquam Thomas Regi bene dixisset, in pace discessum.

§. XXIV.

Thomas acta ad Papam perscribit.

p. 806. Tota hæc narratio accepta est ex Thomæ epistola, quam ad Papam dedit, ut eum reconciliationis suæ certiorem faceret. Quibus adjecit: *Comperi, quod exinde Archiepiscopus Rotomagensis & Episcopus Nivernensis Episcopo Sagiensi mandata injunxerint, in Angliam trajiceret, & a me excommunicatos absolveret. Sed nescio, an ei etiam Formulam, quam illis dederas, præscripserint, & an ipse obtemperaturus sit. Si alio ac præceptum est modo absolvantur, necessarium erit, ut remedium afferas; nihil quippe magis Ecclesiasticam Disciplinam destruit, quam hujusmodi criminum impunitas, quæ Sacra Sedes dissimulat.* Ante

p. 805. pauca scripserat Thomas: *Expectabo in Francia reditum illorum, quos misi ad recipienda Regalia nostra. Nec arbitror ad Regem mihi remeandum esse, quamdiu ipse vel pedem latum de Ecclesiæ bonis retinebit. Ex hac potissimum restitutione an sincere mecum agat cognoscam. Nec Regis animum suspectum habeo, timeo vero, ne datam fidem frangat, nisi forte in transversum feratur consiliis illorum hominum, quos male actorum conscientia quiescere*

quiescere non sinit. Nec abs re ita augurabatur S. Thomas, quoniam ex mandatis, quibus pacis conditiones exequi jubebatur, ad filium suum Henricum juniorem missis, Rex bona fide transacta perfecturus fuisse videtur. Sæcul. XII. A.C. 1170. 5. *ep.* 43.

Thomas non solum Papæ, sed etiam quatuor Cardinalibus amicis suis scripsit, ut felicem eventum communicaret. In epistola autem ad Gratianum Subdiaconum, qui Legati munere strenue functus fuerat, verba memorabilia inseruit: *Quia Ecclesia Romana posuit fundamentum suum formidinem, personas acceptat, & auctoritate qua præeminet, iniqua gerentibus non occurrit; hinc in eam Deus flagella gravia & intolerabilia immittit, ideo instabilis facta est, fugit a facie persequentis, & vexationibus obruta vix subsistit.* Et infra: *Cura, ut Epistolæ Summi Pontificis vehementiores & efficaciores pro causa Ecclesiæ scriptæ in Acta referantur, exemplum posteris futuræ.* 5. *ep.* 48. & 6. *ep.* 47. *Vid. Baron. an.* 1170. *n.* 28.

§. XXV.

Fridericus simulat se Schisma relicturum.

Priusquam ad aures Papæ perveniisset, inter Regem & Archiepiscopum fœdera intercessisse, Benevento excesserat, ad locum Romæ magis propinquum ven-

Sæcul. XII. A. C. 1170.

venturus, jamque decima Septembris Verulis in Campania degebat. Itineris autem causa hæc fuit. Fridericus Imperator cum factionem suam in dies deficere cerneret, maxime postquam Guido Cremensis, Antipapa secundus, fato occubuisset, simulans se pacem Ecclesiæ cupere, ad Papam Alexandrum misit Episcopum Bambergensem, virum semper Catholicum, addito mandato; nemini nisi soli Pontifici, quæ ipsi commissa essent, aperiret. Papa ab Episcopo per epistolam præmonitus suspicione agi cœpit, fraudem subesse, qua a fœdere & amicitia Longobardorum abstraheretur. Quare ex consilio Cardinalium, per nuncios ab Urbibus petiit, ut singulæ Legatum suum mitterent, qui audiret, quæ Episcopus Bambergensis expositurus esset. Et illæ, quæ Papa suggerebat, executæ sunt. Cum deinde Præsul Bambergensis in Campaniam usque progressus esset, datis literis Papam rogavit, ut in eam provinciam rediret, quod Dominus suus prohibuisset, ne ditiones Regis Siciliæ intraret. Morem gessit Pontifex, ac Benevento digressus, cum Cardinalibus & Legatis Longobardorum, Verulas venit, Episcopum * Bambergensem præstolaturus.

Act. Alex. ap. Baron.

* Eberhardum.

Altera die hic Præsul in conspectum Pontificis in media Congregatione Cardina-

dinalium sedentis se infert, & postquam in terram se demisisset, ait: *Fridericus Imperator, Dominus meus, mihi districte præcepit, ne injuncta mandata cuiquam mortalium nisi tibi soli aperirem.* Cui Papa: *Quid istud præceptum in rem faciat, cum nunquam tibi responsum, nisi Fratribus meis Cardinalibus & hisce Legatis conscriis, daturus sim?* Quia vero Episcopus ferventer urgebat, consensit Papa, & soli aures præbuit, posita antea conditione, quod ea quæ audivisset, cui vellet, communicare liceret. Ergo Episcopus Papæ significat, statuisse Imperatorem, quod amplius Alexandro adversari nollet, quin potius effecturus esset, ut omnia ejus Decreta servarentur. At quærenti Papæ, an Fridericus etiam sibi obedientiam præstiturus esset, & pro Romano Pontifice habiturus, Præsul haud simpliciter, sed ambigue respondebat, nec unquam Pontifex ab Episcopo extorquere valuit, ut hac de re diserte suam & Domini sui mentem explicaret. Tum Papa ad conclave reversus, in quo Cardinales & Longobardi expectabant, quid Bambergensis attulisset exposuit, eique deinde, omnibus idem suadentibus, respondit: *Miramur profecto, te, Virum prudentem, hujusmodi mandata suscipere voluisse. Imperator Decreta nostra tueri vult, & nos tamen tanquam legitimum*

Sæcul. XII. A.C. 1170.

Sæcul. XII. A. C. 1170.

Pontificem recipere recusat. An hoc non est claudicare in utramque partem? Deum velle honorare & Diabolum non abjicere? Causa nostra toti Ecclesiæ justa visa est, ceteri Christiani Reges & Principes eam amplexi sunt. Cur Dominus tuus tamdiu differt ad unitatem Ecclesiæ redire? Nos quidem constanter volumus eum majore honore quam ceteros totius Mundi Principes prosequi, ac etiam jura ejus conservare, si modo Ecclesiam Romanam Matrem suam amet. Ita Papa dimisit Episcopum Bambergensem, quem Longobardi per Italiam deduxerunt, ad Imperatorem rediturum.

Verulis Papa digressus est Ferentinum, oppidum Verulis septem milliariis distans, atque inde Anagniam, ubi octava Octobris versabatur. Tum venit Segnium & tandem Tusculum, ubi vigesima quarta Novembris adhuc morabatur. Id enim dispicimus ex epistolis, quas in illis civitatibus in Causa Ecclesiæ Cantuariensis dedit.

§. XXVI.

Epistolæ Pontificis in Angliam data.

5. *ep.* 34. 5. *ep.* 67.

Comperto quod Henricus junior fuisset coronatus, Papa data ad Thomam Archiepiscopum epistola affirmavit, hæc Archiepiscopi Eboracensis molimina, ipso vetante susceptа, Ecclesiæ Cantuariensis

Juri

Juri nocere non posse. Tum literis ad Rogerium Archiepiscopum Eboracensem & Hugonem Episcopum Dunelmensem datis conqueritur, quod Rex Angliæ Ecclesiam vexet, & speciatim quod Rogerius in aliena provincia, non sine injuria & contemptu Archiepiscopi absentis Principem juvenem unxerit, rursusque quod in ista coronatione, cum juramentum de conservanda libertate Ecclesiæ a Rege coronando exigi debuisset, contra juramento perversas regni Consuetudines confirmare auditus sit. Vecordiam exprobrat Præsulibus, qui id passi fuerant, eosque in pœnam ab omni Officio Episcopali suspendit. Episcopos vero Londinensem & Saresberiensem in censuram Excommunicationis relapsos fuisse pronunciat; Thomæ Archiepiscopo tamen eos iterum absolvendi licentiam tribuit.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

5. *ep.* 66.

ep. 65.

Ubi vero Papa percepit, Regem & Archiepiscopum reconciliatos esse, data ad eumdem Principem epistola maximam lætitiam profitetur, hortaturque, ut census Ecclesiæ Cantuariensi restituat, damna illata resarciat, Regem filium injuriam, qua Archiepiscopus affectus fuisset, tollere juberet. Cardinales quoque, quibus Thomas initam esse pacem perscripserat, datis responsis, meliorem sortem gratulati sunt. Addebant

5. *ep.* 56. &c

Sæcul. XII. A.C. 1170.

vero, necdum omnem dubitandi causam abesse, an Rex bona fide omnia exsecuturus esset, suadebantque Archiepiscopo, ut lenem se præberet, seque facilius tantum negotium perficeret. Præterea Papa scribebat; si Rex pacta non impleret, dare se Thomæ potestatem Censuris Ecclesiasticis utendi in loca & personas suæ Legationis, Rege, Regina Sponsa liberisque ipsius exceptis. Archiepiscopis autem Senonensi & Rotomagensi præcepit; intra viginti dies Regem monerent, ut promissa in pace exequeretur, quod nisi a die admonitionis intra mensem præstitisset, omnes ejus ditiones in Continenti * Interdicto subjicerent. Hæ duæ Epistolæ mense Octobri datæ sunt.

6. ep. 29.

c. 1.

* in Francia.

§. XXVII.

Thomas profectionem parat.

vit. 3. c. 2.

Ceterum Thomas bis ante discessum in Angliam cum Rege fuit. Primo Turone, quo Rex ad colloquendum Theobaldo Comiti Blesensi perrexerat. Venienti Archiepiscopo Rex quidem obviam processit, sed importunum adesse omnes ex vultu Regis conjiciebant, qui postera die in suo oratorio Missam Defunctorum celebrari præcepit, quod Henricum ea mente jussisse crediderunt, ne Archiepiscopo sibi osculum pacis offerendi

rendi occasio esset. Tum ad colloquium Theobaldi secedunt, ubi urgente Comite & Præsule Rex, se agros Ecclesiæ redditurum diserte, promisit. Sed rem differebat, donec Archiepiscopus in Angliam navigasset, ut quid in his rerum adjunctis acturus esset, sciret. Elapsis paucis diebus Thomas iterum ad Regem venit Calvimonti, oppido inter Blesas & Ambasiam posito, nullum petiturus beneficium, sed ejus benevolentiam sibi conciliaturus. Et ecce Rex non tantum quantum alias honorem, sed plus favoris & amicitiæ Præsuli exhibuit. Quin communi consensu statuerunt, ut Thomas abjecta omni mora Regi Franciæ valediceret, & in Angliam transfretaret.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

5. *ep.* 63.

Sequente die relicto Rege Senones petiit, Benefactoribus suis valedicturus, & omnia ad iter faciendum paraturus (*).

Inter hæc Thomæ Curatorum suorum, quos in Angliam miserat, literæ redduntur. Hi commissi sibi negotii ratio-

5. *ep.* 53.

(*) Ut facilius Rerum ordinem & locorum capiat Lector, semper meminisse debet, Henricum II. Regem Angliæ plerumque non in Anglia versatum fuisse, sed in Francia, ubi amplissimis provinciis, ut Regis Franciæ Vasallus, dominabatur.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

tionem narrabant in hunc modum: *Regis junioris conspectum in conclavi suo Westmonasterii, die Lunæ post Festum S. Michaelis* (nempe quinta Octobris hujus anni milleſimi centeſimi ſeptuageſimi) *ſubivimus. Apud eum erant Renaldus Comes, Archidiaconus Cantuarienſis, Archidiaconus Pictavienſis, Guilielmus a S. Joanne, & plures alii, quorum aliqui, ac ex eorum numero Renaldus Comes, audito pacis nuncio, gratias Deo devote reddiderunt. Recitatis Regis Epiſtolis, cum Rex filius dixiſſet, ſe hac in cauſa ſuorum conſilium exquiſiturum, exeſſe jubemur. Poſtea vero revocatis in penetrale Archidiaconus tuus nomine Regis adoleſcentis dixit: Rudolphus DE BROC & Vaſalli ejus juſſu Regis patris mei agros Eccleſiæ Cantuarienſis, & cenſus Clericorum Archiepiſcopalium obtinuerunt. Quis locorum ſtatus ſit ſcire non poſſumus, niſi ex rationibus Præfectorum; ideoque diem Jovis poſt Feſtum S. Calliſti vobis præſtituimus, qua mandatum acceptum plenius exequamur.* (hæc dies Jovis erat decima quinta Octobris.) Præterea in illa Epiſtola Thomæ Curatores dicebant: *Rex Archiepiſcopo Eboracenſi, Epiſcopis Londinenſi, & Sareſberienſi, ac quatuor ſexve viris omnium Eccleſiarum vacantium præcepit, ut juxta conſilium trium illorum Præſulum Epiſco-*

Sæcul. XII. A.C. 1170.

Episcopos eligant, & ordinandos, læso Ecclesiæ tuæ jure, ad Papam mittant. In fine Curatores Thomam instantissime rogant, ne prius in Angliam transvehatur, quam pax cum Rege solidius firmaretur. Hanc Epistolam Thomas ad Papam misit, ampliorem potestatem ad compellendum Regem Angliæ petens.

Scripsit quoque Archiepiscopus Regi Angliæ, conquerens, quod facta promissis & mandatis filio suo adolescenti datis, contraria essent. *Restitutio*, inquit, *dilata est in diem decimum Rudolphi* * *causa, qui interim in Bona Ecclesiæ debachatur, & commeatus nostros etiam nunc in arcem DE SALTIZDE palam congerit. Is multis audientibus jactavit, me de pace vestra non diu lætaturum esse, nec unum panem integrum in Anglia manducaturum, priusquam mihi vitam auferat. Sed, Serenissime Domine! ego Rudolpho isti consciisque ejus lubens & impavidus hoc caput objiciam, ne Ecclesia Cantuariensis mea quoque culpa periisse videatur. Animo constitueram, Domine, ad te ante abitum adhuc semel invisere, sed me miserum ad miseram Ecclesiam necessitas trahit, fortasse perituram, nisi bonitas tua celerius mihi & solatium & auxilium præstet. Sive vero vivam, sive moriar, tuus sum & ero semper in Domino, Deumque precor, ut tibi*

5. *ep.* 54.

* Ranulphi.

Ultima S. Thomæ ad Regem Epistola.

Sæcul. XII. A C. 1170.

bi & liberis tuis benefaciat. Hæc ultima, saltem quæ ad nos pervenit, S. Præsulis ad Regem Dominum suum Epistola fuit.

vid. ep. 54. 73 Ceterum in Angliam præmisit Joannem Saresberiensem, qui decima quinta Novembris appulit. Advenienti nunciatum, quod ante triduum Bona Archiepiscopatus iterum fuissent occupata, eorum præfectura Thomæ Curatoribus ablata, & mandata edita, ut omnes portus custodirentur, ne quisquam de Archiepiscopi familiaribus ex Anglia solvere posset. Præterea Regis Præfecti subditis suis imperaverant; nihil Archiepiscopo suisque redeuntibus traderent, nisi domos vacuas, pæne collapsas, & destructa horrea. Regis autem nomine census, qui usque ad Festum S. Martini exigendi fuissent, jam tunc collegerant, quamvis pax ad Festum S. Magdalenæ rediisset.

Interim etiam Archiepiscopus Eboracensis, Episcopus Londinensis, aliique Thomæ inimici, missis ad Regem nunciis, rogaverant, ne eum in Angliam redire pateretur, nisi Legationem Sacræ Sedis abjeciisset, omnes Epistolas a Papa impetratas Regi reddidisset, & Jura Regni se inviolate servaturum promisisset. Ita enim Thomam ad approbandas illas memoratissimas consuetudines adigere molie-

moliebantur; dicebant enim, nisi hæ conditiones apponerentur, Thomæ reditum Regi summe noxium fore. Sex viros etiam ex qualibet Ecclesia vacante advocaverant, qui, acceptis a Capitulo suo mandatis & potestate, nomine omnium Episcopum eligendi, tales sufficerent, qui Regi addictissimi essent; sicque si adversaretur huic molimini Thomas, Regem denuo offenderet. Sæcul. XII. A.C.1170.

Archiepiscopus jubente Rege Rotomagum venerat, sperans, quod sibi promissum fuerat, se ibi inventurum, quo debita sua solveret, sicque honeste in Angliam remitteretur. Sed ecce adest Joannes Oxonienſis, afferens Regis Epistolam, in qua rogabat, ut inunctatus in Angliam trajiceret, & viæ comitem hunc ipsum Joannem dabat. Obediit Thomas; ac in itinere certior fit de pessimis consiliis inimicorum suorum, qui ad adversum maris litus processerant, ibidem opportunum navigationi ventum, sicut Archiepiscopus in Francia, expectantes. Erant vero inimici isti *vit.* 3. *c.* 3. Archiepiscopus Eboracensis, Episcopi Londinensis & Saresberiensis, quibus, ne deesset armatorum violentia, juncti erant Gervasius Vicecomes Cantii, Rudolphus *de Broc* & Renaldus *de Warenne*, qui palam minabantur, se Archiepiscopo, si in Anglicanum litus applicare præsu-

Sæcul. XII. A.C. 1170.

præsumeret, caput amputaturos. Quibusdam amicorum Thomam monentibus ne trajectum tentaret, antequam concordia firmiore fulcro stabilita fuisset, respondit: *Est mihi in conspectu Anglia, in quam Deo adjuvante pedem inferam, etsi certissime sciam, quod in hac terra Martyrium me maneat.* Pridie quam navem conscenderet, præmisit Papæ Epistolas, quæ sententiam suspensionis contra Archiepiscopum Eboracensem & Episcopum Dunelmensem continebant, aliasque literas, quæ Episcopos Londinensem & Saresberiensem iterum excommunicationis censura innodatos declarabant, ac omnes Episcopos, qui consecrationi juvenis Regis interfuerant, suspendebant. Hæ Epistolæ Præsulibus redditæ sunt in portu Dubrisiensi, quem Thomam petiturum esse conjiciebant.

§. XXVIII.

Thomas in Anglia.

vit. 3. c. 4. Gervas. Doreb.

Ubi aura favere cœpit, Thomas Witsandi mari se credidit, noctu post secundam diem Adventus, nempe post diem Lunæ, Festum S. Andreæ, ultimam Novembris, anno salutis millesimo centesimo septuagesimo, exilii sui septimo, & in portum Sanduwicensem, ut hostes se Dubri præstolantes eluderet, feliciter appulit. Navis, qua vehebatur, spectabilis

bilis erat erecta Cruce Archiepiscopali; cumque in conspectu adversæ terræ fuit, magna pauperum multitudo, quæ S. Præsuli obviam processerat, exclamavit: *Benedictus qui venit in nomine Domini, pater orpbanorum & viduarum Judex.* Alii commiseratione, alii lætitia moti plorabant. Alii prosternebantur in terram, alii succincti progrediebantur de navi descendentem excepturi, & primi omnium Benedictionem Archiepiscopalem impetraturi. At viri nobiles, qui Thomam Dubrim appulsurum putaverant, nunciato ejus adventu, Sanduwicum celeriter deferuntur. Sæcul. XII. A.C.1170.

Irrumpunt armati in navigium, quod Archiepiscopum advexerat, quasi vim illaturi. Verum Joannes Oxonienſis timens ne facinoris dedecus in Regem caderet, & ipse Archiepiscopum prodidisse diceretur, obstitit armatis & nomine Regis prohibuit, ne Thomam vel socios læderent, sed ponerent arma. Ipsi juramentum fidelitatis ab Exteris, qui cum Thoma advenerant, exegerunt, ut sic se Regi & Regno obligarent. Porro nulli aderant exteri, nisi Simon Archidiaconus Senonensis, qui facile ad jusjurandum edendum permoveri potuisset. Sed id Thomas non permisit, veritus, ne hujusmodi juramentum contra Clerum Anglicanum in exemplum traheretur, dixit-

Sæcul. XII. A.C. 1170.

dixitque, rem contra honestos mores & Jus Gentium pugnare, Advenas & Hospites ad hujusmodi juramentum compellere. Notaverat vero Archiepiscopus populum, ob reditum suum lætissimum, cum armis accurrisse, ita ut Præfecti Regis numero inferiores, si viribus esset agendum, sperare non possent victoriam.

vit. 3. c. 4.

Illi vix obiter salutato Archiepiscopo indignantes interrogant, cur Angliam repetens, quo pacem reducere debuisset, Regis Episcopos excommunicasset & suspendisset, addentes, hac re, ubi eam comperisset, Regem gravissime offensum iri. Præsul leniter respondit; se id impetrata Regis licentia fecisse, ne injuria, qua ipse & Ecclesia sua in unctione juvenis Regis affecta fuisset, inulta abiret, & malum posteris noceret exemplum. Audito Regis nomine Præfecti modestius loqui cœperunt; petebant tamen instantissime, ut Episcopos absolveret. Cumque Archiepiscopus dixisset, se de hoc negotio Cantuariæ, quo altera die se perventurum speraret, deliberaturum, Præfecti recesserunt.

Sequente die, quæ erat Martis, prima Decembris, Thomas Sanduwico excedens Cantuariam petiturus, non plus sex milliariis distantem, vix illa die tantillum itineris conficere potuit, quod a populo

populo confluente & maxime a pauperibus undique circumfusis impediretur. Parochi quoque cum omnibus Fidelibus suis occurrebant. Cantuariæ a monachis honorifice, ut decebat, pulsatis campanis & organis inter cantus lætitiæ exceptus cunctis osculum pacis præbuit, cum prius prudentissime & caute illos, qui cum excommunicatis communicaverant, ab hac censura absolvi jussisset. Sæcul. XII. A. C. 1170.

§. XXIX.

Thomas excommunicatos absolvere recusat.

Postera die adsunt Regis Præfecti responsum audituri. Cum iis venerant Clerici trium Præsulum excommunicatorum, petentes ut Domini sui absolverentur. Respondit Thomas, non esse sibi potestatem Censuras a Papa injunctas tollendi. Nihilominus cum vehementer urgerent, & Regis iram comminarentur, addidit; si Episcopi Londinensis & Saresberiensis juxta formam ab Ecclesia præscriptam jurarent, quod mandatis Papæ obedientiam præstare vellent, facturum se pro pace Ecclesiæ, ob reverentiam Regis & ex consilio aliorum Episcoporum, quidquid in suis esset viribus, & tres Præsules secundum Humanitatis & Caritatis leges habitu- *vit. c. 6. ep.* 64. 73.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

rum, nec etiam de clementia Summi Pontificis ullum dubitandi locum esse. Jamque duobus Episcopis placebat conditio, & ad recipiendam Absolutionem venturi fuissent, nisi faniora cogitantes Archiepiscopus Eboracensis ab ista mente removisset. *Sunt mihi adhuc,* inquiebat, *librarum argenti octo millia parata, quæ ad arrogantiam Thomæ contumaciamque frangendam lubenter impendam. Nolite victas manus dare vecordes; quin potius Regem adeamus, fidissimum huc usque præsidium nostrum. Si ipso relicto ad factionem Adversarii deficiant (nunquam enim futurum, ut sincere reconcilientur) ut transfugas habebit, & ex vestris ditionibus expellet. Quis exinde vos contra vim Principis tuebitur? qua in terra panem, qua vitam sustentetis, mendicabitis? itaque si sapitis, Regi servietis. Nullum amplius est malum, quod a Thoma venturum pertimescatis, quantum potuit, intulit.*

vit. c. 7.

Cum isto sermone Eboracensis duobus Episcopis, quod optabat, persuasisset, simul omnes iter ingrediuntur, Regem in Normannia degentem compellaturi. Eodem tempore ad Regem filium, Londini commorantem, Geofridum *Ridel*, & aliquot alios mittunt, qui adolescenti suggererent, Thomam animo constituisse, ipsum a Regno deponere. Quamvis nihil

hil magis ab Archiepiscopi mente alienum esset, ut ipse Præsul affirmat, in Epistola ad Papam data, in qua adjuncta reditus sui in Angliam refert, & ad Alexandrum Pontificem postrema est. Sæcul. XII. A.C. 1170. ep. 73.

Paucis, ex quo Cantuariam advenisset, diebus consumtis, Thomas Londinum misit Richardum Priorem S. Martini Dubri, postmodum successorem suum, qui Juvenem Regem adventus sui certiorem faceret, & excusaret, quod Præsules suspendere coactus fuisset. Hunc vero Nuncium nullo benevolentiæ signo excepit adolescens Regius, cujus in Regno Ministri a voluntate solius Regis Patris pendebant. Nihilominus Thomas post aliquot dies viæ se dedit, juvenem Regem, olim discipulum suum, invisurus, tumque Provinciam suam tanto tempore Pastore destitutam lustraturus. Civitati Londinensi imminentem incolæ omnes maximam profitentes lætitiam excipiunt. Sed ecce! duo Equites occurrunt, qui Regis nomine Præsuli prohibent, ne ultra progrederetur, sed ad suam rediret Ecclesiam. Inde Inimicorum ejus crevit audacia, & Robertus *de Broc* Rudolphi frater, in contumeliam Archiepiscopi, caudam equi, partem supellectilis culinariæ vehentis, amputavit. In Festo Nativitatis Domini Archiepiscopus, conscensa Cathedra, oratio- *vit. 3. c. 9.*

Sæcul. XII. A.C. 1170

nem habuit ad populum, atque in epilogo mortis suæ diem proxime instare, omnibus ejulantibus, ipse lacrymas non satis tenens præsagiit. Mox vero indignans, vehementer invectus est in Ecclesiæ inimicos ac speciatim in complures Regis Patris Aulicos, quos excommunicavit; nominatim autem duos fratres Rudolphum & Robertum *de Broc* fulmine Ecclesiastico percussit. Missa celebrata, convivium, ut solebat in Festis præcipuis, hilariter exhibuit, & quamvis Natalis Domini hoc anno in diem Veneris incideret, carnes cum aliis assidentibus manducavit. Hic antiquitatem dispensationis in abstinentia in Nativitate Christi Domini perspicimus.

c. 10.

§. XXX.

In Thomæ necem conjuratur.

vit. c. 8. Inter hæc cum Archiepiscopus Eboracensis & duo Episcopi paucis ante Festa Natalitia Domini diebus in Normanniam pervenissent, ad Regis genua accidentes, ejusque justitiam obtestantes, acriter conquesti sunt, quod Thomas pace a Rege sibi concessa abuteretur, & in ipso adventu suo Censuris contra ipsos promulgatis Regnum turbasset. Quibus Rex: *Si omnes illi, qui de coronando filio meo consenserunt, excommunicati*

nicati sunt, per vultum Dei! ego omnium primus excommunicationi subjaceo. Atque hæc elocutus ingentem iram concepit. Ceterum hoc maxime vitio laborabat Henricus. Quippe aliquando in virum nobilem, qui causæ Regis Scotiæ favere videbatur, commotus, proditorem appellavit, aliisque convitiis in eum jactis, sibi ipsi galerum, quo caput tegere solebat, detraxit, cingulum solvit, pallium, vestimenta procul abjecit, & revolutis lecti stragulis eidem insidens, stramen dentibus macerare cœpit. Alia die cuidam ephebo, invisas sibi literas reddenti, oculos suis unguibus eruere aggressus, faciem adolescentis fœde cruentavit. Petrus vero Blesensis, qui alias Regis virtutes admiratur, dicit, quod iræ motu abreptus furore leonem superaverit. Ergo illa die Rex trium Præsulum querelis contra Thomam incitatus, diris devovere cœpit omnes clientes, a se nutritos & beneficiis cumulatos, quod nullus se vindicaret a tyrannide unius Sacerdotis, qui regnum suum confunderet, seque ipsum Regia Dignitate exuere niteretur, multaque alia in illo animi tumultu Archiepiscopo exprobravit. Tunc vero quatuor viri equestris ordinis, Henrico Regi a cubiculis, rati nunquam se majore obsequio Dominum suum devincturos, quam si Archiepisco-

Sæcul. XII. A. C. 1170.

1. *ep.* 45. *Petr. ep.* 66.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

pum interficerent, facinus peragere animo constituerunt. Erant vero hi Equites Renaldus Ursi filius, Hugo de *Moreville*, Guilielmus de Traci, & Richardus Brito, qui in ipsa nocte Nativitatis Domini conspirantes jurejurando ad cædendum Archiepiscopum se obstrinxerunt, ac in Festo clam e Regia discesserunt. Itinere celeriter confecto, cum ventus etiam faveret, die Lunæ in Festo Innocentium in Angliam appulsi ad Castrum *Saltizde*, quod Rudolphus *de Broc* sex milliaribus a Cantuaria remotum custodiebat, diverterunt. Nocte deliberando, qua ratione potissimum destinata exequerentur, consumta, ubi illuxit, nempe die Martis, vigesima nona Decembris, coacto agrestium agmine, Cantuariam veniunt, in Monasterium S. Augustini se conferunt & cum Clarembaldo, electo illius loci Abbate, hoste Archiepiscopi manifesto, consultant.

Gervas. 1170 vit. c. 12.

§. XXXI.

Adventus Latronum.

c. 13. Inde conjurati ad Domum Archiepiscopalem digrediuntur, ubi Præsulem jam pransum, & cum Clericis, Monachisque suis de quodam negotio colloquentem habuerunt. Intrant triclinium, & nemini salutem dicentes in pavimento ad ejus pedes consident. Post breve silentium,

tium, nomine omnium dixit Renaldus: *Venimus a Rege missi, ejusdem mandata afferentes. Quæro, an ea secreto vel publice audire velis.* Et respondente Archiepiscopo, *istud mihi perinde est, facite quod jussi estis, ut videbitur;* Renaldus: *Ergo secreto ac tibi soli dicemus.* Archiepiscopus cunctos, qui circumstabant, exire jubet. Ostiarius tamen omnibus egressis redeuntem in claustra januam manu sustinuit, ut qui foris starent, quid intus ageretur, conspicere possent. Postquam deinde Equites, quod volebant, exposuissent, respondit Præsul; petere se, ut hæc a pluribus audirentur, præcepitque Clericos & monachos non autem Laicos revocari. Quibus admissis, Renaldus: *Regis nomine, imperamus tibi; Regem filium ejus adi, & redde quod debes.* Respondit Archiepiscopus: *Puto, id a me factum esse.* *Minime gentium*, ait Renaldus, *quia ejus Episcopos suspendisti; unde credimus, quod coronam capiti ejus detrahere cupias.* Archiepiscopus: *Quin contra quam dicis, cuperem ei plures coronas imponere. Episcopos vero non ego sed Papa suspendit.* Renaldus: *Tu suspendisti, quia te instigante suspensi sunt.* Thomas: *Fateor, gratum mihi fieri, cum Papa Ecclesiæ meæ injurias ulciscitur.* Tum de damno sibi illato & contume-

Sæcul. XII. A.C. 1170.

c. 14.

Sæcul. XII. A. C. 1170.

liis, ſtatuta jam pace, conqueſtus adjecit, converſus ad Renaldum, *te & plus quam ducentis Equitibus præſentibus, conſenſit Rex, ut perturbatores Eccleſiæ per Cenſuras ad ſatisfaciendum compellerem; & ego quidem officium Paſtoris nunquam abjiciam.* His auditis ſurgunt Equites clamantes: *Ecce, adhuc minatur.* Et, monachos intuiti, *ex Regis mandato*, inquiunt, *cuſtodite iſtum. De veſtris cervicibus agitur, ſi effugerit.* Ipſi illico exeunt, quos usque ad fores atrii officioſe proſecutus Thomas dixit: *Scitote, me neutiquam rediiſſe, ut iterum fugerem, nec me minarum veſtrarum ſtrepitu turbari.* Cui illi: *Ultra minas etiam aliud ſenties.*

§. XXXII.

Martyrium S. Thomæ Cantuarienſis.

c. 15. Tum ex Palatio Archiepiſcopali egreſſi, amicula & togas projiciunt; unde apparuit, eſſe loricatos. Tota conjuratorum cohors armatur, multique præter gladios, etiam arcus, ſagittas, & ſecures habebant, ac non nullas, quibus

c. 16. 17. portæ arietantur, machinas. Interim Thomas in ſua cella tranquillus perſiſtebat, vixque a monentibus eo adduci potuit, ut ſaltem ad Eccleſiam, Veſperis inter-

interfuturus, procederet. Vix autem Ecclesiam intravit, cum etiam quatuor Equites, per monachorum claustrum ingressi, adveniunt. Exclamavitque Renaldus: *Ubi est ille patriæ proditor?* Cumque nemo responderet, addidit: *Ubi est Archiepiscopus?* Ad hanc vocem Thomas per gradus, quos ascenderat, descendens, ait: *Ecce adsum.* Adjecitque: *Renalde! Renalde! ego multa tibi beneficia contuli; tu vero armatus in Ecclesia me invadis?* Renaldus Pallio Archiepiscopali ex Præsulis humeris detracto, *actutum faciam*, inquit, *ut scias. Exi ex Ecclesia, hoc momento tibi moriendum est.* Tum Thomas rapto ex latronis manibus Pallio ait: *Non exibo. Sed si mihi insidias paratis, in nomine Dei Omnipotentis probibeo, & Anathema dico, ne cuiquam meorum noceatis.* Sæcul. XII. A.C 1170. c. 18.

Renaldus paululum retrocedens, oculis socios quæsivit, quos cum præsto esse vidit, stricto gladio in Archiepiscopi caput ingentem ictum intorquet; sed eum quidam Clericus, Eduardus *Grim* nomine, objecta dextera, excepit, quæ tantum non tota a corpore avulsa, nec tamen penitus ferrum a Præsulis corpore removeri potuit, nam dejecta Mytra frontem vulneravit. Tunc Renaldus exclamare: *Ferite, percutite socii,* &

Sæcul. XII. A. C. 1170. Thomas inclinato ad orandum capite dixit: *Animam meam & causam Ecclesiæ Deo, sanctæ Virgini, sanctis hujus Ecclesiæ Patronis & S. Dionysio Martyri commendo.* Hæc ultima fuere Præsulis verba; mox enim ante aram genu flectens, junctis & erectis manibus, levatis in cœlum oculis, expectavit plagam alteram, quæ, usque ad cerebrum penetrans, S. Virum pronum quasi oraturum prostravit in terram. Plaga tertia sinciput abstulit, quod in faciem jacentis recidit, & tandem aliquis, nomine Hugo *Mauclere*, ensis sui mucrone hiantem verticem perfodiens, cerebrum in pavimentum sparsit, exclamans: *Funus est, abeamus hinc.* Isto mortis genere extinctus est Thomas, Archiepiscopus Cantuariensis, anno ætatis quinquagesimo tertio, Feria III. vigesima nona Decembris, anno millesimo centesimo septuagesimo, circa horam quintam Vespertinam.

Ceterum Vir Sanctus omnia vulnera tacitus, nec manum, nec pedem movens, sustinuit (*).

Dum

(*) De anno, quo S. Thomas Martyrium subiit, in Eminentissimo Cardinale Annorum Ecclesiasticorum Parente sequentia leguntur: *Apud non nullos invenire est, positum Martyrium*

Dum Præsul in Ecclesia trucidatur, alii Palatium Archiepiscopale diripiunt. Portæ & seræ infringuntur, abstrahuntur equi, vapulant famuli, arcæ aperiuntur, Sæcul. XII. A.C. 1170. c. 19.

rium ejus anno sequenti, nempe millesimo centesimo septuagesimo primo, sicut in Epitaphio quod recitatur a Rogerio in Annalibus Angliæ & a Roberto de Monte versibus istis:

Annus millenus centenus septuagenus
Primus erat, Primas quo ruit ense Thomas.
Quinta dies Natalis erat, Flos Orbis ab Orbe
Pellitur & fructus incipit esse Poli.

Sed quod passus ponatur ab Anglis anno septuagesimo primo post millenum centenum, inde accidit, quod a Natalis Domini die incipiunt exordium anni.

Ceterum lectu omnino dignum est Apologeticum de vera causa Martyrii Cantuariensis Archiepiscopi, in Operibus Thomæ Stapletoni Angli, Doctoris Theologiæ Lovanienſis, contra Hæreticos Anglos, qui in quibusdam suis Calendariis ad diem S. Thomæ Cantuariensis ponunt, *Becquet proditor*, ac virum Sanctum calumniantur, quem Patres ipsorum per tot Sæcula coluerunt. Idem Stapletonus necem S. Viri ad annum septuagesimum Sæculi XII. refert in hoc Districho:

Centum & mille hyemes, septem quoque lustra dabantur,
Anglorum Thomas, cum cadit ense, Decus.

Sæcul. XII. A.C. 1170.

tur, & prædones inter se pecuniam, vestes, supellectilem dividunt. Quinetiam ex Tabulario Ecclesiæ Cantuariensis chartas furantur, dantque Rudolpho *de Broc*, quas ad Regem in Normanniam deferret, ut ea, quæ Regiæ potestati adversa viderentur, deleret.

c. 21. Præsulis cæde per urbem Cantuariam vulgata omnes consternantur. At opulenti perterriti domi suæ se continent, soli pauperes ad Ecclesiam accurrunt, communem Patrem lugentes. Manus pedesque osculantur, effusum cruorem colligunt, eoque oculos liniunt, ac vestium suarum partes imbuunt. Reliquum sanguinis solicite e pavimento corrasum & in vase purissimo repositum, ad Ecclesiæ decus & præsidium, conservatur. Monachi, S. Præsulis corpore in feretro ante Altare collocato, noctem illam inter preces fletibus mixtas consumserunt. c. 22. At ubi illuxit, cum non nulli nunciarent, extra urbem validum conspici armatorum agmen, brevique adfuturos, qui S. Viri corpus auferrent, caudis equorum alligatum per civitatem raptarent, patibulo affigerent, aut frustatim concisum in volutabrum projicerent, monachi trepidantes illud celerrime sepelire statuunt. Clausis ergo Ecclesiæ januis corpus in Oratorium subterraneum deportant, cumque vestes defun-

defuncti excutiunt, vident, quod sub habitu monastico rigidum cilicium, quin etiam, rem sine exemplo! femoralia ex eodem opere rigentia gessisset. Ad pœnitentiæ spectaculum monachi lacrymarum torrentes fundebant; nam hucusque tanta vitæ austeritas cunctos latuerat. Ergo vestimenta Sacerdotalia superinducunt, & in sepulchro marmoreo novo, quod in illo Oratorio erat, Præsulem suum deponunt. Tunc januæ omnes diligentissime obseratæ, Ecclesia integro pæne anno Interdicto subjacuit, velatæ sunt Cruces, nudata Altaria, quod in Paraseeve fieri solet, & Monachi in suo Capitulo Officium Divinum sine cantu recitarunt. Sæcul. XII. A.C. 1170.

§. XXXIII.

Regis Angliæ mœror.

Ubi Rex Angliæ comperit, Thomam a latronibus jugulatum, paucis exinde diebus elapsis, quosdam ex Clericis suis Cantuariam misit, qui Monachis ad Ecclesiam Cathedralem convocatis dixerunt: *Funestus exitus Archiepiscopi vestri usque adeo Regem afflixit, ut per triduum Ecclesiæ aditum sibi ipsi probibuerit, & nibil cibi nisi lac amygdalinum sumserit. Nullum solatii genus admisit, sed totidem diebus latuit incluſus; haud ignarus enim est, quantum famæ suæ* *Gest. post Mart. c. 1.*

Sæcul. XII. A.C. 1171.

suæ immane suorum facinus noceat, omnesque promptissime credituros, Regem perniciem viri exoptasse, de quo sæpissime conquestus esset, quod solus suæ voluntati obsisteret. Parricidium est execrandum & inauditum; At mores, quos piissimus Rex hucusque exhibuit, satis demonstrant, tanti criminis conscium non fuisse. Illud solum Regiam conscientiam aliquatenus angit, quod, cum illo tempore, quo, revocata pace, discordiæ facem credebat extinctam, ad ejus notitiam pervenisset, omnes illos, qui Unctioni filii sui interfuissent, excommunicationis censura fuisse punitos, coram amicorum fidissimis dolorem non presserit. Horum vero quatuor commiseratione carissimi Regis, acerbissime dolentis, incitati, eoque magis, quo majoribus beneficiis Archiepiscopum a Principe suo donatum non ignorabant, clam aula relicta, scelus ausi sunt, rati se Regi gratum facturos. Quos ubi discessisse patuit, Rex optime gnarus, his ipsis nullos in regno suo promptiores & flagitiosiores invenire esse, celerrime misit cursores, qui malum prohiberent, & temerarios ab incepto retraherent; sed, heu! jam mare trajecerant, & peregerunt facinus illa die, qua Rex redire compulsos in Regia conspicere sperabat. Hæc ad vos, Fratres, referre jussi sumus. Discutite falsam de Rege suspicionem;

Deum

Deum orate, ut ei ignoscat, quod in illo animi tumultu vocem non tenuerit, sed verba exciderint, quæ horrendæ cædis occasio extiterunt. Occisi corpus honorifice sepelite, nam Regis ira in mortuum non durat. Huc usque Legati Regis Angliæ. Sæcul. XII. A.C.1171. 5. *ep.* 78. 80. 81.

§. XXXIV.

Legati ad Papam missi.

Inter hæc duo viri, scientiarum Doctores, Alexander *le Gallois* & Guntarius *Flamen*, qui morienti Thomæ adstiterant, triste nuncium ad Papam detulerunt, ferentes etiam complures literas commendatitias, a Rege Franciæ, a Theobaldo Comite Blesensi, & Guilielmo Archiepiscopo Senonensi sibi commissas; hi enim omnes a Papa petebant, ut in cædis reos eo rigore animadverteret, quem Justitia exigebat, S. Præsulem Martyrem appellabant, tumulumque ejus miraculis claresceré affirmabant. Rex Angliæ quoque Nuncios Romam misit, & Arnoldus Episcopus Lexovienſis, vir eloquentiæ laude eximius, Regi Angliæ subjectus, ejusdem causam data Epistola defendit, in qua Regem tantam doloris vim sentientem exhibet, ut multis de vita periclitari videretur. Tum rogat Papam; reos pro enormitate flagitii puniat, Regis autem innocentiæ parcat. *ep.* 79.

Hæc

Sæcul. XII. A.C. 1171

Hæc Epistola omnium Angliæ Episcoporum nomine data erat (*).

Dum Archiepiscopus gladio impiorum occumbit, Joannes Cuminus in Curia Romana versabatur, quo missus fuerat,

5. ep. 84.

(*) Exinde studiosus Lector varietatem Disciplinæ & morum in Ecclesia Catholica observabit. Hodie enim tam horrenda parricidia non leguntur; si autem perpetrantur, nihil antiquius habent Reges, quam reos vi militari compescere, & capitis supplicio tollere, id est, non Petri, sed Cæsaris gladio uti. Certe longe efficacius remedium, & omnibus latronibus terribilius adhibuisset Rex Angliæ, si quatuor illos Equites, Archiepiscopi Cantuarienſis interfectores, vel in suo vel etiam in alieno regno (nam hujusmodi obsequia, ubi de publicis grassatoribus coercendis agitur, nullus Regum alteri denegat) comprehendi jussisset, atque in foro civitatis Cantuarienſis rota fractos furcæ affixisset. Quod si fecisset, inquam, Rex Angliæ Henricus II. multo clarius omnem consensus suspicionem tam ante quam post perfectam sævitiam diluisset, nullumque dubium reliquisset posteris, an non forte, cum ad ipsum relatum est, Archiepiscopum peremptum, ut Martyrem honorari & fulgere miraculis, illud cogitaverit, quod Caracalla Romanorum Imperator & Tyrannus, Geta, germano fratre, in matris brachiis a se jugulato, cum ei divinos honores decerneret, dixisse fertur: *Sit Divus, dummodo non vivus!*

fuerat, absolutionem Episcopis excommunicatis impetraturus; qui, postquam diu Romanorum animos solicitasset, & quingentas argenti marcas daturum se promisisset, cum Clericis Archiepiscopi Eboracensis & Legato Episcopi Dunelmensis in conspectum Papæ admissus, ut conjicere est, quod petebat, obtinuisset, nisi interim nuncium de nece Archiepiscopi Cantuarienſis allatum fuisset. Quod Pontificis Alexandri animum usque adeo perturbavit, ut prope integro octiduo cuiquam suorum colloqui non sustinuerit. Id solum diserte prohibens, ne ulli Anglorum ad se aditus pateret; unde omnia negotia ad hoc Regnum pertinentia in aliud tempus dilata. Nempe sibi ipsi objiciebat Papa, se tepide defendisse Ecclesiæ causam, pro qua Thomas per sexennium tam acerba tulisset, & tandem hunc Præsulem latronum suorum manibus tradidisse. Sæcul. XII. A. C. 1171.

Illi vero quos Rex Angliæ miserat, ut se peractæ cædis insontem probarent, erant Episcopi Vigornienſis & Ebroicenſis, Abbas *de Vallace*, Archidiaconus Saresberienſis, aliique viri quinquaginta, quos inter Templariorum Equitum aliquis recensetur. Hi ubi Senas diverterunt, a Comite Macario subsistere coacti sunt; quare vehementer pertimescebant, ne ad Pontificem mature satis per- 5. *ep.* 83.

Sæcul. XII. A. C. 1171.

venire non posſent, nempe antequam in Regem Angliæ excommunicationis ſententiam pronunciaſſet, ejusque Regnum ſubjeciſſet Interdicto. Iſtud enim Henricus maxime horrebat, quia illa ætate Cenſuræ Eccleſiaſticæ etiam ſæcularem Principum poteſtatem labefactabant.

Porro Eccleſiæ Romanæ mos erat, excommunicationis ſententiam in Cœna Domini promulgare, quæ tunc dies haud procul aberat. Itaque Legati poſtquam in illis anguſtiis, quid ſibi faciendum eſſet, deliberaſſent, communi conſilio ſtatuunt, ex tota ipſorum frequentia quatuor Romam eſſe præmittendos, qui ſpreto omni periculo formidandam illam diem ſua induſtria anteverterent.

Ergo quatuor deliguntur, Abbas paulo ante memoratus, Archidiaconi Saresberienſis & Lexovienſis, ac quidam Doctor, cui nomen Henricus. Hi media nocte tenebrarum beneficio uſi ex civitate Senonenſi aufugiunt, & poſtquam vias omnibus antea intentatas & præruptos montes non ſine vitæ diſcrimine ſuperaſſent, Tuſculum, ubi Alexander Papa verſabatur, Sabbato ante Dominicam Palmarum, quæ hoc anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo in vigeſimam Martii incidebat, perveniunt. Vetuit autem Papa eos in conſpectum ſuum admitti, & plerique Cardinalium vix ad

ſe

se divertentes oculo dignati sunt. Nihilominus opera amicorum, qui Regi Angliæ Romæ non deerant, effecerunt, ut saltem Abbati & Archidiacono Lexoviensi, tanquam ceteris minus suspectis ad colloquium Pontificis venire liceret. Verum cum nomine Regis Angliæ Papam salutarent, Romani exclamare: *Silete! silete!* quasi Papa audito tyranni nomine exhorreret. Sub noctem deinde privatim ad Pontificem introducti, sibi a Rege commissa expromserunt. Recensebant, quantis beneficiis Rex Archiepiscopum defunctum cumulasset, & quot injurias contra passus esset. Quod postea iterum omnibus Cardinalibus & duobus Legatis Alexandro & Guntario, qui Pontificem urgebant, ut necem Archiepiscopi vindicaret, præsentibus affirmarunt. Sæcul. XII. A. C. 1171.

Legati Regis, cum Cœna Domini immineret, & certissime scirent, diutissime fuisse deliberatum de Censuris in Regem suum & in Regnum ferendis, ad quosdam Cardinales se converterunt, quos Regi Domino suo faventes noverant, obtestantes, ut sibi aperirent, quid Summus Pontifex de Rege suo decrevisset. Illi nihil nisi sinistra præsagiebant. Quin fuerunt, qui Legatis referrent, illa die Papam decrevisse, ipsum Regem nominatim, omnesque ejus Di-

Sæcul. XII. A. C. 1171.

tiones Interdicto innodare. Itaque cum extrema neceſſitate colluctantes, a quibusdam Cardinalibus & Papæ Familiaribus efflagitant, ut ſaltem ſententia usque ad adventum duorum Epiſcoporum Vigornienſis & Ebroicenſis differretur, quod ubi impetrare non potuerunt, rem periculo plenam in ſe ſuſcipere ſtatuerunt, & per eosdem Cardinales, amicos ſuos, Papæ ſignificarunt; mandata accepimus a Rege, quibus te præſente jurare jubemur; ipſum præceptis tuis accurate obtemperaturum, atque eadem, quæ nos modo, ſe propria manu ſuper Evangelia poſita juraturum.

Latrones excommunicantur.

Tum in Cœna Domini, quæ hoc anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, vigeſima quinta Martii celebrabatur, circa horam nonam Canonicam Regis Legati & Epiſcoporum ad Conſiſtorium generale vocantur, ubi Regis Legati juramentum, quod promiſerant, edunt, Legati vero Archiepiſcopi Eboracenſis & Epiſcoporum Londinenſis ac Saresberienſis pariter jurant, Dominos ſuos, quidquid Papa juſſiſſet, eſſe executuros. Eadem die Papa generali Excommunicationis ſententia S. Thomæ latrones, & omnes illos, qui eos conſilio, ope, conſenſu adjuviſſent, qui eosdem in ſuis ditionibus latitare paterentur, aut quocunque modo defenderent, conſtrinxit.

Feſtis

Festis Paschalibus transactis adfuere Sæcul. XII.
Episcopi Vigornienſis & Ebroicenſis, qui A. C. 1171.
cum Romæ plus quam quindecim dies 5. ep. 84.
hæsissent, tandem vocati sunt, responsum Papæ audituri. Pontifex vero sententiam Interdicti, cui Archiepiscopus Senonenſis terras Ditionis Regis citra marinas subjecerat, & sententiam suspensionis ac excommunicationis contra Episcopos Angliæ confirmavit, adjecitque, missurum se ad Regem Legatos, qui ejus obedientiam experirentur. Postea multis precibus, quorumdam Cardinalium præsidio, & data non levi, ut ferebatur, pecunia obtinuerunt Legati, ut Papa Archiepiscopo Bituricenſi mandata perscriberet; si, uno menſe post Legatorum Regis in Normanniam reditum exacto, nullum accepisset nuncium, Legatos Pontificis Alpes superasse, Episcopos Londinenſem & Saresberienſem ab Excommunicatione absolveret, postquam ab eis juramentum, quod Papæ obedientiam præstare vellent, petiisset, ita tamen, ut tam ipsi quam alii adhuc Censuræ suspensionis subjacerent. Ita Legati Regis Angliæ Roma discesserunt, postquam ægerrime obtinere potuissent, ut Alexander Papa quidquam literarum ad Dominum suum daret.

Sæcul. XII. A.C. 1171.

§. XXXV.

Fulco Episcopus Estonienſis.

Sub idem tempus Fulco, Episcopus Estonienſis, ad Alexandrum Papam se contulit, literas accepturus, quibus in ſuo Miniſterio muniretur (*). Fulco quondam monachus *Monaſterii Cellæ* fuerat, in Diœceſi Trecenſi, ſub Regimine celeberrimi Abbatis Petri, quem ad S. Remigium Remos proficiſcentem ſecutus eſt; nam Petrus anno milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo illuc divertit. Exinde Esquilius Lundenſis Archiepiſcopus in Dania, & Sueciæ exprivilegio Hadriani IV. Primas, Fulconem MonachumEpiſcopum creavit Eſtoniæ*, Provinciæ in ſinu ultimo maris Baltici poſitæ, quam aliquis Rex Daniæ olim in poteſtatem Suecorum tranſire paſſus fuerat. Ergo Fulconi Romam proficiſcenti Petrus Abbas Epiſtolam commendatitiam ad Alexandrum Papam deferendam

Petr. Cell. 6. ep. 15.

* al. Eſtia.

Sup. Lib. LXIX. §. 50.

(*) In Actis Conciliorum Notulam adjecit Jacobus Sirmondus Soc. Jeſ. *Fulco Eſtonum Epiſcopus. De Fulcone dictum ſæpius in Notis ad Epiſtolas Petri Cellenſis. Eſtones populi Regno Sueciæ attributi. Auctor eſt enim Saxo Grammat. lib. 1. Frontonem Danorum Regem Erico Sueciæ Regi Eſtiam & Finniam annuo ſtipendiorum jure conceſſiſſe.*

dam tradidit, in qua hunc Præſulem, ut olim alumnum ſuum, laudat, & commemorat, quantis periculis, in hoc itinere tum ab æſtivis caloribus, tum a potentia Schismatici Imperatoris timendis, ſeſe exponat. Sæcul. XII. A.C. 1171. 5. *ep.* 19.

Ceterum Fulco a Papa complures deferendas accepit Epiſtolas, omnes Tuſculi a ſeptima Septembris usque ad decimam octavam datis, quod demonſtrare videtur, eas anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo ſcriptas. Nam ex aliis monumentis perſpicimus, Papam hoc anno ſub finem Martii, rursusque ſub finem Octobris Tuſculi verſatum fuiſſe. In quadam ex illis Epiſtola, ad omnes Fideles Daniæ directa, hortatur Papa, ut Fulconis Epiſcopi paupertati ſuccurrant, quo facilius Miniſterium ſuum implere valeat. In altera Epiſtola Alexander Papa Reges & Principes Daniæ, Norwegiæ & Gothiæ accendit, & ſuadet, ut populi Eſtoniæ ceterorumque Infidelium in illis regionibus degentium ferocitatem armis comprimant, concedens eis pro hoc Opere unius anni Indulgentiam, qualem Peregrini Sacrum Sepulchrum adeuntes lucrantur. In alia item Epiſtola Pontifex Archiepiſcopum Drontheimenſem in Norwegia, & ſeniorem Epiſcopum *de Staffenger* rogat, ut Fulconi jungant Nicolaum Mo- *ep. S. Thom.* 5. *ep.* 83. 85. *to.* 10. *Conc.* 1272. *ep.* 20. *ep.* 21. *ep.* 26.

Sæcul. XII. A.C. 1171. Monachum, in Estonia natum, qui eum in conversione illius provinciæ adjuvet.

ep. 19. & 22. Occurrunt præterea longæ Epistolæ duæ, Archiepiscopo Upsaliæ, Sueciæ Metropolitæ, ejusque Suffraganeis scriptæ, ad reprimendos complures abusus. Laici Ecclesias, cuicunque lubebat, Episcopis inconsultis concedebant, nempe quibus vel plus favebant, vel qui plus pecuniæ dederant. Unde variarum gentium Presbyteri, unde unde venissent, ad Ministerium Sacerdotale sine examine, sola Laicorum auctoritate, admittebantur; quin etiam non nunquam monachi fugitivi, sceleribus infames, aut ne quidem Ordine Presbyterorum initiati, recipiebantur. Præterea, qui nullum habebant Beneficium, aut pinguius ambiebant, facile, Principibus data pecunia corruptis, Presbyteros Canonice institutos expellebant. Clerici, etiam ob lites inter ipsos exortas, ad judicium subeundum coram Judicibus Laicis, sive Actores sive Rei essent, compellebantur, Sententia secundum Leges Sæculares ferebatur, Probationi per ferrum ignitum, aut duellandi necessitati subjiciebantur, denique verberabantur, & occidebantur impune.

Prostituti pudoris matres prolem suam ex vaga lascivia natam interimebant. Alii incestе conjungebantur, alii

ep. 22.

cum

cum jumentis abominanda se libidine commaculabant. Non nulli Presbyteri sicca fæce vini, aut micis panis vino intinctis in Missa utebantur. Quidam Matrimonium sine Benedictione Sacerdotali contrahebant, unde multa divortia aut conjunctiones illicitæ sequebantur. Hortatur Papa Sueciæ Episcopos, ut hos abusus tollant, & dicit, morum depravatorum causam principem esse ignorantiam, quæ major in regionibus procul a Religionis & Literarum fonte positis esse soleret. Hinc etiam in his duabus epistolis ad omnes quæstiones auctoritatem Scripturæ, Decretalium, & SS. Patrum apponit. Pontifex matribus, infantum suorum Interfectricibus, si baptizati fuerint, trium annorum, si non fuerint baptizati, quinque annorum pœnitentiam injungit, & præcipit, ut vel hujus criminis vel aliorum a se memoratorum, quæ omnes boni abominantur, rei ad iter Romam suscipiendum compellantur, sicque viarum labore aliquam pœnitentiæ partem impleant (*).

Sæcul. XII. A. C. 1171.

Abusus in Ecclesia Sueciæ.

(*) Non satis accurate hic sensus Epistolæ Alexandri Papæ redditur. Nam postquam præcepit, gravissimorum criminum reos Romam esse mittendos, sequentem paragraphum ita incipit: *Ad hæc qui dormiendo non voluntate, sed*

Sæcul. XII. A.C. 1171.

Hic initia atrociores casus Papæ reservandi deprehendimus.

In alia Epistola, ad Archiepiscopum Upsaliensem, ejus Suffraganeos, & Gunthermum Ducem data, dicit Pontifex, ad Apostolicam Sedem querelam fuisse perlatam, quod Fioniæ populi, imminente sibi inimicorum exercitu, Fidem servare Christianam promittant, & Prædicatores, qui se erudiant, ardenter petant, hoste autem recedente, Fidem abnegent & Prædicatores contemnant ac persequantur. Quare Papa hortatur Episcopos & Ducem, ne amplius Christianæ Religioni tam proterve illudi paterentur, munitiones Fionensium sibi tradi peterent, aut saltem adeo caute & solerter agerent, ut deinceps ab his populis falli non possent, sed illi Fidem semel susceptam servare cogerentur. ep. 25.

Post reditum ex Curia Romana Fulco Episcopus aliquamdiu Remis apud Petrum Abbatem, quem Henricus Archiepiscopus Romam proficiscens Vicarium suum Generalem constituerat, commoratus est, rogatus ab ipso, ut in Diœcesi Remensi Officia Episcopalia obiret. Nam

sed casu filios suos oppressisse inveniuntur, triennio, si iidem filii fuerint baptizati, si vero absque Sacro Baptismate decesserint, quinquennio Pœnitentiæ disciplinis subjaceant.

Nam viri præsentia Petrus delectabatur, quem si jam abiret, nunquam rediturum, sperabat. Ita de Fulcone Petrus Regi Sueciæ & Archiepiscopo scribens loquebatur, cumque eum dimisit, datis literis Esquilio Archiepiscopo Lundensi, qui FulconemEpiscopum ordinaverat, & suis facultatibus maxime iter facientem adjuverat, commendavit. Sæcul. XII. A.C.1171. *Petr. Cell.* 6. *ep.* 8. 15.

§. XXXVI.

Saladinus Ægypti Soldanus.

In Oriente Saladinus in Libris Historicorum nostrorum celebratissimus, eodem anno millesimo centesimo septuagesimo primo, in Ægypto rerum potiri cœpit. Is ex Gente *des Courdes*, illos montes tenente, qui Syriam a Persia dividunt, oriundus, & a suis *Salah-Eddin Jousef* dictus, cum patruo suo Siracu venerat stipendia meriturus sub Auspiciis Nuradini, Alepi Soldani, a quo cum *Aded*, Ægypti Califa, contra Francos auxiliares copias petiisset, ille & *Siracu* misit & ejus nepotem. Utriusque vero usque adeo in Ægypto potentia invaluit & auctoritas, ut, *Siracu* fatis functo, Califa Saladinum Vizirium suum, cujus in illa gente post Soldanum præcipuum munus est, creare compulsus fuerit. Tum, Aded Califa cum extremo morbo luctante, Saladinus non expectata ejus morte, *Hist. Salad. ms. Bibl. Orient. p.* 742. 788.

Sæcul. XII. A.C. 1171.

morte, ejusdem nomen in publicis precibus omitti & aliud nempe *Muſtadi* Caliſæ Abbaſidiadis, Bagdati imperantis, inſeri juſſit. Paulopoſt animam efflavit *Aded*, tantæ viciſſitudinis ignarus; atque in eo Genus Califarum *Fatimitarum* in Ægypto, anno Hegiræ quingenteſimo ſexageſimo quinto, Salutis reparatæ milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, extinctum eſt, poſtquam a Victoria *Moez* annis ducentis & octo in Solio ſediſſet. Saladinus, Soldani ſolum titulo aſſumto, inveſtituram a Califa Bagdatenſi ſolemni ritu accepit.

Sup. Lib. LVIII. §. 29.

Is Regnum auſpicatus nihil antiquius habuit, quam Chriſtianorum & Judæorum poteſtatem accidere. Annis abhinc ducentis & hi & illi ad recipienda vectigalia vel ad cuſtodiendos cenſus Reipublicæ adhibebantur, aut etiam Notarii vel Scribæ in ſupremo Conſilio, quod Muſulmanni *Divan* vocant, officiis fungi jubebantur, ac poſterioris generis munera eo magis Chriſtiani ambiebant, quo majorem ipſis auctoritatem conciliabant. Cum hujusmodi officio præfectis ad Vizirios, quin etiam non nunquam ad Soldanos aditus pateret, Chriſtiani hujusmodi præfectorum opera utebantur, ad obtinendos Epiſcopatus aliasve Dignitates Eccleſiaſticas, invitis Patriarchis, quos ſæpe etiam, ſi modo magnam vim auri

auri impenderent, e Sede ſua pellebant. Pariter etiam Patriarchæ clauſam ſibi ſciebant ad Juſtitiam viam, niſi pecunias immenſas darent, quas Ordinationibus Simoniacis aliisque modis, ab Eccleſia damnatis, ſibi cumulabant. Non nunquam etiam eveniebat, hos præpoſitos, ut criminum admiſſorum pœnam effugerent, fidem Chriſtianam negare, & deinde mala ingentia Fidelibus inferre. Inde, Judæi muneris ſibi commiſſi commoditate abutentes, flagitia Chriſtianis affingebant, ita ut Tribunalia in Ægypto ſemper ſimilibus jurgiis ſtreperent. Califæ vero & Vizirii, ad quos ſolos in Judicio condemnatorum ſpolia redibant, tam enormes abuſus omnibus viribus foverant, & quia facilius opes Chriſtianorum aut Judæorum multis annis congeſtas in ſuum ærarium derivabant, iis potius ad obeunda hæc munera publica utebantur, quam Muſulmannis, quos tanta vecordia lædere auſi non fuiſſent. Sæcul. XII. A.C 1171.

Saladinus, generoſo natus pectore, lege lata vetuit, ne deinceps Chriſtiani vel Judæi ad hæc munia obeunda idonei haberentur, & qui hactenus iis functi fuiſſent, ad illa dimittenda intra præſtitutum tempus cogerentur. Hæc conſtitutio plerisque duriſſima perſecutio viſa eſt, multique Chriſtiani maluerunt Religionem ſuam abjicere, quam officium, magni lucri fon-

Sæcul. XII. A. C. 1171.

Res Ægypti.

fontem, dimittere. Saladinus præterea Christianos in vestitu a Musulmannis discerni, eorum togam breviorem quam Musulmannorum esse, cingulo constringi, & capiti tegumentum alterius formæ imponere, jussit. Ceterum Christiani usum cinguli vehementer aversantes sæpe non exiguam pecuniæ molem, ut ab hoc dedecore liberarentur, dederant. Prohibuit etiam Saladinus, ne Christiani, per civitatem commigraturi, equos vel mulas conscenderent, ne vinum publice biberent, ne in Dominica Palmarum extra Ecclesiam procederent, ne voce valde elata Officium Divinum canerent, ne campanas pulsarent. Cruces de fastigiis omnium Ecclesiarum abstulit, & Ecclesias colore nigro imbui jussit, addito præcepto, ne quis earum parietes dealbare auderet.

Bibl. orient. p. 339.

Cingulo, quod Arabes Zonnar vocant, Christiani Judæique a Musulmannis distinguuntur. Primus qui eos ad utendum cingulo compulit, fuit Califa *Mutevaquel*, ex Abassididarum prosapia decimus, anno Hegiræ ducentesimo trigesimo quinto, Salutis nostræ octingentesimo quadragesimo nono; atque hæc consuetudo hodieque in Syria & Mesopotamia tenet, ubi Nestoriani & Jacobitæ cincti incedunt. Quare Christiani *a cingulo* appellantur, idque sibi exinde

exinde honori ducere cœperunt, putaruntque se ex Scriptura & Patribus satis demonstrasse, omnem Christianum teneri, cinctum esse, nec ullas preces sine hac Religionis nota peractas Deo placere. Inter ceteros Ritus Excommunicationis olim & ille erat, quod cingulum excommunicando publice dissecaretur. Sæcul. XII. A C. 1171.

§. XXXVII.

Rex Angliæ in Hibernia.

Ubi ad Regem Henricum relatum, statuisse Pontificem Legatos ad se mittere, in Angliam celeriter trajecit, jussitque omnes portus tam in Francia, quam in Anglia diligentissime custodiri, si quis literas, quodcunque Interdictum denunciantes afferret, comprehendi & in carcerem duci, omnes prorsus Clericos advenas excludi, nisi jurent, se nihil adversus Regem vel Regnum moliri. Ipse Portum Magnum * invectus, die tertia Augusti validum contraxit exercitum, in Hiberniam navigaturus, quo vocabatur, ut supremus Insulæ Dominator salutaretur. Præterea securiorem se ibi quam in Anglia de Interdicto, quod pertimescebat, futurum sperabat. In itinere ad Henricum Episcopum Wintonienſem supremo morbo laborantem invisit, cui venerabilis Præsul necem S. Archi- *Gervas. p. 1419.*

* Portsmouth.

Radulph. dic. p. 457.

Sæcul. XII. A.C. 1171.

S. Archiepiscopi acriter exprobrans prædixit, multa adversa ob crudele factum ei obventura. Obiit vero Episcopus dierum plenus, octava ejusdem mensis Augusti, postquam Ecclesiæ Wintoniensi annis quadraginta duobus præfuisset. *Gir. Cambr.* Is biennio ante obitum suum omnes facultates in pauperes distribuerat, re nulla, nisi sustentatione simpliciter necessaria, sibi reservata.

Rex Angliæ cum quadringentarum navium classe in Hiberniam die Lunæ, decima octava Octobris, in Festo Sancti Lucæ appulsus, altera die cum copiis *G. Neubrig.* Waterfordiam processit, ubi dies quin- *II. c. 26.* decim substitit. Illic præsto fuere, ut *Roger. Hoved. p. 527.* jussi erant, Reges quatuor, Corcensis, *to. 10. Conc.* Limericensis, Oxericensis, & Midanus *p. 1433.* cum ferme omnibus Hiberniæ Optimatibus, excepto Rege Conactano, qui se solum jure Hiberniæ Regem esse dicebat. Cuncti quoque Præsules adfuere, videlicet Archiepiscopi quatuor Gelasius Armacanus, Donatus Cassilienſis, Laurentius Dublinensis, & Catholicus Tuamensis, Episcopi eorum Suffraganei, numero viginti octo, & Abbates, qui omnes Henricum Regem & Dominum Hiberniæ recipientes, ei & ipsius Successoribus in omne tempus fidem jurarunt. Misit deinde Rex Angliæ Præsulum Hiberniæ literas ad Alexandrum Papam,

Papam, qui Henrico & posteris ejus Regnum istud Sacræ Sedis auctoritate confirmavit. Ceterum jam antea licentiam intrandi Hiberniam, eamque sibi subigendi, ab Hadriano IV. Papa anno millesimo centesimo quinquagesimo sexto obtinuerat. Sæcul. XII. A.C. 1171.

§. XXXVIII.

Concilium Cassiliense.

Henricus Rex in Hibernia commorans, ad Festum S. Leonardi, sextam diem Novembris, anno millesimo centesimo septuagesimo primo, Nicolaum Capellanum suum & Rudolphum Arhidiaconum Laudavanum misit, Concilio generali Cassiliæ sub auspiciis Summi Pontificis cum ceteris Provinciæ Præsulibus interfuturos. Archiepiscopus Armacanus, Hiberniæ Primas, senio & corporis infirmitatibus prohibitus adesse non potuit, Vir Sanctitatis opinione clarus, solo lacte bovis candidæ, quam, ubicunque ipse esset, deduci jubebat, victitans. In eo igitur Concilio, cui Christianus Episcopus Lismorienſis, Romanæ Sedis Legatus, præfuit, abusus in illis regionibus dominantes publice recitati, & addito Legati Sigillo conscripti. Tum in remedium idoneum octo Canones conditi. *Jo. Bromton. p. 1071.*

Sæcul. XII. A.C. 1171.

Primo præceptum, ut matrimonia
c. 1. secundum leges Ecclesiæ contrahantur, nec amplius Hiberni tot mulieres, quot vellent, & sæpe proxime sibi agnatas
c. 2. accipiant. Infantes ad fores Ecclesiæ catechizentur, id est, Exorcismis mundentur, & deinde a Presbyteris in Fontibus aquæ puræ per tres immersiones extra periculum mortis, baptizentur. Antea enim in variis Hiberniæ locis, pro veteri more, pusio recens natus a patre vel quocunque obvio in aquam, & in lac, si divites essent parentes, ter mergebatur, tumque aqua ista vel lac tan-
c. 3. quam immundum projiciebatur. Universi Fideles Christi decimas animalium,
c. 4. fructuum, & agrorum Ecclesiæ suæ persolvant. Multi quippe has nunquam dederant, quin, an debitæ essent, ignorabant. Omnes terræ Ecclesiasticæ ab exactionibus Sæcularium sint immunes, præprimis ab hospitio & conviviis, quæ potentes vi adhibita extorquebant.
c. 5. Clerici non compellantur cum ceteris agnatis aliquid conferre, quando de cæde
c. 6. a Laico peracta transigunt. Universi Fideles in infirmitate positi, præsente Confessario & vicinis, Testamentum condant, res suas in tres partes dividant, ac unam liberis suis, alteram uxori, ter-
c. 7. tiam propriis exequiis designent. Nempe illis etiam, qui pro defunctis orabant.

Bona

Bona Confessione decedentes secundum Ritum Ecclesiæ sepeliantur, Missæ & Vigiliæ celebrentur. Tandem Officium Divinum ubique secundum consuetudinem Anglicanam peragatur. Exinde in Hibernia tam Ecclesia quam Respublica novam faciem induit. Sæcul. XII. A.C.1171. c. 8.

Dum Concilium celebratur, Henricus Rex, circa Festum S. Martini anno millesimo centesimo septuagesimo primo Dublinium delatus, usque ad Festum Purificationis anni sequentis ibi versatus est. Ibi etiam Decreta Concilii Cassilienſis confirmavit. Archiepiscopus vero Armacanus, qui ob corporis imbecillitatem præsens non fuerat, ad Regem se contulit, professus se in omnibus ejus voluntati consentire. Hiberni tumultuario opere, & patrio more, extra civitatem Dublinensem prope S. Andreæ Ecclesiam Regi Palatium fixis stipitibus superstruxerunt, ubi Curiam Regiam in Festo Natalis Domini celebravit. *Jo. Brompt. p. 1089.*

Sub idem tempus aliud Concilium generale, in Hibernia Armacæ convocatum, statuit & præcepit, ut omnes Angli in tota Insula servitute pressi libertate donarentur. Nempe hujus Concilii Patres persuasum sibi habebant, Divinam Nemesim Hibernos ideo modo Anglis subjecisse, ut pœnas exigeret multorum criminum, inprimis vero, *to. 10. p. 1452. ex Giraldo.*

Sæcul. XII. A. C. 1171.

quod Anglicanæ nationis homines a mercatoribus & piratis coemere adsuevissent, quos in servitutem redigerent.

§. XXXIX.

Rex Angliæ absolvitur.

vit. S. Thom. 4. c. 3.

Rege Angliæ in Hibernia hærente, Legati, quos Pontifex ad explorandam ejus obedientiam missurum se promiserat, in Normanniam perveniunt. Hi erant Cardinales Presbyteri duo, Theoduinus Tituli S. Vitalis, & Albertus Tituli S. Laurentii, Ecclesiæ Romanæ Cancellarius, ambo viri virtutibus & Doctrina insignes. Interea autem Odo Ecclesiæ Christi, Cathedralis Cantuariensis, Prior, omnesque monachi, in illa Ecclesia ministrantes, vehementer afflicti, quod in ea tanto temporis spatio Officia Divina cessarent, cum scirent Legatos Sedis Apostolicæ in Normannia reditum Regis præstolari, miserunt, qui licentiam peterent, Episcopis Angliæ concedendam, reconciliandi Ecclesiam suam. Annuentibus Legatis, Episcopi Exonienſis & Ciceſtrienſis, in Festo S. Thomæ Apostoli, vigesima prima Decembris, anno millesimo centesimo septuagesimo primo a pollutione ritu solemni Ecclesiam emundarunt, postquam a vigesima nona die ejusdem mensis, anni superioris, Interdicto subjacuisset. Ad illam Ecclesiam

Chron. Gervas. an. 1171.

5. ep. 96.

cleſiam adhuc interdictam nihilominus magna populi frequentia confluxerat, ob famam miraculorum, quæ ad Sepulchrum Thomæ Archiepiſcopi, circa Feſtum Paſchæ, anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo primo, edi cœperunt. Sæcul. XII. A.C. 1171. *Rad. Dicet. p. 557.*

Niſi Legati veniſſent, Rex Angliæ manſiſſet in Hibernia, ut totam ſibi ſubjiceret, armis Regi Conactæ illatis, quem levi brachio deviciſſet. Sed quia Legatos adire urgebatur, navigio ſe commiſit, vigeſima ſeptima Aprilis anno milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, Feria II. Paſchæ, & ad *S. David* in Cambria divertit. Ex Anglia deinde in Normanniam transvectus, Feria III. ante Dies Rogationum, ſive decima ſeptima Maji ad Legatos pervenit, qui limina intrantem dato pacis oſculo exceperunt. Altera die Legati ad Abbatiam Saviniacenſem prope Abrincas, quo omnes Epiſcopi & Principes convenerant, ſe conferunt, ubi poſtquam diu de pace actitatum, Rex ſimpliciter negavit, ſe illa juramenti forma, quam Legati præſcribebant, obſtricturum eſſe, & diſcedens commota bile, *ego in Hiberniam*, inquit, *redeo, ubi me maxima rerum moles manet. Ite mea pace in ditiones meas, & veſtra legatione fungimini.* Legati, poſtquam ſoli deliberaſſent, Epiſcopos Lexovienſem, Pictavienſem & *Jo. Brompt p. 1079.*

5. *ep.* 88.

Sæcul. XII. A.C. 1172

Saresberiensem revocant, eorumque opera a Rege obtinent, ut se die Veneris sequente Abrincas ad colloquium rediturum condiceret. Ibi tandem reducta est concordia, promisitque Rex, quæcunque petebant Legati; quia vero eadem pacta a filio suo confirmari volebat, res in sequentem Dominicam, diem vigesimam secundam Maji, dilata.

Illa igitur die Rex, manibus Sancta tangens Evangelia, juravit in hunc modum: *Necem Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis nec machinatus sum, nec scivi, nec ut occideretur, ulli mortalium mandavi. Cum autem ferale nuncium ad aures meas pervenit, pectus hoc majore dolore obrutum est, quam si filium meum amisissem. Illud vero excusare non possum, quod ira, quam non tenui, & vehemens indignatio contra Virum Sanctum, nefandæ cædis peragendæ occasio fuerit. Itaque pro hac culpa satisfacturus, sine dilatione Hierosolymam ad defendendam rem Christianam ducentos Equites mittam, qui ad annum meis stipendiis militent. Ipse ego Crucem accipiam ad triennium & Hierosolymam proficiscar, nisi Papa in hoc voto mihi dispenset. Consuetudines illicitas, quas in Regnum meum invexi, damno, & aboleo, ac prohibeo ne imposterum serventur. Exinde per me cuicunque liceat ad Sacram Sedem appellare,*

Act. Alex. ap. Bar.

Pœnitentia Regis.

lare, nemini propterea succenſebo. Præterea promiſit Rex, ſe Eccleſiæ Cantuarienſi omnes agros ceteraque Bona, uti ea uno anno, antequam ipſe Archiepiſcopo iraſci incepiſſet, poſſederat, eſſe redditurum, atque etiam omnes illos, contra quos defuncti Præſulis cauſa irritatus fuiſſet, in gratiam recepturum. Legati alia etiam pœnitentiæ opera videlicet jejunia & eleemoſynas ei ſecreto injunxerunt, quæ nunquam vulgata ſunt. Sæcul. XII. A. C. 1172. 5. *ep.* 88.

Rex omnia demiſſo animo ſuſcipiens, cunctis audientibus dixit: *Domini Legati! in manu veſtra ſum; quæcunque juſſeritis, ſive Hieroſolymam ire, ſive Romam, ſive ad S. Jacobum Compoſtellam, ſive aliquid aliud, promte obediam.* Quæ verba ex circumſtantium oculis lacrymas expreſſerunt. Tum Legati Regem volentem extra Eccleſiæ fores deducunt, & flectentem genua, nec nudum autem, nec cæſum, ab omni cenſura abſolvunt, ſicque in Eccleſiam reducunt (*). Ne vero, quæ hic acta

(*) Ein merkwürdiges Beyſpiel eines Königs, welcher anerkannt, daß er dem Kirchenbann unterworfen ſey. Ja ſo alt als die Kirche Chriſti iſt, ſo alt iſt auch in derſelben das Excommunications-Recht. Die Proteſtanten geſtehen ſolches; und gleich-

Sæcul. XII. A.C. 1172.

fuissent, Franci ignorarent, statuerunt, ut Archiepiscopus Turonensis ejusque Suffraganei Feria III. post Ascensionem Cadomi

gleichwohl ist ihre Lehre in diesem Stücke so verwirret und widersprechend, daß sie auch da verrathen, es sey in ihrem sogenannten Kirchenrechte keine Einigkeit zu suchen. Wir wollen den Mosheim in seinem allgemeinen Kirchenrechte der Protestanten hören auf der 395. Seite. Das Recht die Bösen und die Gottlosen von der Gemeinde auszuschliessen, ist ein göttliches Recht, welches von unserm Erlöser selbst herkömmt. Apostel Geschicht. 2. 14. 15. Daß dieses Recht aber kein Zeitrecht, sondern ein ewiges und immerwährendes Recht sey, wird vollkommen dargethan, weil es sich auf die gesunde Vernunft und die Natur gründet. Also redet Mosheim. Nun lasset uns sehen, wie sein Schwieger-Sohn und Herausgeber des Buches Windheim alles zu Boden reisset, was Mosheim aufgebauet. Er setzet unverschämt voraus über das Verfahren der Päbste in der Erklärung auf der 398. Seite: Vor der Reformation brauchten die Päbste das Recht zum Unglück der Welt. Sie suchten dadurch nichts als ihre Gewalt zu erheben. Ein Verbannter mußte zum Creutz kriechen, wenn er sicher leben wollte. Die Könige, und grosse Herrn verlohren insgemein ihre Kronen, ihre Würde und Ehre. Dieses erfuhr Heinrich der IV. dieses erfuhren viele andere Herrn. Vor der Reformation ward also das Recht des Bannes auf ein gottlos-

Cadomi in conspectum Regis Angliæ & Legatorum venirent. Henricus Rex junior in manibus Alberti Cardinalis pro-

Sæcul. XII. A.C. 1172.

gottlose Art gebraucht. Antwort: Wenn auch in der Ausübung des Excommunications-Rechts einige Mißbräuche sich eingeschlichen, so müßte doch Windheim, wenn er die Billigkeit liebte, die Päbste nicht als gottlose Leute vorstellen, sondern vielmehr erwehnen, daß sie nach dem Triebe ihres Gewissens gehandelt. Daß viele Lehrer ihre Aufführung mündlich und schriftlich vertheidiget, und daß die christlichen Gemeinden sich freywillig unterworfen. Ferner saget Windheim auf eben dieser Seite: Unter uns ist das Recht die Sünder auszuschliessen gänzlich erloschen. Und alsdenn erkläret er die Schriftstellen, aus welchen man dieses Recht allezeit in der Kirche erwiesen hat. Auf die Stelle Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus Matth. 18. saget er, auf der 401. Seite: Es ist also gar von keiner öffentlichen Ausschliessung aus der Gemeinde, oder dem Banne die Rede; sondern nur von einer Privat-Ausschliessung oder Aufkündigung der Brüderschaft von einer einzelnen Person. Also hätte eine Privatperson das Recht von ihrer Gemeinschaft auszuschliessen, und die ganze Gemeinde nicht. Das ist widersinnisch. Zu der Stelle aber: Dabo tibi claves Cœlorum &c. und, quæcunque ligaveris super terram ligata erunt & in Cœlo. saget er auf der 402. Seite: Kein Mensch hat je gehöret, daß man mit

Schlüßeln

Sæcul. XII. A.C. 1172.

promisit, se ea servaturum, ad quæ servanda se Rex parens obstrinxerat, seque, si parens morte occupatus aut quacunque

Schlüßeln lösen und binden kann. Man kann damit aufschliessen und zuschliessen, aber nicht auflösen und binden. Das saget aber die römische Kirche. O Herr Windheim, wie einfältig, wie dumm, redet er da! Wenn er aber wiederum saget auf der 404. Seite von dieser Stelle: Quæcunque solveris super terram &c. Es wird offenbar hier nur von einem Apostolischen Rechte geredet .... es muß also in Petro eine Untrüglichkeit im Handeln vorausgesetzet werden .... unsern Geistlichen mangelt die Gabe der Unfehlbarkeit. Diese Stelle kann also von keinem als von einem Apostolischen Rechte verstanden werden. Unsere Geistlichen sind keine Apostel. Herr Windheim das ist eine Antwort, die er wider das Zeugniß aller Jahrhundert aus seinem eigenen Gehirn und Privat-Geist daher geschmieret. Wir Katholiken aber sehen aus allem diesen, daß die Uneinigkeit unter den Protestanten nicht nur in Neben-Dingen, sondern in der Wesenheit selbst herrsche; da Mosheim saget, der Bann sey ein göttliches und ewiges Recht. Windheim aber es wäre nur den Aposteln nicht aber ihren Nachfolgern gegeben worden. Wenn jemand in der Römisch-Katholischen Kirche läugnete daß das Excommunications-Recht den Bischöffen zugehöre, würde er aus der Kirchen-Gemeinde ausgeschlossen werden. Bey den Protestanten lehret jedermann was er will, und

cunque alia causa impeditus non posset, pœnitentiam receptam impleturum esse. Sæcul. XII. A. C. 1172.

§. XL.

Concilium Abrincense.

Mensibus inde quatuor elapsis in eadem civitate Abrincensi Concilium celebratum, cui ambo Reges pater & filius, Rotruvius Archiepiscopus Rotomagensis, omnesque Episcopi & Abbates Normanniæ in Ecclesia S. Andreæ interfuerunt, cum ageretur Festum SS. Cosmæ & Damiani anno millesimo centesimo septuagesimo secundo. Rex parens juramentum jam ante editum additis quibusdam clausulis confirmavit; quod ab Alexandro Summo Pontifice, ejusque Successoribus non recederet, quamdiu ipsum ut Regem Catholicum habuerint. Quod in Festo instante Nativitatis Domini ad triennium Crucem acciperet, & sequente æstate iter Hierosolymam aggrederetur, nisi dispensaret Papa. Sed si in Hispaniam contra Saracenos proficisci cogeretur, expeditio Hiero-

tom. 10. *Conc. p.* 1457. *ex Rog. Hoved.*

---

und wird gleichwohl in der Kirchengemeinschaft geduldet. Wo ist aber die nothwendige Kirchen-Einigkeit? daß ihren Lehrern die Unfehlbarkeit mangle, gestehet Windheim ganz deutlich. Wo aber keine Einigkeit, und keine Unfehlbarkeit ist, da kann auch die wahre Kirche Christi nicht seyn.

Sæcul. XII. A.C. 1172.

Hierosolymitana, quamdiu necesse esset, differretur. Quod interim tantum pecuniæ Templariis daret, quantum ipsorum arbitrio ad alendos unius anni spatio ducentos Milites in terra Sancta sufficeret. Cum deinde Legati literas suas, omnes juramenti editi clausulas continentes, Regi obtulissent, Sigillum suum apponi jussit.

5. ep. 12.

Altera die Legati in eodem loco cum Præsulibus & Clericis Normanniæ reliqua acta Concilii perfecerunt, in quo duodecim Canones promulgati. Videlicet, Pueri ad regimen Ecclesiarum, quibus est animarum cura annexa, minime admittantur. Filiis Sacerdotum non concedantur Ecclesiæ patrum suorum. Nemini Ecclesiæ cum onere reddendi census annuos committantur, nec Vicariis ad annum constitutis. Sed Sacerdotes, quibus ad hoc suppetunt facultates, alium sub se Presbyterum vicarium alere cogantur. Sacerdotes non ordinentur sine certo Titulo. De tertia saltem parte Decimarum nihil Presbytero, qui servit Ecclesiæ, auferatur. Laici partem Oblationum in Ecclesia non percipiant. Qui decimas hereditario jure tenent, his licentia sit, eas Clerico idoneo, cui voluerint, concedendi, ea conditione, ut postea ad Ecclesiam revertantur. Clerici Jurisdictionem potestatis

c. 1. 2.

c. 7. 4. 5.

c. 6.

c. 8. 3.

c. 9.

c. 12.

testatis Sæcularis non administrent. Qui hoc præsumserint, a Beneficiis Ecclesiasticis arceantur. Vir ad Religionem non transeat, uxore in Sæculo remanente, vel e converso, nisi ambo vacandi operibus carnis tempus excesserint. In Adventu Domini, omnibus qui poterunt, maxime autem Clericis & Nobilibus jejunium & abstinentia carnium indicatur. Circa Decretum autem, quo Presbyteris prohibebatur, ne quidquam exigerent de rebus morientium, nec pro Benedictione Sponsarum, pro Baptismo, & pro absolutione excommunicatorum, a quibus quadraginta octo libras petebant, nihil perfectum est, quia Episcopi Normanniæ illud recipere noluerunt. In eodem Concilio Archiepiscopus Turonensis querelas contra Archiepiscopum Dolensem recoxit, quem non Archiepiscopum sed Episcopum, sibi subjectum, esse affirmabat. At Clerici Dolenses constanter reclamarunt.

Sæcul. XII. A.C. 1172.

c. 10.

c. 13.

§. XLI.

Thomas Sanctorum Catalogo adscribitur.

Inter hæc, Alexandrum Papam miraculorum, quæ ad sepulchrum Thomæ Archiepiscopi edebantur, primum vox populi certiorem fecit, deinde etiam virorum fide dignorum testimonia, ac tandem

Sæcul. XII. A.C. 1173.

tandem etiam datæ literæ duorum Legatorum Alberti & Theoduini, qui eo melius tantam rem edoceri potuerant, quo propius locum sepulturæ degebant. His ergo testibus munitus, cum præterea privatim S. Præsulis virtutes sibi cognitæ essent, adhibitis ad consilium Cardinalibus, eum solemni ritu, in Ecclesia, die cinerum, vigesima prima Februarii, anno millesimo centesimo septuagesimo tertio, præsente magna Cleri corum Laicorumque frequentia, Sanctis adscripsit, Martyrum numero inseri jussit, ejusque Festum singulis annis in die obitus vigesima nona Decembris celebrari, quod hodieque in tota Ecclesia Catholica observatur. Id cognoscimus ex duabus Bullis Signii duodecima die Martii datis, quarum altera ad monachos Ecclesiæ Metropolitanæ Cantuariensis, altera ad universum Clerum populumque totius Angliæ dirigitur.

Ceterum Divina Vindicta in S. Præsulis percussores, qui omnes quatuor intra annum tertium, nempe millesimum centesimum septuagesimum tertium perierunt, emicuit. Hi peracto facinore, ad aulam redire non ausi, in prœdium Hugonis Morevillensis, nefandæ cædis conscii, in ora Angliæ Occidentalis positum, se receperunt, ubi tamdiu commorati sunt, quoad ipsismet horror ille, quo eos

Roger. ann. p. 522.

eos omnes Boni in ista regione aversabantur, intolerabilis accidit. Nemo cum ipsis colloqui, nemo familiariter cum ipsis cibum capere sustinebat, & ne canes quidem, quod de eorum mensa supererat, sibi projectum devorasse dicebantur. Tandem quatuor illi Equites, conscientiæ morsu stimulante Alexandrum Papam adierunt, qui eis in admissi sceleris pœnam peregrinationem Hierosolymam injunxit. Alter eorum Guilielmus *de Traci* in Italia remansit, pœnitentiam omisso itinere maritimo peracturus. Verum brevi post Cosentiæ in Calabria horrendo morbo corripitur, ita ut putrefacta & consumta brachiorum pedumque carne nuda ossa intuentibus paterent. Amaram facti pœnitentiam & dolorem profitebatur, ac novissimum Martyrem devotissime invocabat. Quod deinde Episcopus Cosentinus, ejus in ultima lucta Confessarius, aliis retulit. Ceteri tres Hierosolymam pervenerunt, ubi paulo post vita functi, atque ante portam Templi sepulti sunt, addito hoc Epitaphio: *Hic jacent mortalium miserrimi, qui beatum Thomam Archiepiscopum Cantuariensem Martyrio affecerunt.*

Sæcul. XII. A.C.1173.

Gest. post Martyr. c.9.

§. XLII.

Sæcul. XII.
A.C. 1173.

§. XLII.

Regnum Hierosolymæ.

G. Tyr. XX. c. 31. Sub idem tempus Templarii facinus Sicariis magis quam viris Religiosis dignum ausi sunt. In Phœnicia degebat quidam Princeps Assasinorum, qui affirmans, Doctrinam Mahometis sibi falsam videri, seque Religionem Christianam esse amplexurum, Nuncio ad Amalricum III. Regem Hierosolymæ misso, pacta non nulla secreto obtulit, quorum primum illud erat; si Templarii (nam arces aliquot in Assasinorum confiniis tenebant) duo nummorum aureorum millia, quæ subditi ipsius tributi nomine in annos singulos pendebant, condonarent, eosque deinceps humanius haberent, Baptismum esse recepturos. Amalricus Rex, hac spe lætissimus, Assasinos ab onere dandæ pecuniæ absolvit, animo ex suo ærario Templarios indemnes præ-
c. 32. standi, si opus esset. Legatum igitur, satis diu in Regia moratum, dimisit, suorum Prætorianorum aliquo, hospitem ad suos secure deducere jusso. Ecce vero, Tripolim prætergressum, jamque in ditiones Domini sui pedem illaturum, evaginatis gladiis invadunt Templarii, & violata fide publica, spretoque Regis præsidio, jugulant.

Hac

Hac cæde ad Regis aures delata, vehementer excanduit, vocatisque ad consilium Principibus visum, tantam perfidiam impunitam abire non debere, quippe non solum Auctoritatem Regis, sed etiam Christiani nominis honorem, & Ecclesiæ decus periclitari. Quare ex Optimatibus duo ad Templariorum Magistrum, Odonem a S. Amando, mittuntur, qui vindictam securitatis publicæ exposcerent. Porro scelus perpetratum a quodam Fratre Guilielmo *du Mesnil*, unoculo, nequam, temerario, perditissimo homine, Fratribus suis non repugnantibus, dicebatur. Templi Magister respondit; se reo, ad Papam mittendo, interim pœnitentiæ modum dictasse. Ceterum prohibere se, Summi Pontificis nomine, ne ullus mortalium huic viro Religioso manus injicere audeat. Quibus dictis alia, ut superbissimi ingenii erat, adjecit, Regiæ Majestati & sacræ Militiæ Magistro indecora. Postea vero, cum Rex Sidonem venisset, Guilielmum Fratrem *du Mesnil* armatorum manu e domo Templariorum abstractum, Tyri conjecit in carcerem. Nihilque propius fuit, quam ut hæ rixæ totum Hierosolymæ Regnum everterent. Tam manifesta Regum illorum imbecillitas, aut tanta Templariorum potentia fuit.

Sæcul. XII. A.C. 1173.

Sæcul. XII. A.C. 1173.

Rex Amalricus se facile peracti parricidii nescium & insontem probavit. Sed mors præmatura obstitit, ne destinata exequeretur; nam statuerat, rem ad omnes Principes deferre, quo Templariorum & Hospitalariorum temeritas coerceretur. Necdum anni sexaginta ab Institutione hujus Religionis effluxerant, & nihilominus degeneres Fratres usque adeo a primæva morum puritate defecerant, ut Scriptores tam Christiani quam Mahometani, licet eorum judicium in aliis rebus sæpissime discrepet, magna tamen concordia hos viros Religiosos ut mortalium omnium pessimos exhibeant. Impune latrocinantes nec Christianis parcebant nec Infidelibus, quibus nec verbo nec scripto datam fidem servabant. Rex Amalricus vero cita alvo laborans occubuit, undecima die Julii anno millesimo centesimo septuagesimo tertio, anno regni sui duodecimo, ætatis trigesimo octavo, ac corpus defuncti in Ecclesia S. Sepulchri prope Fratrem suum conditum est. Parenti successit filius Balduinus IV. annos tredecim natus, quem in eadem Ecclesia die Dominica decima quinta Julii Amalricus Patriarcha, assistentibus multis Præsulibus, in Regem unxit. Comes vero Tripolitanus, donec Rex ad maturam imperio æta-

vit. Salad. MS.

G. Tyr. c. 33.

Lib. XXI. c. 1. c. 2.

ætatem perveniret, Reipublicæ habenas tractavit. Sæcul. XII. A. C. 1173.

§. XLIII.

Assassini.

Assassini, quorum multoties Scriptores Historiæ meminerunt, Musulmannorum Secta erant, cujus origo ad annum Hegiræ ducentesimum septuagesimum octavum, salutis humanæ octingentesimum nonagesimum primum quærenda est. Illa enim tempestate Pseudo-propheta, Nomine *Carmat*, in Arabia & regione urbis *Cufa*, extitit, qui jejunans, manibus suis laborans, & in die quinquagesies orans, multos Sectatores sibi conciliavit. Is suis pollicebatur, effecturum se, ut aliquis *Iman*, seu Pontifex, ex prosapia *Ali* restitueretur. Ad quem ut sanctum devotissime colendum auditores excitabat, & ad ulciscendum ejus sanguinem contra Califas stimulabat. Præcepta difficiliora Mahometanæ Religionis abolevit, facta suis potestate vinum bibendi & cunctis carnibus sine discrimine vescendi. Cui licentiæ cum spes prædæ accessisset, contracto ingenti exercitu *Carmat* Califæ terras fœde depopulatus est. Ex hac vita decedens reliquit duodecim Discipulos præ ceteris spectabiles, honori duodecim Imanorum, ex *Ali* genus ducen-

Elmac. p. 174.

Sup. lib. XXXIX. §. 32.

Sæcul. XII. A C. 1173.

tium, sacros, multosque habuit successores, quorum celeberrimus fuit *Abutaher*. Is enim ille est, ut suo loco memoravi, qui provinciis illis centum millibus armatorum vastatis, captis peregrinantium catervis, Meccam anno trecentesimo decimo septimo, salutis reparatæ nongentesimo vigesimo nono, in suam redegit potestatem, advenas omnes in ipso templo jugulavit, lapidem nigricantem, cultus ipsorum materiam, rapuit, & peregrinandi libertatem annis duodecim abstulit. Exinde, cum Carmatianorum vires acciſæ fuissent, dissimulata religionis suæ diversitate, ceteris Musulmannis se se adjunxerunt, unde *Batenis*, id est, *ignoti* dicti sunt. Hoc nomine distincti postea rem suam publicam in Persia spectabilem reddiderunt anno Hegiræ quadringentesimo octogesimo tertio, salutis millesimo nonagesimo. Cumque aliquando Soldani *Gelaleddulet* Legatus Carmatianorum Principi *Hacen* minas ingereret, nisi imperata faceret, ille spectante Legato suorum uni præcipit, ut conscensa proxima turri in terram se præcipitem daret, & alteri, ut se ipsum confoderet, ac utroque promptissime, quod jussus erat, exequente, *Hacen* conversus ad hospitem, *nuncia*, inquit, *Domino tuo, non eadem ipsum & mea æstimatione vires meas metiri, quippe*

Elmac. p. 194. Sup. lib. LV. §. 13.

Id. pag. 286.

septua-

septuaginta millia virorum numero, qui pari constantia, ac duo isti, pro fide mihi data, ultima passuri sunt. Sæcul. XII. A. C. 1173.

Itaque *Batenis*, seu Carmatiani, utcunque latentes, vitæ Principum insidiati, complures interfecerunt, quin eorum sævitiam effugere potuerint. Ex multis aliis unum exemplum *Hamadeddin Zengui*, Soldani Alepensis, anno quingentesimo quadragesimo, seu a partu Virginis millesimo centesimo quadragesimo quinto, ab his proditoribus interempti, sufficiat. Quia vero *Batenis* istis non alia erant arma, quam pugio in sinu, vulgo *Hassisins* appellabantur. Unde nos nomen Assasini derivavimus. Historici nostri Assasinorum Principem, *Senem Montis*, dixerunt, nomen, quod ipsi in Arabia tribuebatur, ad literam interpretantes.

§. XLIV.

Benjamini itinera.

Benjamin Judæus in Historia itinerum suorum, quæ usque ad annum millesimum centesimum septuagesimum tertium perducitur, mentionem Assasinorum facit, quos prope Libanum montem Sedes habuisse dicit. De his memorat, eos sui nominis terrore regiones omnes implevisse, quod Reges insidiis captos necarent. Ceterum Judæus iste, *Benjamin. p. 32.*

Sæcul. XII. A.C. 1173.

Tudelæ in Navarra natus, & deinde Caesarauguſtæ profectionem exorſus, Catalonia & Occitania peragratis, Maſſiliæ conſcenſo navigio in Italiam trajecit. In quolibet loco Judæorum numerum, eorumque Doctores, qui ceteros famæ claritate ſuperabant, adnotat. Dicit, Romam Imperii Chriſtianorum Caput eſſe, ubi circiter ducenti Judæi degerent, ac inter eos in Alexandri Papæ familia variis officiis Præpoſiti. Nullum hujus nationis Romæ ſpectabiliorem eſſe, quodam juvene, nomine *Rabbi Jehiel*, quem Pontifex rei ſuæ domeſticæ præfeciſſet. Dicit etiam, Papam totius Religionis Chriſtianæ Magnum Epiſcopum haberi (*). Tum Benjamin, cum Hydrunte ſe iterum mari commiſiſſet, in Græciam &

p. 10. 11.

p. 24.

(*) Seht da, das Zeugniß eines Juden wider die Proteſtanten, welche eine in allen Jahrhunderten, und von allen Völkern beſtättigte Wahrheit läugnen. Wenn ſie aber zulaſſen, daß zwar die römiſchen Biſchöffe allzeit als die höchſten Vorſteher in der Kirche Chriſti angeſehen worden, die ganze Kirche könne aber fehlen, und habe in dieſem Stücke wirklich gefehlet, ſo nehmen ſie ihre Zuflucht zu einer Antwort, welche den Worten Chriſti in der heiligen Schrift: Ille vos docebit omnia. Joan. 14. widerſpricht, und auch ſeiner Ehre verkleinerlich und ſehr nachtheilig iſt.

& Conſtantinopolim delatus eſt, Manuele Imperatore regnante. *In iſta Civitate*, inquit, *eſt Papa Græcorum, quia Religionem Papæ Romani non tenent* (*). De Eccleſiarum decore & divitiis admirabundus loquitur. Conſtantinopoli duo circiter millia Judæorum *Rabbaniſtarum*, & quingentos ferme *Caraitas*, in nulla re cum ceteris communicantes, invenerat. Caraitæ ſunt, qui, verbis Scripturæ unice inhærentes, traditiones a Rabbinis receptas abjiciunt. Subjungit, Judæos Peræ habitaſſe. Sæcul. XII. A.C.1173. p. 28.

Benjamin, poſtea ad Inſulas Archipelagi devectus, Judæos in Inſula Cypro invenit, quos *Rabbaniſtæ* Epicureos, ſeu Hæreticos, appellabant. Antiochiam adhuc illa ætate tanquam urbem magnam, in qua Patriarcha reſideret, commemorat. In regione Sidoniorum Druſianos deprehendit, nullam profitentes Religionem, & dari Metempſychoſim affirmantes. Cæſareæ & Napluſii, ſeu in urbe *Sichem* Cuteanos ſeu Samaritanos habuit, quorum peculiares ſuperſti- p. 30. p. 31. p. 38.

(*) Nempe Græcorum Patriarcharum ambitio ſaltem perfectam Communionem cum Romano Pontifice abruperat. Quam rem tanti momenti Judæus iſte æſtimat, ut ideo Græcos aliam quam Romanos Religionem colere affirmet.

Sæcul. XII. A.C. 1173.

tiones refert, quin etiam fabulas attexit. Dicit Hierosolymam tunc fuisse urbem exiguam, sed varietate populorum, videlicet Jacobitarum, Syrorum, Græcorum, Georgianorum, & Francorum, frequentissimam. Judæos non plus ducentos ibi vidit, in extremo urbis angulo collectos, & arte lanas coloribus imbuendi victum sibi comparantes. *Sunt ibi*, inquit, *hospitia duo, unde singulis diebus quadringenti Equites ad militandum exeunt, præter alios, qui ex Francia, ceterisque Christianorum provinciis, solvendi voti causa veniunt, unoque vel duobus annis Hierosolymæ versantur.* Exploratum est, hic a Judæo Equites Templarios & Hospitalarios S. Joannis designari. Ceterum paucos Judæos in tota Terra sancta numeravit, in ista quippe civitate duos, in altera tres conspexit, plerumque artem tingendi profitentes. Haud plures quam quinquaginta Judæos Tiberiade degere affirmat, atque Ideam celeberrimæ Scholæ, quam nobis alii Judæorum Scriptores jactant, destruit.

p. 41.

Relicta Terra sancta Benjamin Damascum venit, quam urbem dicit esse principium Imperii Nuradini Regis Turcarum, ejusque Sedem in urbe *Halep* ponit. Nuradini frater Zineldinus, si Judæo credimus, in urbe *Mosul* rerum potieba-

p. 54.

p. 59.

tiebatur, apud quem Aſtrologus Judæus Prophetæ officio fungebatur. Inde Benjamin profectus eſt ad urbem *Aliobar*, quæ olim *Pombedita* dicebatur, clariſſimam Judæorum Scholam, annis vero abhinc centum viginti a Muſulmannis devaſtatam. Diu deinde in deſcriptione Civitatis Bagdatenſis, Califæ Abbaſſidiadæ Sedis moratur. *Is*, inquit, *ex Familia Prophetæ Ismaelitarum ortus eſt, Religionis eorum & Imperii Caput, denique talis, qualis Papa inter Chriſtianos habetur.* Benjamin ſeptem ferme Judæorum millia Bagdati verſari aſſerit, quorum Princeps erat R. Daniel, *qui ſeriem majorum ſuorum*, inquit, *usque ad David Regem deducit, atque totius captivitatis, id eſt, omnium Judæorum in captivitate degentium, Caput colitur.* Dicit, ipſos Muſulmannos Danielem magno honore proſecutos fuiſſe, divitiis abundaſſe, eumque in omnibus provinciis, Califæ ſubjectis, late dominatum. Sed fatetur, Danielem tantam Dignitatem a Califa accepiſſe, quin caro ſatis coemiſſe. Unde demonſtratur, hunc captivitatis Principem a ſuprema Regum poteſtate longiſſime abfuiſſe; quod vel ſola vox captivitas ſatis indicat. Præterea Benjamin ultra Bagdatum in quadam regione Septentrionali Judæos *Recabitas* ponit, ab o-

Sæcul. XII. A.C. 1173.

p. 62. Judæi.

p. 70. 71.

p. 74.

p. 82. &c.

Sæcul. XII. A.C. 1173.

mnium gentium jugo liberos, sub regimine cujusdam *Rabi Hanan* degentes, tam late imperantis, ut peregrini vix sexdecim dierum itinere ejus ditiones emetiri possent. Antequam vero illuc perveniretur, viginti diebus per eremum migrandum erat. *Hanan* fratrem habebat, nomine Salomon, & ipsum Reipublicæ suæ Dominum. Genus suum a Rege David deducebant, & ter centenis millibus Judæorum imperabant. Benjamin, in aliis quoque locis narrationis suæ, Sedes Judæorum multitudine pæne innumerabilium & nulli extero Principi subjectorum inveniri, sed in regionibus remotissimis, inaccessis, ne dicam generi humano penitus ignotis, perhibet. Porro & Benjamin & alii Judæi eo consilio ista commenti sunt, ut Prophetarum vaticinia eluderent, ex quibus clarissime eis demonstramus, Messiam venisse, quia nec ipsorum Natio, & speciatim nemo ex prosapia David, in aliqua orbis terrarum parte regnat.

Ceterum Benjamini iste commentarius multis aliis fabulis & crassis erroribus Geographicis scatet; unde merito cadit in eum suspicio, sæpe ab aliis audita referre, & mendacio affirmare, fuisse a se visa. Ubi Persiam & Arabiam peragravit, in Ægyptum venit, & ibi dicit

p. 114.

cit esse Sedem Califæ Sectatoris Ali, quem Califa Bagdatensis tanquam Schismaticum horrebat. De celeberrimis Ægypti Rabbinis nulla ei mentio, nec etiam de Moyse Maimonis filio, tunc in vivis agente. Alexandriæ scholam Aristotelis ponit, quasi vero Philosophus ille ibi docuisset, dicitque, mercaturæ studio magnam omnium populorum multitudinem illo pertrahi. Ex Ægypto itinere maritimo Messanam venit, ubi multos Christianos Hierosolymam peregrinantes naves conscendere perhibet. Ex Sicilia reversus in Italiam, inde in Germaniam transiit. Notat, quibus in urbibus Synagogas viderit, & Judæos Germanos ab amore literarum, a caritate, qua fratres hospites excipiebant, & a firma spe in Messiam venturum, quem haud procul abesse augurabantur, commendat. Ex Germania Benjamin in Franciam commeavit; de nulla autem alia civitate quidquam refert nisi de Lutetia Parisiorum, quam Urbem magnam Regis Ludovici Sedem appellat. *Ibi*, inquit, *reperire est sapientiæ Discipulos, quibus pares hodie in toto terrarum orbe non occurrunt. Legi Divinæ diu noctuque operam dant, & fratres suos Judæos hospitio peramanter excipiunt.* Atque his totius narrationis filum abrumpit. Tandem, ut Præfationis auctor memorat,

Sæcul. XII. A.C. 1173.

p. 121.

p. 126.

p. 128.

p. 131.

Sæcul. XII. A. C. 1173.

rat, Benjamin in Chronologia Judæorum anno nongentesimo trigesimo tertio, a nostra millesimo centesimo septuagesimo tertio, in Castiliam rediit.

Hoc tempore celebres Rabbini exoriti, de quibus non nulla commemorare operæ pretium videtur, ut Lectoris judicium sit, an tuto credere liceat traditionibus, quas auctores tam recentes afferunt. Si Paraphrasim Chaldaicam, sub illud tempus, quo JEsus Christus salutem humani generis operatus est, scriptam, & *Thalmud*, exinde post quingentos circiter annos concinnatum, excipias, Judæi vix quinque sexve libros habent, anno JEsu Christi millesimo antiquiores. Ex eo autem tempore literarum studia apud Judæos, ut Christianos vel Musulmannos imitarentur, repeti cœperunt. Hoc sæculo omnes codices, quibus hodie eorum Bibliothecæ ornantur, nati sunt. Inter primos eorum Scriptores locum tenet *Rabbi Nathan*, qui anno millesimo quinquagesimo inclaruit, & Romæ anno millesimo centesimo sexto obiit. Is auctor est Libri *Aruc*, nempe Dictionarii, in quo voces difficiliores in *Thalmud* occurrentes explanantur. Huic successit Abraham *Aben Ezra*, qui explicandæ Sacræ Scripturæ secundum sensum litteralem & Grammaticalem vacavit, cum antea pleri-

Buxtorf. Bibl. Rabb. p. 293.

Judæorum Libri.

Ibid. p. 395.

plerique in expositionibus Mysticis Cabalæ hærerent. Abraham tamen Traditionem adversus *Caraitas*, qui nullam nisi solius Scripturæ auctoritatem recipiebant, defendit. Erat natione Hispanus, & variis deinde susceptis itineribus, in Insula Rhodo, anno millesimo centesimo septuagesimo quarto, annos natus septuaginta quinque, naturæ debitum solvit, vir Astronomiæ quoque & Medicinæ peritus. Sæcul. XII. A. C. 1173.

Sub idem tempus in Francia luce fruebatur R. Salomon *Jarchi* * natus Trecis in Campania, vel ut alii affirmant, *Lunellæ* in Occitania inferiore. Is Parisiis scholæ præfuit, & in totam Bibliam ac integrum ferme *Thalmud* commentatus est; unde a Judæis ad indicandam ejus excellentiam simpliciter Interpres appellabatur. Sed Adnotationes ejus in Scripturam obscuræ sunt, verba plerumque vulgaria & hodie ignota. Salomon, in Terram sanctam & usque in Persiam profectus, cum in Europam rediisset, Treviris anno ætatis suæ septuagesimo quinto, reparatæ salutis millesimo centesimo octogesimo vita functus est. Judæi eum, nomine decurtato, *Rascbi* vocarunt. Ipsiusque ac *Aben Ezra* notæ marginem Bibliarum Rabbinorum implent. * forte Raschi.

Verum

Sæcul. XII. A.C. 1173.

Verum *Rambam*, seu R. Moyse, Maimonis filio, Rabbinorum nullus illustrior extitit. Natus erat Cordubæ anno Mundi secundum Judæos quater millesimo octingentesimo nonagesimo quinto, Jesu Christi millesimo centesimo trigesimo quinto, cujus pater, & majorum ipse viri sex, Judicis munere eminuerant. *Buxtorf. præf. in more Nevach.* *Bibl. Orient. p. 719.* postquam Libris Judæorum vacasset, tradidit se Disciplinæ Averrois, civis suus nam & ipse Cordubæ primo lucem aspexerat, & Philosophi inter Arabes clarissimi. Averroes in Aristotelem, priden in linguam Arabicam versum, commentatus est, ejusque explicationibus, latinitate donatis, postea Scholastici nostri usi sunt. Moyses igitur Averrois Discipulus adversæ fortunæ, quam ille expertus est, particeps fuit; nam ejus Magister Principibus Musulmannorum, qui *Almohades* dicebantur, & brevi ante Dominatum obtinuerant, suspectus esse meruit. *Abulfar. p. 297.* Quin Moyses, ut inimicos eluderet, in mente Judæus perseverans, publice Mahometanam Religionem profitus fuisse fertur. *Bibl. Orient. p. 538.* Tandem relicta Hispania in Ægyptum profectus, cum ad Judaicam superstitionem rediisset, & in quodam oppido *Fustat* prope Cairum sedem sibi elegisset, sub præsidio præfecti *Fadel*, medicas artes ingenti omnium applausu exercuit.

Moyses

Moyſes, quia rationem Philoſophia & diſciplinis Mathematicis excoluerat, brevi inter omnes Judæos, non niſi ſuæ Traditioni, fabulis corruptæ, ſtudentes, doctrina eminuit, & gravem methodum adhibuit. Ex magno numero librorum, quos compoſuit, duo præ ceteris celebrantur, quorum primus cum Titulo *Jadhazaca* totam Doctrinam *Thalmud*, nempe Jurisprudentiam civilem & Canonicam Judæorum, pulchro ordine diviſam, & in lingua Hebraica terſa clare explicatam, complectitur. Alterum Opus cum Titulo *More Nevochim* clavis eſt, ad capiendos textus difficiles Scripturæ, ex diſtinctione varii ſenſus, videlicet Literalis, Metaphorici, Anagogici, Allegorici contra illos, qui verba S. Scripturæ imperite accipientes, Deum ſibi corporeum fingebant, aut in alios errores labebantur. Hunc Librum a Moyſe lingua Arabica, nempe ipſius patria, ſcriptum R. Salomon *ben-Tibon* in Hebraicam tranſtulit, adhuc vivente & conſentiente Auctore. Judæis vero Francis, tum Antiochiæ, Tripoli, aut in aliis Orientis civitatibus, tum in Europa verſantibus, cum ex verſione cognitionem hujus Libri cepiſſent, minime probabatur; impatientiſſime enim ferebant, Philoſophiam Ariſtotelis ad explicandam Religionem adhiberi. Nemo ex iis ardentius

Sæcul. XII. A.C.1173.

Bibl. Rabb. p. 345.

p. 366.

Sæcul. XII. A.C. 1173.

dentius in Moysem invectus est, quam quidam R. Salomon Montispessulanus, duoque ex ejus Discipulis, contendentes, flammis tradendum esse hunc librum. Cumque alii doctissimi Judæi, inprimis Narbonenses, librum defenderent, exortum est quoddam belli civilis genus inter Synagogas, se se mutuo excommunicantes; ac per annos quadraginta schisma tenuit. Nihilominus Moysis, Maimonis filii, existimatio æmulorum invidiam superavit, ac Judæi affirmare non verentur, ipsum esse virorum omnium maximum, qui post Moysem Legislatorem solis lucem aspexerunt. Moyses anno millesimo ducentesimo primo septuagenarius viam universæ carnis ingressus est. Præcipuus ejus defensor extitit R. David *Kimhi*, inter Grammaticos Judæos celeberrimus, hi enim artem istam, ab Arabibus acceptam, annis demum abhinc centum quinquaginta colere cœperant. R. David, natione Hispanus Grammaticam suam, in eorum lingua, *Micol* dictam, circa annum salutis millesimum ducentesimum scripsit. Hæc de Sæculi duodecimi Rabbinis, quorum nomina in scholis Christianorum præ ceteris nota sunt, dicenda mihi videbantur.

v. Morin. II. *Exercit. Bibl.* 14. *c.* 1. *Simon. Crit. v. test.* 1. *c.* 30. 31.

§. XLV.

Sæcul. XII. A.C. 1173.

§. XLV.

Richardus Archiepiscopus Cantuariensis eligitur.

In Anglia Sedes Cantuariensis huc usque vacabat, quamvis Odo, Capituli Prior, anno superiore nihil intentatum reliquisset, quo licentiam Archiepiscopum Canonice eligendi impetraret. Rex enim pertimescebat, ne Thomæ successorem, virum constantem & virtutis ejus imitatorem sufficerent, cupiebatque efficere, ut Episcopus Bajocensis eligeretur, vir simplicis ingenii, qui a sua sententia facile dimoveri posset. Tandem cum Londini conventus Episcoporum Angliæ, mense Februario, anno millesimo centesimo septuagesimo tertio, ageretur, cui Odo Prior & aliquot Monachi intererant, solemni Ritu Rogerium Abbatem Beccensem elegerunt. Consenserunt Episcopi, nec Rex adversabatur, sed Abbas Rogerius, Legatis licet & Rege vehementer urgentibus, nunquam eo adduci potuit, ut hanc Dignitatem reciperet, ac ab eo onere *Alvei* ad S. Barbaram die Jovis, quinta Aprilis liberatus est. Sub finem ejusdem mensis Episcopi Clericique Angliæ Londinum convocantur, ad eligendos Episcopos, quandoquidem Ecclesiæ septem va-

Gervas. Chron. an. 1172.

Sæcul. XII. A.C. 1173. v. Gauduin.

cabant. Electi sunt igitur Episcopi seu, ad Regis & Procerum arbitrium, videlicet Richardus, Archidiaconus Pictavienſis, in Episcopum Wintonienſem, Geofridus *Ridel*, Archidiaconus Cantuarienſis, in Episcopum Elisenſem, *Foliot*, Archidiaconus Oxonienſis, in Episcopum Herfordienſem, Renaldus, Archidiaconus Saresberienſis, Joscelini ejusdem Eccleſiæ Episcopi filius, in Episcopum Bathonienſem, Geofridus Regis filius ex concubina natus, in Episcopum Lincolnienſem, qui annos ſeptem reditibus hujus Eccleſiæ, cujus Archidiaconus erat, potitus eſt, nunquam Episcopus ordinatus. Eccleſiæ Ciceſtrienſi Joannem *de Grenford*, ejusdem Eccleſiæ Decanum, ſuffecerunt.

Omnibus peractis de Archiepiſcopo Cantuarienſi eligendo quæſtio mota, Odo Prior petiit, ut aliquis ex Eccleſiæ Cantuarienſis gremio ad iſtud Dignitatis Eccleſiaſticæ faſtigium eveheretur; & poſtquam diu deliberatum, Regem, qui tunc in Normannia verſabatur, conſulere ſtatuerunt. Tum in alio Concilio Londinenſi Weſtmonaſterii celebrato Richardus Dubriſienſis Prior Canonice electus eſt. Is in Normannia natus, artibus liberalibus inſtitutus, ac in Monaſterium Eccleſiæ Cantuarienſis receptus, Capellani officio, ſicut Sanctus Thomas,

mas, postea Archiepiscopus, sub Theobaldo Præsule functus est. Cumque morum suavitate omnis conditionis homines sibi devinciret, ad Prioratum S. Martini, Ecclesiæ Cantuariensi subditum, in civitate Dubrisiensi, promotus est. Archiepiscopus electus est in Dominica Octavæ Pentecostes, die tertia Junii, atque Sabbato sequente solemni pompa Cantuariæ receptus. Jamque ad eum postera luce consecrandum omnia parabantur, cum affertur Epistola Regis juvenis, ad Capitulum Cantuariense directa, in qua dicebat: *Ad me delatum est, velle patrem meum in vestra ceterisque Provinciæ vestræ Ecclesiis viros minime idoneos ad Episcopatum evehere. Quia vero sine meo consensu, postquam in Regem unctus sum, Episcopi eligi non debent, appellavi ad S. Sedem, ac appellationem meam Cardinalibus Legatis Alberto & Theoduino indicavi, qui, cum sint viri prudentes, acquieverunt. Præterea appellationem interjectam Episcopis Londinensi, Exoniensi & Vigornienſi significavi, idemque vobis significo.* Ita Ordinatio Richardi dilata est, qui Legatos ad Papam misit, & paulo post ipse ad eum iter suscepit.

Sæcul. XII. A.C. 1173.

Gervas. Act. pontif. p. 1613.

Monast. Ing. to. 2. init.

Sæcul. XII. A C. 1173.

§. XLVI.

Bellum civile in Anglia.

Gervas. ibid.

Quippe ante bimestre in Quadragesima Rex juvenis Henricus III. favente Rege Franciæ, duobus fratribus Richardo & Geofrido in consiliorum societatem adscitis, in Regem patrem defectionem moverat. Regina quoque Alienora eorum mater, Guilielmus Rex Scotiæ, Philippus Comes Flandriæ, ejusque Frater Matthæus Comes Bononiæ, & Theobaldus Comes Campaniæ, Henrici juvenis partibus accesserant. Bellum hoc civile filiorum contra parentem pœnam esse a Deo, S. Thomæ Cantuariensis cædem ulciscente, immissam crediderunt, nec ante autumnum anni sequentis concordia revocari potuit. Henricus vero secundus, a filiis suis lacessitus, ad Alexandrum Papam dedit Epistolam, in qua dicit: *Supplex genibus tuis accido, consilium petens. Regnum Angliæ sub tua jurisdictione existit, & quoad Jus Feudale tibi soli subjicior. Intelligat nunc Anglia, quid Summus Pontifex possit; & quia armis ferroque non utitur, patrimonium S. Petri gladio spirituali defendat.* Talia loquentem Petrus Blesensis inducit hunc Principem, cujus jussu & nomine Epistolam scripsit.

ap. Petr. Bles. ep. 136.

§. XLVII.

Sæcul. XII. A. C. 1174.

§. XLVII.

S. Bernardus Sanctorum numero adscribitur.

Plus quam decem anni effluxerant, ex quo Fideles instabant, ut S. Bernardus in Sanctorum Catalogum referretur, cujus sanctitas tot virtutibus & miraculis eluxerat. Alexandrum III. Parisiis anno millesimo centesimo sexagesimo tertio commorantem, multi viri non temnendæ auctoritatis rogarunt, ut istud negotium in Concilio, quod Turone celebraturus erat, perficeret; idipsum cupiebat Papa, sed cum deinde plurimi petiissent, ut similem gratiam aliis provinciis concederet, eique non videretur, omnium voluntati obsequendum, ut invidiæ materiam tolleret, S. Bernardum Albo Sanctorum adscribere in aliud tempus distulit. Tandem interjectis decem annis, Monachis Claræ-vallis, & compluribus aliis primi ordinis viris rem istam urgentibus, Papa, id etiam suadentibus Cardinalibus, Bernardum Abbatem solemni ritu Sanctum pronunciavit, ejusque Festum in die obitus publice celebrari jussit. Hæc cognoscimus ex quatuor Bullis Anagniæ decima octava Januarii anno millesimo centesimo septuagesimo quarto datis,

To. 2. ap. S. Bern. p. 1341. to. 10. Cone. p. 1376.

Sæcul. XII. A.C. 1174.

quarum prima ad omnes Episcopos, Abbates, ceterosque Franciæ Prælatos, secunda ad Regem Ludovicum, quem Papa hortatur, ut monasterii Claravallensis, ubi Sancti Bernardi corpus quiescebat, tutelam suscipiat, tertia ad omnes Abbates Ordinis Cistercienſis, & quarta ad Abbatem Claravallensem ejusque Congregationem dirigitur. Ita S. Bernardus post annos mortis suæ viginti & menses quinque Sanctorum numero assertus est.

§. XLVIII.

S. Petri Tarentasiensis supremum tempus.

Sub idem tempus Alexander Papa S. Petrum Archiepiscopum Tarentasiensem in Franciam misit, ut Reges Franciæ & Angliæ reconciliare conaretur, ex quorum discordia tot hominum cædes, provinciarum pernicies, & Ecclesiarum ruina proficiscebantur. Hæc vero Summi Pontificis mandata reddita sunt S. Petro deliberanti, an non equi, quos paucos habebat, venumdandi essent, quo pauperum inopiam sublevaret; cumque hac de re Henricum, tunc Abbatem de *Hautecombe*, deinde ad Claramvallem translatum, & tandem Cardinalem Episcopum Albanensem, consuluisset, is Archiepi-

chiepiscopum monuerat, ipsum forte pedibus iter facientem posse provinciam suam lustrare, sed si in regiones remotiores excurrendum esset, quod certe futurum, sine equis labori non suffecturum. Dum pie consultant, adest cursor a Papa missus cum mandatis; Petrus quam celerrime posset in Franciam proficiscereretur. Ergo Præsul, accepto socio Abbate Cistercienſi, viæ se commisit, in quo itinere complura miracula edidit. Sæcul. XII. A.C. 1174.

S. Petrus Ludovicum Regem habuit Calvimonti in Vexino, cum Henrico Rege juvene, genero suo, qui venienti S. Præsuli obviam procedens, ubi eum conspexit, ex equo desiliit, pedesque ejus amplexus, repugnanti deinde Humerale detraxit, cujus particulas jam prius alii resecuerant. Monachis vero Archiepiscopi sociis Regem juvenem interrogantibus, in quem usum vetustum centonem in thesauro suo vellet reponere, respondit: *Alia vobis esset sententia, si sciretis, quot ægroti attactu cinguli ejus, quod aliquot abhinc annis dono acceperam, sanitati fuerint restituti.* S. Præsul, ex quo advenisset, non nullis patratis miraculis omnium admirationem rapuit, ac præter alia puero duodenni, & ab annis septem cœco, duobus Regibus & Comite Flandriæ præsentibus, lumen reddidit in hunc modum: puero, quem

Sæcul. XII. A.C. 1174.

cum matre sua Regum Prætoriani repellebant, accedere jusso, ejusdem manui denarium inseruit, mox digitis suis propria saliva madefactis, infantem signo Crucis in oculis & in capite munivit, breviterque oravit. Spectantibus vero Regibus aliisque & invicem quærentibus, an serio hæc ageret, aperiuntur pueri oculi, denarium & circumstantes aspicit, dicens: *Mater video jam, video omnia.* Illa ad Archiepiscopum tanquam ad aram refugii conversa, & in genua provoluta, extensis manibus levatisque in cœlum oculis ardentissime oravit. Rex Franciæ, miraculi adjunctis ad examen revocatis & cognita veritate, ante puerum genuflectit, Divinam in eo adorans omnipotentiam, tum oculos ejus caputque osculatus eleemosynam offert.

In die cinerum, hoc anno millesimo centesimo septuagesimo quarto in sextam Februarii incidente, ambo Reges ad Monasterium *de Mortemer* Ordinis Cistercienſis, in Silva Lugdunensi in Normannia positum, se contulerunt. S. Præsul, Sacris operatus, ambos Reges cinere aspersit, iterumque Equitem, qui pridem accepto vulnere oculorum alterum amiserat, sanavit, & pluribus aliis prodigiis, ejus orationem sequentibus, Gisortii in Abbatia *Vere* & *Hautebruyere* Sanctitatis opinionem auxit. At nullus

alius

alius itineris hujus fructus obvenit, nam negotium pacis, cujus amore a Pontifice missus fuerat, infectum reliquit. In reditu S. Petrus morbo tentatus, ac in Monasterio Bellavallensi Diœcesi Vesuntinensis subsistere compulsus est, ibique in Festo Exaltationis S. Crucis, decima quarta Septembris, eodem anno millesimo centesimo septuagesimo quarto, ad Cœlestia abiit, cui die post obitum tertia Eberhardus Archiepiscopus Vesuntinensis, pluribus Abbatibus assistentibus, justa peregit. S. Petrus ad annum ætatis suæ septuagesimum tertium pervenerat, & Ecclesiæ Tarentasiensi annos triginta tres præfuerat. Ecclesia ejus memoriam octava Maji colit.

Sæcul. XII. A.C. 1174.

vid. Pag. ann. 1174. *n.* 12.

Sup. Lib. LXVIII. §. 73.

§. XLIX.

Richardus Cantuariensis ordinatur.

Inter hæc Richardus, electus Archiepiscopus Cantuariensis, & Renaldus, electus Episcopus Bathonienſis, Romam pervenerant, petentes, ut ipsorum ceterorumque Episcoporum in Anglia electio confirmaretur. His quidem obsistebant potentissimi Adversarii, videlicet Legati Regis Franciæ, & Regis junioris Angliæ, duce quodam Bertario, Aurelianensi Doctore. Papa vero vehementer querebatur, quod ceteri Episcopi electi, inprimis Geofridus *Ridel*

Roger. Hoved. p. 538. *Gervas. an.* 1174.

Sæcul. XII. A.C. 1174.

Episcopus Elisiensis, non adveniisset; sed tandem, postquam multa hinc & inde fuissent objecta, Electionem Richardi Archiepiscopi in Dominica *Quasimodo*, ultima die Martii, anno millesimo centesimo septuagesimo quarto, ratam habuit, & ipsum Dominica sequente ordinavit. Alia die eidem Pallium contulit, ac paulopost Primatum & Legati Apostolici in Anglia auctoritatem, qua in Regem patrem rebelles adhibitis censuris Ecclesiasticis coerceret.

§. L.

Regis Angliæ Pœnitentia.

Gervas. & Roger.

At belli necdum erat finis, quod Scoti & Cambri, ferocissimi populi, & veteres Anglorum hostes inaudita sævitia gerebant. Quippe Sacerdotes ad aram Sacris operantes trucidabant, & dissecto prægnantium feminarum utero infantes mucronibus fixos in lucem protrahebant. Rex parens, a suis propemodum omnibus proditus (nam exteri in corporis custodiam successerant, quos pingui stipendio sibi conciliabat) prementibus undique angustiis, cum vix spes supereresset, provincias in continenti servari posse, saltem Angliam sibi asserere statuit, quo mense Julio ineunte navigavit. In Angliam autem appulsus nihil antiquius habuit, quam Cantuariam ire veniam

Gest. post.

veniam a Sancto Martyre rogaturus. Quare die Veneris, duodecima ejusdem mensis, ex Ecclesia S. Dunstani, satis longe extra urbem posita, procedens, vili tunica lanea ad carnem tectus, nudis per lutum platearum pedibus, usque ad sepulchrum Sancti pervenit, ibique prostratus ab omnibus Episcopis, Abbatibus, illiusque Congregationis Monachis, singillatim accedentibus, virgis percuti sustinuit. Ita jacens in nudo pavimento totam diem noctemque sequentem orans & nihil cibi capiens perseveravit. Matutinis decantatis, cuncta Altaria Ecclesiæ superioris ac Reliquias Sanctorum ibi quiescentes veneratus, ad tumulum S. Thomæ in cella inferiore rediit. Sabbato, cum illucesceret, petiit in honorem ejusdem S. Thomæ Missam celebrari, cui interfuit. Tum magno solatio & lætitia refectus Cantuaria excessit, ac die Dominica Londinum intravit. Sæcul. XII. A.C. 1174.

Eadem die, decima tertia Julii, dum Rex Angliæ Sacro intendit, Rex Scotiæ in Comitatu Eboracensi ab Anglorum agmine captus est, & Rex juvenis cum Comite Flandriæ in Angliam transfretaturus, cum comperisset, patrem suum in illo regno versari, remansit in Normannia, ac civitatem Rotomagensem, Rege Franciæ operam jungente, ad deditionem compellere omnibus viribus conatus

Sæcul. XII. A.C. 1174.

conatus est. Itaque vix tribus septimanis elapsis, ex quo Rex ad Sepulchrum S. Thomæ peregrinatus fuerat, bello in Anglia sopito, in Normanniam circa Festum S. Laurentii revectus est, auxilia urbi Rotomagensi laturus. Ceterum Deum & S. Thomam laudans, Regem Scotiæ tresque alios Comites captivos, more triumphantium, ducebat.

In Normannia Richardus Archiepiscopus Cantuariensis, nuper ordinatus, Roma redux, Regem prope Cadomum e navi descendentem excepit, atque ipsa die cum ipso prandere jussus est. Ceterum Archiepiscopus, Cadomi commorans, Sacræ Sedis auctoritate omnes Regis inimicos, ne quidem Rege ipsius filio, quem prius ruituri fulminis admonuerat, excepto, excommunicavit. Inde Archiepiscopus in Angliam devectus Sabbato, die quinta Octobris Cantuariam pervenit, ubi die sequente quatuor Episcopos, Wintonienſem, Elisienſem, Herfordienſem, & Ciceſtrienſem consecravit. Satis ei fuit recipere juramentum Renaldi Episcopi Bathonienſis, qui in reditu ex Italia ad S. Joannem in Valle Maurienſi ordinatus fuerat. Rex vero Angliæ Rotomagum ab obsidione liberavit, & in Colloquio die post Festum S. Michaelis, ultima Septembris habito, rebel-

Petr. Bles. ep. 69.
Id. ep. 47.

rebelles filios in gratiam recepit. Ita pax in omnes ejus Ditiones rediit. Sæcul. XII. A.C. 1174.

§. LI.

Albertus Archiepiscopus Salisburgensis depositus.

In Germania Fridericus Imperator Ratisbonæ vigesima sexta Maji comitia celebravit, quibus augustiora unquam in Bavaria acta fuisse nemo meminerat. In iis tandem Imperator de Ecclesia Salisburgensi decernere statuerat, cujus Archiepiscopus Albertus Alexandro Papæ addictus, ideoque Friderico invisus, cum ante biennium in conventu Salisburgi convocato, ejus conspectum frustra subiisset, Ratisbonam quoque cum Henrico Austriæ Duce, Propinquo suo, venit. Huic Præsuli, Ladislao Rege Bohemiæ, parente suo, anno superiore millesimo centesimo septuagesimo tertio, vita functo, fixa sedes nullibi erat, nam Bohemiam Imperator occupaverat. Ceterum non nulli Præsules Bavariæ a suo Metropolita defecerant, Nunciisque cum querelis clam ad Papam missis, eum deponi poposcerant. Sed Papa a plerisque ejusdem provinciæ Præsulibus certiora edoctus, Archiepiscopum Albertum tuebatur. *Chron. Reichersp. an.* 1172. 1174.

In Conventu Ratisbonensi nullum ferociorem adversarium Albertus sensit, quam

Sæcul. XII. A. C. 1174.

quam Richerium Episcopum Brixinensem, qui absque ejus consensu electus, etiam in eodem Conventu ab Episcopo Gurcensi, Alberto invito, consecratus est; nam altera die omnes Præsules præsentes permovit, ut Imperatoris voluntati velificarentur, & eum deponerent; cunctique Principes Sæculares, Duce Austriæ excepto, consenserunt. Nec mora, in Sedem Salisburgensem suffici-tur Henricus Bertolsgadensis, Solio imponitur, Investituram Imperator confert, Principes Feuda hujus Ecclesiæ tenentes, quorum primi Duces Bavariæ & Saxoniæ fuerunt, Homagium Archiepiscopo præstant. Fuere tamen aliquot Præsules & Clerici, licet pauci, qui actorum participes esse noluerunt, quod contra Canones peccaret electio. Ceterum ajebant, si Sedes Salisburgensis vacasset, Henricum Bertolsgadensem non modo Archiepiscopali Sacerdotio dignum, sed etiam sibi pergratum futurum. Is singularem pietatem profitebatur, Vir prudens & eloquens, a puero sub Disciplina Ecclesiastica educatus, quem denique tam Laici quam Ecclesiastici magni faciebant.

Albertus Archiepiscopus ab æmulis oppressus querelas ad Alexandrum Papam detulit, Erchampoldo, Capellano suo, Canonico Reicherspergensi, Romam

mam missso, qui jam ante in eadem causa bis iter ad Sedem Apostolicam susceperat. Is tres Papæ epistolas retulit, Anagniæ octava Septembris datas, quarum prima ad Albertum Archiepiscopum, secunda ad Conradum Archiepiscopum Moguntinum, suum in Germania Legatum, & tertia ad Præpositum & Capitulum Salisburgense directa. In his epistolis Papa Depositionem Alberti, tanquam contra Jura Divina humanaque, ac summa Sacræ Sedis injuria peractam, nullam declarat. Legato suo præcipit: Episcopis Gurcensi, Brixinensi & Henrico Præposito diem præscriberet, intra quem intrusus iste ad Ecclesiam suam redire, & Archiepiscopo suo obedire compelleretur. Capitulum quoque Salisburgense sine mora legitimo suo Archiepiscopo Alberto obsequi jubet. Illud autem memorabile, quod Episcopi Gurcensis & Brixinensis dicerent, se Henricum Præpositum salva obedientia Alexandro Papæ debita elegisse, quod Papa in his literis refert. At Pontificis conatus in cassum ceciderunt, adversante Imperatore, sub cujus præsidio Henricus annos quatuor Sedem Salisburgensem tenuit.

Sæcul. XII. A.C. 1174.

§. LII.

Lambertus Balbus Leodii.

Rudolphus Episcopus Leodiensis, Alexandri

Ægyd. c. 52. M. Chr. Belg. p. 193.

Sæcul. XII. A.C.1174.

xandri Successor, avaritiæ vitio usque adeo sordescebat, ut in foro publico Præbendas plus pecuniæ offerenti venumdaret. Quidam S. Presbyter nomine Lambertus, cognomento Balbus, quia lingua impeditus erat, scandali enormitatem non ferens, adversus simoniam corruptosque Clericorum mores declamare cœpit. Literis licet leviter tinctus magno zelo fervebat; unde tota civitas ejus prædicatione commota; turmatim populus confluebat, & multi peccatores conversi. Indignabantur vero Clericorum præcipui, cumque, quid agendum, deliberassent, Episcopum adeunt, qui missis ministris Presbyterum comprehendi jubet. Dum per Ecclesiam Dominæ Nostræ deducitur, quidam Presbyteri aliique Clerici captivum pugionibus pungebant, & unguibus cutem lacerabant; at ille conversis ad Altare oculis & ducto altissime suspirio, *heu, tempus imminet*, inquit, *quo porci in loco, in quo nunc stas, terram fodient.* Vera dixisse Lambertum eventus postea docuit. Itaque jussu Episcopi in Arce Rivoniacensi includitur, ubi Acta Apostolorum ex Latino in Francicum transtulit. Inde eum Episcopus, Clericorum consilium secutus, Romam misit, ut ibi pœnam daret temeritatis, qua non vocatus prædicare ausus fuisset. Verum Alexander Papa, haud ignarus, optimæ

optimæ fidei virum esse, quem aliorum invidia persequeretur, Lambertum data prædicandi licentia domum remisit. Is etiam matronas puellasque collegerat, permoveratque ad continentiam servandam. Hæ ab Auctoris nomine * *Beguinæ* appellatæ; atque istud Institutum in hanc usque diem in Belgio ætatem tulit, ubi præclaro Fidelium exemplo, visuntur congregationes feminarum, quæ, nullo edito voto perpetuo, vitæ rationem communem, orationi & labori vacantes, tenent. Lambertus Balbus Leodii anno millesimo centesimo septuagesimo septimo animam Creatori suo reddidit, ac in Ecclesia S. Christophori, quam ædificaverat, tumulo illatus est.

Sæcul. XII. A. C. 1175.

* le Begue.

§. LIII.

Concilium Londinense.

Pace in Angliam reducta, ambo Reges pater & filius simul eo revecti sunt, mense Majo, anno millesimo centesimo septuagesimo quinto, cum Richardus Archiepiscopus Cantuariensis Concilium celebraturus esset, quod etiam in Dominica ante Ascensionem Domini, die decima nona Maji, in Ecclesia S. Petri Westmonasterii inchoavit, omnibus Episcopis Cantuariensis provinciæ Suffraganeis præsentibus, exceptis Vigor-

Gervas. p. 1429. to. 10. Conc. p. 1461. Rog. p. 542.

Sæcul. XII. A C. 1175.

nienſi, qui morbo detinebatur, & Norwicenſi, quem mors abſtulerat. Præerat vero Richardus, ut Archiepiſcopus, Primas & Sacræ Sedis Legatus. Ad ejus dextram ſedebat Epiſcopus Londinenſis, ut Eccleſiæ Cantuarienſis Decanus, ad lævam Epiſcopus Wintonienſis, ut ejusdem Eccleſiæ Cantor. Tum ceteri Epiſcopi & Abbates ſecundum Ordinationis ſuæ tempus in ſubſelliis acquieſcebant. Poſtquam Archiepiſcopus, ea qua pollebat facundia, peroraſſet, Canones, Regis Optimatumque conſenſu conditos, recitari juſſit, numero novemdecim, ac plerosque ex antiquis Conciliis expromtos. In quibus ſequentia notatu digna mihi viſa ſunt.

§. 3. His, qui in Sacris Ordinibus conſtituti ſunt, judicium ſanguinis agitare non liceat. Nempe ubi rei membris truncabantur, quæ pœna illa ætate erat frequentiſſima. Nullus Presbyter Officium Vicecomitis aut Prætoris Sæcularis obeat. Nempe Laicorum ignorantia prohibebat, ne iis ſemper Judicis auctoritas tuto committeretur. Judicia ſanguinis contra ſæculares non exerceantur in Eccleſia & Cœmeterio, quia reis ibi conſtituta eſt tutela refugii. Monachi aut Clerici non negotientur. Monachi præfecturam & ratiocinia prœdiorum ſæcularium

§. 6.

§. 10.

cularium in se non suscipiant, & Laici Beneficia Ecclesiastica non administrent. Si Clerici litigaverint, victus ad expensas condemnetur. Præfationibus in Missa institutis non addantur aliæ, sed illæ decem pro more recepto serventur. Sunt autem eædem, quas hodieque recitamus. Nemo quasi pro complemento Communionis intinctam Eucharistiam Fidelibus porrigat. Ergo jam tunc plerique sub sola panis specie communicabant. Hostia non consecretur nisi in calice aureo vel argenteo, non autem in stanneo. Matrimonia clandestina non fiant. Qui pueris desponsant puellas in cunabulis, nihil agunt, nisi postquam uterque puerorum ad ætatem a Legibus & constitutionibus Canonicis præscriptam pervenerit, consentiat. Nempe Reges sæpe filiorum filiarumque suarum in cunis jacentium conjugia decernebant.

Sæcul. XII. A.C. 1175.

c. 14.

c. 16.

c. 17.

c. 18. 19.

In hoc Concilio Clerici Rogerii Archiepiscopi Eboracensis Archiepiscopum Cantuariensem ad Romanum Pontificem appellarunt de jure duplici, quod Eboracensis sibi competere contendebat; nempe, Crucem sibi procedenti præferri debere, etiam in Diœcesi Cantuariensi, secundo, Episcopos quatuor Lincolniensem, Cestrensem, Vigorniensem

Sæcul. XII. A.C. 1175.

& Herfordienſem Eccleſiæ Metropoliticæ Eboracenſis Suffraganeos eſſe.

Godefridus Epiſcopus Eccleſiæ *S. Aſaf* in Wallia * paupertate & infeſtatione Wallenſium compulſus in Angliam diverterat, ubi a Rege Henrico benigne ſuſceptus, ab eodem Abbatiam Abendonienſem vacantem, Titulo cuſtodiæ, acceperat, donec ad Sedem ſuam libere redire poſſet. At in Concilio Londinenſi Clerici Sancti *Aſaf* querebantur, quod ad Eccleſiam ſuam reverti recuſaret, etſi ab Alexandro Papa monitus. Ergo Richardus Archiepiſcopus ex Patrum conſilio Godefrido præcepit, vi obedientiæ ad Sedem ſuam rediret, vel curam Paſtoralem, quæ ſibi fuerat commiſſa, abſolute reſignaret. Godefridus ſperans, ſe Abbatiam Abendonienſem obtinere poſſe, alterum ex mandatis ſibi elegit, & Epiſcopatum in manu Cantuarienſis Archiepiſcopi, tradens ipſi annulum & Baculum paſtoralem, abdicavit. Tum Archiepiſcopus in ejus locum quemdam Magiſtrum Adam Epiſcopum S. Aſaf conſecravit. Cumque deinde Rex Abbatiam *Abendon* cuidam Monacho contuliſſet, Godefridus utroque privatus eſt. Idem is eſſe creditur ac Godefridus Artus ſive de Momuthenia, qui Hiſtoriam veterum Britonum ab ætate Regis Bruti Trojani usque ad Regem Artum,

* Cambria.

Rog. p. 544. Gervas. p. 1432.

Vid. Guil. Neubrig. poæm. Godwin. p. 654. Cave p. 469.

Artum, innumeris fabulis repletam, scripsit, & Prophetias Merlini vertit. Sæcul. XII. A.C. 1175.

§. LIV.

Exemtio Monachorum.

Cum Monachi Malmesburienses Abbatem elegissent, Episcopus Saresberiensis Diœcesanus, nomine Summi Pontificis, vetuit, ne a quoquam alio Episcopo extra Diœcesim Benedictionem Abbatialem accipere præsumeret. Nihilominus Abbas, clam in regionem Wallensium profectus, ab Episcopo Landavano benedictus est. Quare, Episcopo Saresberiensi querelam ad Richardum Archiepiscopum Cantuariensem deferente, is Episcopum Landavanum & Abbatem ab Officio Sacerdotali suspendit, donec facti sui rationem reddidissent. Postquam igitur Partes litigantes ad Judicium se contulissent, & producta fuissent privilegia, Archiepiscopus nihil invenit, quod Abbatem a Jurisdictione Episcopi Saresberiensis eximeret, nisi aliquam exemtionis Bullam, falsitatis suspectam, quod & Sigillum & Stilus a communi aliarum literarum forma abhorrerent. Auditis testibus & privilegiis inspectis, Archiepiscopus Partes ad transactionem & concordiam hortabatur, nec difficilem se præbebat Episcopus; sed Abbas pacem repulit ac Archiepiscopi

Sæcul. XII. A.C.1175

sententiæ se submittere detrectavit, dicens se non alterius quam solius Papæ judicio stare debere, atque discedens & indignans adjecit; Abbates vecordes esse homines ac miserabiles, quibus animus deficeret, quo Episcoporum potestatem abolerent, cum, dato unius nummi aurei censu, Romæ plenam libertatem impetrare possent.

Inde arrepta occasione Richardus Archiepiscopus data ad Alexandrum Papam epistola, nomine omnium Episcoporum de Exemtionibus conquestus est, in hunc modum: *Hoc malum*, inquit, *latissime grassatur. Abbates Primatibus & Episcopis rebelles insultant. Neminis imperium pati possunt, qui depravatos eorum mores castiget. Quidquid cupiunt, licere sibi volunt. Inde est, quod plurimorum monasteriorum bona diripiantur. Abbates lautissime epulantur, quiete vivunt. Monachi, quasi Capite destituti, otiantur, & confabulantur; si enim disputantium tumultum audires, Sancte Pater, profecto te nequaquam in virorum religiosorum claustrum sed ad forum publicum delatum fuisse existimares. Nisi promtum remedium huic pesti opponas, timendum, ne etiam Episcopi Archiepiscopis, Decani & Archidiaconi suis Prasulibus obedire recusent, sicque Ecclesiastica Hierarchia in totum destruatur. Quis enim*

Petr. Bles. ep. 68.

enim aliud agis, obsecro, cum Abbates a potestate Episcoporum eximis, quam quod seditiosis vexillum præferas, & filiorum manibus gladios, quos in patres suos stringant, inferas? An Papæ salva Justitia cuiquam gratiam concedere possint, qua Episcopi jus lædunt, & quod suum est, adimunt? Scio, Pontifices olim hasce exemtiones concessisse, ut pacem monasteriorum conservarent, eaque ab Episcoporum tyrannide liberarent. Attamen contrarium, quam quod sperabatur evenit; nam monasteria, quibus, sive Auctoritate Papali, sive, quod frequentius fit, per Bullas obreptitias & adulteratas, abominanda libertas obtigit, exinde multo magis perturbata, & ad paupertatem redacta sunt. Quare multæ Congregationes, Sanctitatis fama celeberrimæ, vel nunquam exemtiones receperunt, vel paulopost abjecerunt receptas. Huc usque Archiepiscopus Cantuarienſis, seu potius Petrus Blesensis, ipsius nomine scribens. Ceterum Monasterium Malmesburiense tunc certe exemtum non erat, cum in medio Sæculi sequentis necdum fuerit, quod ex Bulla Innocentii IV. anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octavo data cognoſcimus (*).

Sæcul. XII. A.C.1175.

Monast. Angl. tom. I. p. 53.

(*) Exemtionem contra fas omne affectabat Abbas

Sæcul. XII. A.C. 1175.

§. LV.

Alexandria Episcopatus.

Act. Alex. ad. Baron. 1174. & 1175.

Mense Septembri anno millesimo centesimo septuagesimo quarto Fridericus Imperator Longobardiam quinto intravit, totamque hyemem in Alexandriæ novæ obsidione transegit, quam tandem post quatuor mensium spatium in Festo Resurrectionis dominicæ, decima tertia die Aprilis, anno millesimo centesimo septuagesimo quinto, solvere coactus, Ticinum se recepit, unde missis ad Episcopos Portuensem & Ostiensem, ac ad Cardinalem S. Petri ad vincula Nunciis, pacis conditiones Papæ exponi jussit. Papa eosdem tres Cardinales Ticinum misit, Imperator vero Philippo, electo Archiepiscopo Colonienſi, Cancellario suo, & Protonotario mandata dedit, quibus instructi cum Legatis & Consulibus civitatum Longobardiæ de pacis fœderibus agerent. Sed nihil

Abbas iste Malmesburienſis. Nam nec hodie Exemtiones Pontificiæ in Congregationibus Ordinis Nostri usque adeo extenduntur, ut Abbates electi ab alio quam ab Episcopo Diœcesano benedici possint. Quin licet Episcopi nec per se, nec per Legatum Electioni interſint, deinde tamen Abbates Electos benedicunt & confirmant.

nihil effectum, plurimique crediderunt, solum ideo astutum Principem hanc viam tentasse, ut per inducias Longobardorum, quibus sors armorum favebat, successum in æstate suspenderet. Sæcul. XII. A. C. 1175.

Inter hæc Papa, ut Alexandrinorum civium fidem, Sacræ Sedi præstitam, beneficio remuneraretur, a S. Galdino Archiepiscopo Mediolanensi, Episcopis illius provinciæ, & Longobardiæ Magistratibus rogatus, novam urbem Episcopatus honore donavit, primumque Episcopum dedit Harduinum Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum, qui antequam sacro oleo ungeretur decessit e vita. Contra, ut a civitate Ticinensi pœnas exposceret, quod diu Octaviani Antipapæ & Friderici Imperatoris excommunicati partibus faviset, Papa illum Episcopum jure Crucis præferendæ & Pallii exuit. *Ital. Sacerd. to. 4. p. 449. Act. ap. Bar. 1175.*

§. LVI.

Ordo Militaris S. Jacobi.

Eodem anno Alexander Papa Institutum novi Ordinis Militaris S. Jacobi in Hispania confirmavit. Constabat vero hic Ordo Clericis & Equitibus partim cœlibatum colentibus, partim in conjugio viventibus, quorum uxores tanquam Ordinis sorores habebantur. Instituti ratio erat, Saracenos oppugnare, tum *to. 10. Conc. p. 1378.*

Sæcul. XII. A.C. 1175.

ut ab eorum irruptionibus Christiani liberarentur, tum ut nata occasione eos ipsos ad Christi Fidem perducerent. Equitibus præpositus erat Magister, nomine Petrus Fernandez, præter plures alios præfectos. Nihil proprium possidebant, sed erat communio bonorum; quain re exemplum primorum Hierosolymis Fidelium sequebantur. Ordini adstricti erant, nec ad Sæculum redire, aut ad aliud Institutum transire, sine Magistri consensu licebat. At Equitum viduæ secundo nubere non prohibebantur. Omnia quæ armis occupassent, aut donatione acquisivissent, non privatis, sed toti Ordini adscribebantur, si modo illas ditiones Saraceni tempore, quod omnem hominum memoriam superaret, tenuissent, licet etiam aliquis possessionis chartas tanto tempore antiquiores exhibuisset. Clerici ad Ordinem pertinentes in Congregatione & Bonorum communione vivere tenebantur, superpelliceis induebantur, Equitibus Sacramenta administrabant, & eorum filios informabant. Ipsorum erat regere Ecclesias ab Equitibus ædificatas, quæ ab omni censu & decimis, Episcopo dandis, liberæ erant. Totus Ordo ab Interdictis generalibus erat exemptus, & Ordinis membra, a nemine nisi a Legato a latere vel Interdicto vel Excommunicationi subjici poterant.

erant, quod privilegium ad eorum fami- Sæcul. XII.
lias quoque & famulos extendebatur. A. C. 1175.
Ad hæc privilegia redimenda Ordo singulis annis Papæ decem *Malachin*, vulgare pecuniæ signatæ in Hispania genus, persolvere tenebatur.

Hæc ex Bulla Alexandri Papæ, appositis tredecim Cardinalium nominibus, Ferentini, quinta Julii, anno millesimo centesimo septuagesimo quinto, data, cognoscimus.

§. LVII.

Hugucio Legatus in Anglia.

Regem Angliæ vehementer offenderat *Gervas.*
Alienora conjux, quæ filios suos ar- *an.* 1175.
ma parenti inferentes consilio juverat. Eam in munitissima quadam Arce custodiæ tradiderat; quin & divortium meditari dicebatur, ac in eam rem præcipue Legatum a Papa petiisse credebatur. Misit Papa Hugonem seu Huguciónem, Cardinalem Diaconum Tituli S. Angeli, seu S. Michaelis, de prosapia Petri Leonis ortum. Eum sub finem mensis Octobris anno millesimo centesimo septuagesimo quinto in Angliam appulsum Rex honore maximo, quem nempe blanditiis capere cupiebat, excepit. Paucis post adventum suum diebus potestatem fecit Regi, qua actio mota est coram Regio Præto-

æcul. XII. A.C.1176.

Prætore Laico contra Clericos, accusatos, quod in nemore, Regis oblectationi destinato, feras insectati fuissent. Idque Clericis in Anglia minime probabatur; unde Legatus, Regis munificentia corruptus, nimium indulsisse ferebatur.

Roger. p. 550. *to.* 10. *Conc. p.* 1469.

Anno sequente ineunte, ad Festum nempe conversionis S. Pauli, vigesima quinta Januarii, Rex Angliæ Northamptonii frequentissimum Conventum Episcoporum & Optimatum celebravit, cui etiam Guilielmus Rex Scotiæ interfuit; eum enim, Henricus duris conditionibus liberatum, ad præstandum sibi homagium compulerat, ac ab Episcopis illius regni exegerat, ut promitterent, se Archiepiscopum Eboracensem Metropolitam suum esse veneraturos. Aderat ergo Guilielmus Regis Henrici jussu, cum Richardo Episcopo S. Andreæ, Joscelino Episcopo Glascovienſi ceterisque omnibus Episcopis, Abbatibus & Principibus Scotiæ. Præcepitque Rex Angliæ, ut Ecclesiæ Anglicanæ se se eadem ratione submitterent, qua sub Regibus Antecessoribus suis subjecti fuissent. (Nempe illa ætate necdum in Scotia Ecclesia Metropolitana erecta fuerat.) Rogerius vero Archiepiscopus Eboracensis affirmabat, Episcopos Glascovienſem & alterum *de Ouittern* seu Casæ Candidæ sibi esse subje-

Robert. de Monte an. 1175.

Sæcul. XII. A.C. 1176.

subjectos, atque ut id probaret, Bullas Pontificum expromebat. Contra Jocelinus Glascovienſis reſpondebat, Eccleſiam ſuam ſingulari privilegio eſſe Eccleſiæ Romanæ filiam, & a poteſtate cujuscunque Archiepiſcopi & Epiſcopi exemptam. Præter hæc omnia Richardus Archiepiſcopus Cantuarienſis omnibus viribus contendebat, cunctas Scotiæ Eccleſias Cantuarienſi ſubjectas eſſe oportere, obtinuitque a Rege, ut Epiſcopos Scotiæ nullo edito ſubjectionis juramento dimitteret.

In Dominica IV. Quadrageſimæ, hoc anno in diem decimam quartam Martii incidente, cum Hugucio Legatus Concilium Londini convocaſſet, Rogerius Archiepiſcopus Eboracenſis contendit, primum locum in Seſſionibus ſibi & ſecundum Archiepiſcopo Cantuarienſi deberi, exhibuitque literas S. Gregorii, in quibus dicit, ex priore vel poſteriore ordinationis tempore ſtatuendum eſſe, quis amborum, vel Epiſcopus Londinenſis vel Eboracenſis, jure primum locum occupare debeat. Nam dicebat Rogerius; quæ S. Gregorius de Epiſcopo Londinenſi ſcripſiſſet, de Epiſcopo Cantuarienſi accipienda eſſe, ſe vero diu ante quam Richardum fuiſſe ordinatum. Die Jovis ſequente inchoatur Concilium Weſtmonaſterii in ſacello monachorum infir-

to. 10. p. 1470 ex Rog. Gervas. p. 1433. Radulf. dic. p. 588. Sup. Lib. XXXVI. §. 37. Grego. 12. ep. 15.

Sæcul. XII. A.C. 1176.

infirmorum, Regibus patre & filio præsentibus, Legatus Concilii Præses in medio & sede elatiore locum capit, Richardus Archiepiscopus Cantuariensis subsellium ad dextram occupat, tanquam Primas, & ecce Rogerius Archiepiscopus Eboracensis ad sinistram procedere dedignatus, in gremium Richardi proruere & genibus ejus insidere non est verecundatus. Mox autem a quibusdam Episcopis aliisque Clericis abstrahitur, in terram prosternitur, pugnis & fustibus strenue castigatur, ac tandem ab Archiepiscopo Richardo e furentium manibus eripitur. Rogerius de terra surgit vestibus in illo tumultu fœde laceratis, & ad pedes Regis supplex accidit, rogans, ut injuriam sibi a Richardo illatam ulciscceretur, plerisque inter hæc vociferantibus : *Væ tibi, perfide! væ tibi, latro! cujus manus hodieque S. Thomæ perempti sanguine rubescunt.* Risit Rex Rogerium ista precantem. Utrinque ad Papam appellatum, sed postea aliud placuit. Ita solutum est Concilium, discedente Legato, cum intelligeret, auctoritatem suam in Anglia viluisse. Exinde, Rege potissimum auctore, inter ambos Archiepiscopos convenit de induciis quinque annorum, quo temporis spatio nec Rogerio ob accepta in Concilio verbera conqueri liceret, nec aliqua actio

actio de eorum lite aut Ecclesiarum privilegiis moveretur, sed tota causa Archiepiscopi Rotomagensis, aliorumque Regni Franciæ Episcoporum arbitrio, committeretur. Sæcul. XII. A.C. 1176.

§. LVIII.

Vivianus Legatus in Scotia.

Postquam Hugucio Legatus ad Festum S. Petri, mense Junio exeunte, solvisset ex Anglia, mense sequente alius appulit, nempe Vivianus Cardinalis Presbyter, in Scotiam, vicinas Insulas, ac in Hiberniam cum potestate Legati missus. Cumque Regis Angliæ jussu Richardus Episcopus Wintonienſis & Geofridus Episcopus Elisiensis ad eum veniſſent, ut quærerent, qua auctoritate in Angliam sine Regis licentia pedem inferre ausus fuisset, pavidus jurejurando promisit, se in ista Legatione contra Regis voluntatem nihil acturum. Ita licentia transeundi ei data, addidit Rex iter facienti præsidium, atque omnia necessaria, donec in ditiones Regis Scotiæ pervenisset. In Scotia Vivianus, anno sequente Concilium celebrans, Christianum Episcopum Casæ candidæ a Sacris suspendit, quod ad Synodum non veniſſet. Sed ille censuræ se subjicere renuit, Rogerii *Gervas.*

Archi-

Sæcul. XII. A.C. 1176.

Archiepiscopi Eboracensis, cujus erat Suffraganeus, præsidio munitus. Ex Scotia Vivianus in Hiberniam navigavit, & Dublini Concilium omnium totius Insulæ Episcoporum celebravit. At non tantam, quantam speraverat, auri vim inde referens, in Scotiam revectus est.

to. 10. Conc. p. 1481. 1739

G. Neubrig. 3. c. 9.

§. LIX.

Joannes Saresberiensis Episcopus Carnotensis.

Radulf. de dic. p. 592.

In Festo S. Magdalenæ vigesima secunda Julii anno millesimo centesimo septuagesimo sexto Decanus, Cantor, & Cancellarius Ecclesiæ Carnotensis, Cantuariam pervenerunt, totius Capituli nomine Joannem Saresberiensem, quem Episcopum elegerant, sibi expetentes. Nam Guilielmus *manibus candidis*, Regis Ludovici junioris Affinis, qui annis octo, dispensante Papa, cum Archiepiscopatu Senonensi, ad quem anno millesimo centesimo sexagesimo octavo evectus fuerat, etiam Carnotensem possederat, Joannem Saresberiensem ad Cathedram Carnotensem eligi curaverat, tum ob singularem viri pietatem, tum quod amicitiæ fidem S. Thomæ Cantuariensi in extre-

Sup. n. 9.

Petr. Cell. 7. ep. 8.

mis

mis servasset, arcanorum conscius, exilii, omniumque ærumnarum particeps. Cum igitur Delegati Carnotenses Cantuariæ Literas Capituli sui, Regis Franciæ & Archiepiscopi Senonensis publice prælegissent, eis Capitulum Cantuariense, absente Archiepiscopo, Joannem Saresberiensem, a quocunque vinculo, quo in Anglia fuisset adstrictus, liberum tradiderunt. Is a Legatis Carnotensibus in Franciam deductus, Senonibus a Mauritio Episcopo Parisiensi, die Dominica, mensis Augusti octava, consecratur, & Dominica sequente, in Festo Assumtionis Dominæ Nostræ, Episcopali solio solemni ritu Carnoti imponitur. Cui Ecclesiæ annis quatuor præfuit.

Sæcul. XII. A.C. 1176.

Eadem die, qua Joannes ordinabatur, Guilielmus Archiepiscopus Senonensis possessionem Sedis Remensis adiit, quo auctoritate Papæ translatus est. Quippe Henricus Archiepiscopus, Regis Ludovici junioris frater, decima tertia Novembris, anno superiore millesimo centesimo septuagesimo quinto, obierat, postquam Sedem hanc Archiepiscopalem annos quatuordecim tenuisset. Guilielmus vero ejus Successor annis viginti sex Remensem Ecclesiam rexit.

Rad. dicet. p. 592. Petr. Cell. 7. ep. 6. Chron. Rem. to. 1. Bibl. Lab. p. 361. Marlot. 3. c. 4.

Sæcul. XII. A.C. 1176.

§. LX.

Petrus Comestor.

Otto de S. Blas. c. 12. Chr. MS. ap. Cl. Hemer. p. 40. P. Comes. Præfat.

Guilielmo *candidis manibus* in Cathedra Archiepiscopali Senonensis Ecclesiæ sedenti, Petrus, cognomento Comestor, id est multum manducans, celeberrimum Opus, cui nomen *Historia Scholastica*, inscripsit. Auctor se Presbyterum Trecensem dicit, ac ab amicis suis instantissime rogatum manum huic Operi admovisse, quod Archiepiscopi judicio emendandum subjicit. Est vero series Historiæ Sacræ, ab initio Geneseos usque ad finem Actuum Apostolorum, ex ipsius Scripturæ locis & Interpretationibus marginalibus expromta, adjectis non nunquam Historiæ profanæ factis synchronis. Verumtamen hoc Opus non est simpliciter Historicum, nam Historiæ Creationis Petrus adjungit opiniones Theologorum & Philosophorum sui ævi, de Cœlo Empyreo, de quatuor Elementis, de ratione, qua formatus est Mundus, & de Statu primi Hominis. Unde sæpius narrationi suæ inserit varias explicationes, quas, quia præsumit esse veras, argumentis stabilire ne quidem conatur. Dicit non nun-

nunquam, Platonem aut Aristotelem hæc docere, sed locum, in quo ea inveniri queant, non indicat. Sæpe Josephum Historicum in testem adducit, & complures Historias profanas non nominatis auctoribus narrat. Sæcul. XII. A.C. 1176.

Textus Librorum Historicorum Sacræ Scripturæ in hoc Opere ferme integri referuntur; sed Auctor, sæpe a sensu Literali discedens, Sensus Allegoricos & Explicationes, a cujuslibet arbitrio pendentes, sequitur, ac Nominibus propriis falsas Etymologias tribuit. Complures fabulas affirmando commemorat, licet etiam sæpissime dubitans loquatur. Quibus omnibus non obstantibus Liber iste, etsi valde imperfectus, tanto omnium applausu exceptus est, ut per annos trecentos, tanquam Theologiæ positivæ Corpus, habitus, ac Libro Sententiarum Petri Lombardi, atque Decreto Gratiani comparatus fuerit. Idque fabulæ, quæ diu fidem invenit, hos tres Scriptores fratres fuisse, occasionem præbere potuit. Ceterum Petrus Comestor, Decanus Ecclesiæ Trecensis, postea Cancellarius Ecclesiæ Parisiensis anno millesimo centesimo sexagesimo quarto, postquam in Schola Theologica Magister aliquamdiu docuisset,

Sæcul. XII. A. C. 1176.

ad Monasterium S. Victoris se recepit, & anno millesimo centesimo septuagesimo nono e vivis abiit, omnia quæ habebat pauperibus & Ecclesiis testamento relinquens. Sepultus est ad S. Victorem, ubi hodieque ejus Epitaphium legitur.

Rob de Maria Autis an. 1179. Hemer. de Acad. Par. p. 113.

§. LXI.

Concilium Albigense. Manichæi.

to. 10. Conc. p. 1470. Roger. Hoved. p. 555. Catel. Langued. li. 2. p. 350.

Anno millesimo centesimo septuagesimo sexto Archiepiscopus Narbonensis, & complures Provinciæ illius Episcopi, Conventum celebrarunt, in quo Hæretici ad formam Judicii Ecclesiastici auditi & condemnati. Hi *Boni Homines* appellari volebant, ac Defensores habebant Optimates Lumbariæ, modici oppidi duabus leucis ab Albiga positi, & postea eversi, quod aliud erat a Lombasia in Vasconia, posteriore tempore in Sedem Episcopalem erecta. Sententia autem in hos *Bonos Homines* lata est a Giraldo Episcopo Albigensi, secundum opinionem electorum utrinque Judicum, Archiepiscopo Narbonensi, Episcopis Nemausensi, Tolosano, Agathensi, compluribus Abbatibus, virisque tum Ecclesiasticis tum Sæcularibus spectatissimis præsentibus, ac ex civitatibus Albiga, Lumbaria,

baria, aliisque frequenti populo confluente. Sæcul. XII. A.C.1176.

Gaucelinus Episcopus Lutevensis, ex electis Judicibus unus, jubente Episcopo Albigensi, cui, utpote Diœcesano, ista competebat auctoritas, examen exorsus, *Bonos Homines* interrogavit, primo, an Legem Moysis ceterosque Veteris Testamenti Libros reciperent? responderunt, omnibus, quotquot aderant, audientibus, quod eos non reciperent, sed solummodo Evangelia & reliquos Novi Testamenti Codices. Secundo, interrogati de Fide sua, & moniti, ut eam exponerent, responderunt, se Fidem suam non explicaturos esse, nisi cogerentur. Tertio Gaucelinus quæsivit, an crederent, quod parvuli per Baptismum salvarentur? responderunt, se hac super re mentem suam non esse aperturos, sed Responsa ex Evangeliis & Epistolis allaturos. Quartam quæstionem movit Episcopus de corpore & sanguine Domini Nostri, interrogans, ubi & a quo consecraretur, quis hoc corpus & sanguinem reciperet, & an æquali modo tam a bono quam a malo Ministro conficeretur? Responderunt, illos, qui digne Corpus Christi acciperent, salvari, illos vero, qui indigne sumerent,

Sæcul. XII. A.C. 1176.

damnationem sibi parare. Adjecerunt, omnem hominem probum, sive Clericum sive Laicum, Corpus Christi consecrare, iterum addentes, se ad Fidem suam explanandam a nemine compelli oportere (*).

Quinto,

(*) Ein aufmerksamer Leser der Kirchengeschichte, aus welchen man ganz deutlich die wahre Kirche Christi von einer jeden falschen erkennen kann, wird hier wiederum von sich selbst anmerken, daß diejenigen Irrlehrer, welche von der römischen Kirche verdammet worden, und die einige Protestanten (nach dem Geständnisse des Herrn Mosheim im Versuche einer unpartheyischen und gründlichen Ketzergeschichte auf der 29. Seite) als ihre Väter und Vorläufer mit beeden Armen umfangen, da sie sagen: Ihr Katholiken, ihr wollet unsere Väter und Vorläufer sehen; da sind sie. Wir lebeten, ehe wir noch gebohren wurden, in den gottseligen Waldensern, Albigensern, Katharern, Aposteln, Wicklefiten, Fratricellern und vielen andern ꝛc. Scheltet diese Leute so lang als ihr wollet, für falsche Propheten, für Ketzer, für Abtrünnige

wir

Quinto, interrogati, quid de Matrimonio sentirent, atque an vir & mulier licentia maritali utentes salvari possent, noluerunt aliud respondere, nisi hanc licentiam concessam esse propter fornicationem, afferentes verba S. Pauli. Sexto quæsivit Episcopus, quæ esset eorum fides de Pœnitentia, an Christiano sub finem vitæ esset salutaris, an milites lethali vulnere affecti per pœnitentiam possent salvari, an peccata nostra vel Sacerdotibus vel Laicis sine discrimine confiteri debeamus, & de quibus accipiendum sit illud S. Jacobi, ubi dicit: *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Responderunt; Infirmis sufficere, si confiterentur, cui vellent. De militibus quidquam dicere recusarunt, quod S. Jacobo de solis ægrotantibus sermo esset. Episcopus rursus ex eis quæsivit, an sufficeret contritio cordis & confessio oris,

Sæcul. XII. A.C.1176.

1. *Cor.* 7. 2.

Jac. 5. 16.

wir erkennen sie für unsere Brüder, und schämen uns ihrer Gemeinschaft nicht; daß diese Irrlehrer, sage ich, allezeit auch solche Sätze geglaubet und vertheidiget, welche anheut von den Protestanten selbst als Ketzerisch gehalten werden. Wie auch, daß sie ihre Meynungen sowohl als die Protestanten in der Schrift gegründet.

Sæcul. XII. A. C. 1176

vel an pœnitentes etiam satisfactionem, videlicet jejunia, afflictiones corporis, eleemosynas conjungere tenerentur; Responderunt; S. Jacobum solam requirere confessionem, se vero hoc Apostolo meliores esse nolle, aut quidquam de suo cerebro natum addere, quod Episcopi facerent.

Matth. 5. 34. *Jac.* 5. 12.

Dixerunt præterea multa non interrogati, ac inter alia; nunquam esse jurandum, secundum præceptum Jesu Christi in Evangelio, & S. Jacobi in sua Epistola. S. Paulum præscripsisse, quibus dotibus instructos esse oporteat Episcopos & Presbyteros. Si tales non ordinentur, eos nec Episcopos esse nec Presbyteros, sed lupos rapaces, hypocritas, & seductores, amantes salutari in foro, primas Cathedras & accubitus in cœnis, jubentes, se appellari Doctores & Magistros contra præceptum Jesu Christi, indutos vestibus albis, gestantes in digitis aureos & gemmatos annulos, quod Christus non instituisset. Inferebant denique, iis non esse obediendum, quod essent mercenarii, & Sacerdotes illis similes, qui Jesum Christum Pilato tradidissent. Hos sermones Archiepiscopus Narbonensis, Episcopus Nemausensis, Abbas Sendracensis & Abbas de Fonte frigido

Boni Homines.

Matth. 23.

frigido, auctoritate verborum ex multis locis Novi Testamenti expromtorum refutarunt; tumque auditis omnibus, quæ utrinque dicta fuerant, imperato silentio, Episcopus Lutevensis Sententiam definientem protulit in hunc modum: Sæcul. XII. A. C. 1176.

Ego Gaucelinus, Episcopus Lutevensis, ex præcepto Episcopi Albigensis aliorumque Episcoporum ei assistentium, judico istos Bonos Homines esse Hæreticos. Damno Sectam Oliverii sociorumque ejus, nempe Sectam Hæreticorum Lombariensium, ubicunque terrarum existant. Tum ex auctoritate Novi Testamenti eosdem Hæresis convicit, erantque præcipui errores sequentes. Nempe contra errorem in Capite seu quæstione prima affert verba Jesu Christi ubi dicit: *Non veni legem solvere sed adimplere: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.* Et iterum: *Et incipiens a Moyse interpretabatur illis Scripturas.* In Transfiguratione Christi Moyses & Elias apparuerunt, testimonium ei perhibentes. Ad Caput secundum Episcopus demonstravit necessitatem fidem confitendi, cum S. Paulus dicat: *Corde creditur ad Justitiam, ore autem confessio fit ad Salutem.*

Matth. 5. 17. *Joh.* 5. 46. *Luc.* 24. 27. *Rom.* 10. 10. 1. *Petr.* 3. 15. *Matth.* 16. 15.

Sæcul. XII. A.C. 1176.

lutem. S. Petrus vero dicit: *Estote parati ad Satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe.* Hinc cum Jesus Christus ex Petro ceterisque Apostolis quæsivit, quem ipsum esse dicerent, nomine omnium respondit: *Joan. 11. 27.* *Tu es Christus filius Dei vivi.* S. Martha quoque de fide sua interrogata simile responsum dedit. Ita Hæretici isti mendacii convincebantur, qui se nunquam mentiri jactabant; est enim quoddam mendacii genus tacere, quando loquendum est. Ad Quæstionem tertiam de Baptismo parvulorum Episcopus Bonos *1. Tim. 2. 4.* Homines ita refutabat: *Deus vult omnes homines salvos fieri.* *Joan. 3. 5.* *At sine Baptismo non possunt, cum Jesus Christus dicat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum Cœlorum.* *Hebr. 11. 6.* *Qui ergo pueros a Baptismo excludit, eos contra Dei Voluntatem ab æterna Salute excludit. Non negamus quidem, quod sine fide Deo placere impossibile sit, si autem interrogatis, per cujus fidem infantes salventur, respondemus, quod salventur per fidem Ecclesiæ aut Patrinorum suorum, ea ratione, qua Paralyticus per fidem illorum, qui ipsum Christo offerebant, sanatus est, & filiæ mulieris Cananeæ matris fides saluti fuit.*

Ad

Ad Caput quartum, de Eucharistia: Consecratur per virtutem verborum Domini Nostri: *Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus.* Nec consecratio ista a merito vel Dignitate Ministri pendet. Ex pluribus vero locis S. Pauli probatur, quod Episcopi, Presbyteri, & Diaconi in Ecclesia Ministri Verbi Divini & Sacramentorum sint. Sæcul. XII. A.C. 1176.

Ad Caput quintum de Matrimonio ajebat: Jesus Christus nuptias sua præsentia & primo miraculo honoravit, dixitque, ab homine separari non debere, quod Deus conjunxit. S. Paulus dixit: *Qui matrimonio jungit virginem suam bene facit*, & iterum: *Nolite fraudare invicem nisi ex consensu .... postea revertimini in id ipsum.* Inferius: *Volo juniores viduas nubere, & filios procreare.* Ad quæstionem de Pœnitentia Episcopus Lutevensis ostendit, quod potestas ligandi & solvendi data fuerit Sacerdotibus per verba Jesu Christi: *Quæcunque ligaveris super terram & cetera*, & per verba S. Jacobi: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ.* Tandem Episcopus exprobravit, quod *Boni Homi-*

Joan. 11.

Matth. 19. 6.

1. *Cor.* 7. 5.

1. *Tim.* 5. 14.

Matth. 16. 19.

Jac. 5. 4.

Sæcul. XII. A. C. 1176.

Homines essent ex numero illorum Veteratorum, crassa ignorantia laborantium, & a veritate auditum avertentium, quos venturos S. Paulus vaticinatus fuisset. 1. *Tim.* 6. 1. Illi responderunt; ipsum Episcopum hæc loquentem esse hæreticum, hypocritam, pseudo-pastorem, quod ex Evangelio & Epistolis Apostolorum probare in promtu haberent. Contra Episcopus affirmare, Sententiam a se latam esse secundum Canones, quod, si cogeretur, probaturus esset, in Curia Alexandri Papæ, Ludovici Regis Franciæ, Raimundi Comitis Tolosani, vel Constantiæ ibi præsentis ejus Sponsæ, Ludovici Regis Sororis, & in Curia Trenkevelli Vicecomitis Bliterensis, qui etiam Conventui intererat.

Itaque *Boni Homines*, damnati, ad populum convertuntur, & profitentur fidem Catholicam, diserte affirmantes, corde credendum esse, & ore confitendum. Corpus Christi non consecrari nisi in Ecclesia, & non nisi a Sacerdote sive bono, sive malo. Parvulos salvari per Baptisma. Virum & mulierem licite agere, cum sexum commiscent in matrimonio. Pœnitentiam a Presbytero recipi debere. Verumtamen interro-

ganti

ganti Episcopo Lutevensi, an jurare vellent, se hanc fidem tenere, responderunt, se neutiquam juraturos, quod omne juramentum Doctrinæ Evangelii & Epistolarum Apostolicarum adversaretur. Tum Episcopus iterum Sententiam latam confirmare, quod ob hanc ipsam opinionem essent Hæretici, & quoniam merito Hæresis suspicio in eos, infamia publica notatos, caderet, jurare omnino tenerentur, si ad unitatem Ecclesiæ recipi vellent. Deinde licitum esse juramentum ex eo demonstravit, quod in Apocalypsi Angelus per viventem in Sæcula Sæculorum jurasse legatur. Et quod ipse Apostolus sæpe Deum testem invocet, quæ dictio utique esset juramentum. Præterea quod S. Paulus dicat, Deum per semetipsum jurasse, quoniam per quem juraret se majorem non habuisset. Dixerunt Hæretici, quod Episcopus Albigensis ipsis promisisset, non futurum, ut ad jurandum compellerentur. Quod ipse negavit, & de Sede sua surgens dixit: *Sententiam a Gaucelino Episcopo Lutevensi modo jussu meo prolatam confirmo & approbo, ac Equites Nobilesque Lumbariensis civitatis commoneo, ne contra pacta mecum inita eos ullo*

Sæcul. XII. A. C. 1176.

Apoc. 10. 6. *Heb.* 6. 13. *Gal.* 1. 20. *Philipp.* 1. 8.

Sæcul. XII. A.C 1176.

ullo modo tueantur. Abbas quoque Caſtrenſis & tres alii, qui Judices delecti fuerant, eamdem Sententiam ratam habuerunt, & tandem præſentes ſubſcripſerunt, nominatim Pontius Archiepiſcopus Narbonenſis, Arnaldus Nemauſenſis Epiſcopus, Gocelinus Toloſanus, Guilielmus Agathenſis. Raimundus Abbas B. Pontii, Henricus Abbas Galiacenſis, & quidam alii viri Eccleſiaſtici ſpectatiſſimi. Inter Sæculares leguntur Trenkevellus Vicecomes Bleterenſis, Conſtantia Comitiſſa Toloſana, & Sicardus Vicecomes Lantrocenſis. Ceterum hæc narratio ex Actis autographis excerpta ſatis exploratum facit, quod iſti Hæretici, tempore ſequente Albigenſes dicti, Manichæi fuerint, cum Vetus Teſtamentum rejecerint, & Matrimonium damnaverint.

§. LXII.

Galdini Mediolanenſis extrema.

vit. S. Gald. 18. April. Boll. to. 10. p. 595.

Hujusmodi Manichæos, ſub nomine Catharrorum, in Longobardia invenire erat, qui Mediolanum illo tempore irrepſerant, quo ea civitas in Schismaticorum poteſtate erat. Quin etiam urbe iterum reſtaurata, non timide latebant,

bant, sed etiam virus propagabant, quos S. Galdinus Mediolanensis Archiepiscopus magno fervore persequebatur. Is sæpe contra insanientium hominum errorem ad populum suum perorabat, ut e periculo eriperet, tumque privatim rudes veritatem Fidei edocebat. Hoc anno millesimo centesimo septuagesimo sexto, die decima octava Aprilis, Dominica post Pascha secunda, qua S. Galdinus ante annos decem Archiepiscopus ordinatus fuerat, ad Ecclesiam S. Theclæ processit, Sacris operaturus. Sentiens vero, vires sibi ad Missam celebrandam deesse, Officium solemne Algisum Ecclesiæ suæ Cathedralis thesauro Præfectum peragere jussit. Ipse tamen ante Evangelium conscensa Cathedra contra illos Hæreticos eloquentissime dixit, errores clarissime refellens, & Fidem Catholicam ex Evangelio & Doctrina SS. Patrum demonstrans. Voce subito deficiente finem dicendi fecit, intelligens, supremam vitæ horam advenisse. Ergo a suis rogatur, ut paululum in ipso suggestu decumberet, ibique, completa Missa, signis se se circumstantium precibus commendans, Spiritum Deo reddidit. Sub eodem suggestu sepultus, miraculis claruit, Ecclesia vero ejus memoriam in die

Sæcul. XII. A.C. 1176.

Sup. Lib. LXXI. §. 41.

Martyr. Ro. 18. April.

Sæcul. XII. A.C. 1176. die obitus colit. In Archiepiscopatu successit Algisus Pirovanensis, Ecclesiæ Mediolanensis Ærario præfectus & Cancellarius, Uberti, qui S. Galdinum in Sede Archiepiscopali antecesserat, Propinquus. Sed Clericis Mediolanensibus diu de electione Episcopi dissidentibus, Algisus demum post elapsas septimanas sex, nempe mense Julio ineunte, S. Galdino suffectus est.

Finis Tomi XVII.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM TOMI XVII.

A.

Ægyptus. Rex Christianorum. p. 764.
Albertus Salisburgensis. Deponitur. p. 813.
Albertus Ursus. p. 190.
Albigenses hæretici. Pontius. p. 85. Errores. p. 837. & seqq.
Alexander III. Papa. p. 342. Schisma. p. 350. Fridericum Imp. excommunicat. p. 369. Recipitur in Oriente. p. 397. Romæ. p. 417. In Francia. ibid. Iterum Romæ. p. 538. Beneventi. p. 599. Manueli Imperium Romanum petenti denegat. p. 633. Rugienses convertuntur. p. 637. Epistola ad Sultanum Iconiensem. p. 684.
Alexandria. Marcus Abulfaragus Patriarcha Jacobita. p. 593.
Alexandria de paleis. p. 631. Episcopatus. p. 824.
Anastasius IV. Papa. p. 223. Obit. pag. 238.

Anglia. Rex Stephanus Legatum Pontificis non recipit. p. 218. Stephano succedit Henricus II. p. 237. Episcopi ibidem ante missionem S. Gregorii. p. 667. Angliæ Rex Vasallus Papæ. p. 804.

S. *Anna.* Ejus Festum a Græcis ad nos proficiscitur. p. 582.

Anselmus Havelbergensis. p. 155. Anticimenon. p. 156. Archiepiscopus Ravennas. p. 242.

S. *Anthelmus* Bellicensis. p. 455.

Antiochia. Raimundus Princeps. pag. 103. Athanasius Patriarcha in Concilio Constantinopolitano. p. 585. Michael Patriarcha Jacobita. p. 595.

Apostolici hæretici. Iidem ac Colonienses. p. 90. Manichæi. p. 93.

Appellatio. Per eam auctoritas Episcoporum destruitur. p. 207.

Aquileja. Henricus Patriarcha. p. 137. Pelegrinus. p. 307. Udalricus Patriarcha p. 640.

Aristoteles. Ejus Philosophia Theologiæ noxia. p. 329.

Armeni. Cum Ecclesia Romana communicant, eique se subjiciunt. p. 28. Res Ecclesiæ. p. 691. & seqq.

Arnaldus. Romæ seditionem movet. p. 2[illegible] Ejectus. p. 241. Flammis traditus. p. 243.

Arnoldus Moguntinus. Trucidatur. pag. 413.

Arnulphus Lexovienſis. Ejus Epiſtolæ pro Alexandro III. p. 375. Epiſtolæ ad S. Thomam. p. 543.
Arragonia. Raimundus Comes Barcinonenſis Rex Arragoniæ. p. 131.
Aſſaſini. Gentis ortus & facta. p. 787. Carmat auctor. ibid.
Athenæ. Nicolaus Metropolita. p. 590.
Averroes Arabs. Philoſophus. p. 798.
Auſtria. Henricus Dux Cruciger. pag. 66. Conradi III. Frater. ibid. Leopoldus IV. Auſtriæ Marchio. ibid. Henricus. pag. 813.

B.

Bagdatum. Muſtadi Califa Abbaſidiades. p. 764.
Bamberga. Eberhardus Epiſcopus. p. 201. Henricus Cardinalis ad eum ſcribit. p. 317. Ad Papam mittitur. p. 724.
Baptiſmus. Per ignem & Spiritum Sanctum. p. 91. Per impoſitionem manuum. ibid. Cur parvuli per fidem aliorum ſalventur. p. 842.
Bavaria. Otto Comes Palatinus Bavariæ. p. 297. Henricus Dux Bavariæ & Saxoniæ. p. 303.
Beati in cœlo. Quid de eorum beatitudine ſenſerit S. Bernardus. p. 232.
Beguinæ. Inſtitutæ. p. 817.
Beneficia Eccleſiaſtica. Origo diſpenſatio-

nis circa plura beneficia. p. 323. Promittuntur antequam vacent. p. 324.
Benjamin Judæus. Ejus itinerarium. p. 789.
Berchtolsgadium. Henricus Præpositus. p. 367. Ejus Epistola ad Archiepiscopum Salisburgensem. ibid.
S. Bernardus. Ejus Epistolæ ad Cardinales, & Eugenium III. p. 22. & seqq. Ad bellum sacrum prædicatione sua Francos invitat. p. 39. Judæos servat. p. 48. Prædicat in Germania. p. 51. Miracula. p. 53. Epistola contra Henricum. p. 82. Tolosæ. p. 83. Epistola ad Sugerium. p. 164. Libri de Consideratione. p. 168. & seqq. Apologia. p. 173. De Appellatione. pag. 205. De Exemptionibus. p. 209. Metis. p. 224. Obit. p. 228. Sanctorum Patrum ultimus. p. 232. Ab Alexandro III. in Sanctorum numerum relatus. p. 805.
Biburgum Monasterium. p. 371.
Bogomili hæretici. Errores illorum. p. 8. Clemens & Leontius. ibid.
Bohemia. Ladislaus Dux. p. 66. Cruciger. ibid. Ladislaus Rex. p. 640. Eo mortuo Fridericus Imp. Bohemiam occupat. p. 813.
Bononia. Studium Legum Divinarum, & Imperialium. p. 310.
Brandeburgum. Episcopus contra Sclavos. p. 107. Albertus Senior. p. 528. Albertus

bertus Ursus. p. 639. Sifridus Episcopus. ibid.

Brema. Albero Archiepiscopus contra Sclavos. p. 107. Hartwicus. p. 164. Alberonis Successor. p. 185. Hartwico defuncto intruditur Balduinus. p. 639.

C.

Cæsarea in Cappadocia. Constantinus Episcopus. p. 99. Stephanus Metropolita. p. 585.

Cæsarea in Palæstina. Balduinus Episcopus. p. 104. Romam proficiscitur. pag. 266. Hernesus. p. 400.

Calatrava. Ordo militaris. p. 321.

Calistus III. Antipapa. Joannes Abbas Strumensis. p. 632.

Cantuaria. Theobaldus Rogerium Eboracensem ordinat. p. 236. Theobaldo succedit S. Thomas. p. 420. Richardus S. Thomæ Successor. p. 739. Richardus eligitur. p. 801.

Cardinales. Jam illa ætate soli Papam eligunt. p. 21.

Carinthia. Bernardus Comes. p. 66. Cruciger. ibid.

Carolus Magnus. Sanctorum numero adscribitur. p. 548.

Cartusienses. S. Anthelmus. p. 408. Guidoni Hugo, Hugoni Anthelmus successit. p. 460. S. Anthelmo succedit Basilius. p. 461.

Cathari. p. 846.

Christus. Ignorare aliquid dicitur, si abstrahatur ab ejus divinitate. p. 588.

Ciceſtrenſis Synodus. p. 291.

Circumciſio. A Chriſtianis in Ægypto ſervatur. p. 594.

Ciſtercienſes. Epiſtola contra Concilium Papienſe. p. 374. Eorum Monaſteria & auctoritas. p. 407.

Clerici. Matrimonium Clericorum eſt nullum. p. 111. Bona Eccleſiarum Cathedralium vacantium Fiſcus trahebat. p. 447. An, & quomodo a Judice ſæculari queant puniri. p. 484. Presbyterorum filii in eorum Eccleſiis non ſuccedant. p. 780.

Cluniacum. Monaſteria ſubdita in Germania, Italia, Hiſpania & Anglia. p. 179. Monaſteria in Monte Thabor, & Valle Joſaphat. p. 284. Petro ſufficitur Robertus Craſſus, & huic ſucceſſit Hugo Prior. p. 286.

Cœleſtinus II. Papa. p. 4. Obit. p. 14.

Colloquium Launenſe. p. 428.

Colonia. Arnoldus Fridericum Barbaroſſam coronat. p. 200. Ad Papam mittitur. p. 243. Fridericus. p. 307. Obit. p. 313. Rainaldus. p. 365. Trium Regum Corpora afferuntur. p. 415. Rainaldus Archiepiſcopus Friderici Imp. Cancellarius in Italia. p. 416. Arnoldus in Comitiis Herbipolenſibus. p. 524. Rainaldo ſufficitur Philip-

Philippus. p. 601. Imperatoris nomine cum Legatis Longobardorum agit. p. 824.
Colonienſes hæretici. Errores. p. 90.
Comitia Vezeliaci celebrata. p. 39.
Concilia. Concilium generale neceſſarium ad concordiam Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis reducendam. p. 159. Concilia tempore Schismatis ab Imperatoribus convocata. p. 352. Quis Judex in cauſa Schismatis. ibid.
Concilium Abrincenſe. p. 779.
Concilium Albigenſe. p. 836.
Concilium Balgentiacenſe. p. 198.
Concilium Caſſilienſ. p. 769.
Concilium Hiberniæ. p. 218.
Concilium Laudenſe. p. 411.
Concilium Londinenſe. p. 556. Epiſtola ad Papam. p. 557. Ad S. Thomam. p. 559. Aliud. p. 817. Aliud ſeu Weſtmonaſterienſe. p. 829.
Concilium Lumbarienſe. p. 836.
Concilium Metenſe. p. 435.
Concilium Nazarenum. Alexander Papa recipitur. p. 397.
Concilium Northamptonienſe. p. 490. Aliud p. 828.
Concilium Octaviani Antipapæ. p. 436.
Concilium Oxonienſe. p. 393.
Concilium Papienſe. p. 357.
Concilium Pariſienſe. Contra Gilbertum Porretanum. p. 72.
Concilium Remenſe. p. 108.

Concilium Ticinense. p. 357.
Concilium Tolosanum. p. 408.
Concilium Trevirense. S. Hildegardis. p. 133.
Concilium Turonense. p. 440.
Concilium Westmonasterienſe. p. 829.
Conradus Imp. III. De itinere Jerosolymitano. p. 66. Jerosolymam Cruciger proficiscitur. p. 68. A Græcis misere decipitur. pag. 100. Jerosolymæ. pag. 103. Obit. p. 199.
Conradus Witelspachius. Moguntinus Archiepiscopus. p. 415.
Constantia. Hermanus Episcopus. p. 52. Legatus Imperatoris. p. 201.
Constantinopolis. Leoni Stypiotæ succedit in Sede Michael Oxites. p. 7. Concilia contra Bogomilos. p. 8. & seqq. Michaeli discedenti Cosmus. p. 97. Et Cosmo deposito Nicolaus Muzalon. p. 99. Nicolao succedit Theodorus Abbas, dein Neophytus, & huic Constantinus. pag. 193. Constantino succedit Lucas. p. 260. Concilium de æqualitate Filii. p. 584. Lucæ succedit Michael Anchialus. p. 593.
Conventus Chinonensis. p. 552.
Conventus Clarendonensis. p. 471. Consuetudines Angliæ. p. 473.
Conventus Herbipolensis. p. 524.
Conventus Roncalienſis. p. 307.
Conventas Stampensis. De itinere in Palæstinam. p. 64.

Cruciata

Cruciata Expeditio. Indicitur. p. 30. Sacri milites Franciæ. p. 38. Milites ex Germania. p. 65. & 68. Belli Sacri Fortuna. p. 102.

S. Cyrillus. Ejus doctrina de una vel duabus naturis Christi discutitur. p. 694.

D.

Dania. EcclesiæStatus. p. 184. Rex Waldemarus in Germnia. p. 434. Homagium Imperatori præstat. p. 436. Rugiam insulam in potestatem suam redigit. p. 633.

Decretales Falsæ. Earum effectus. p. 205.

Decretrm Gratiani. Materia & divisio. p. 309. & seqq.

Demetrius. Error, quod Filius non sit minor. p. 584.

Deus Hebræorum. Rejicitur ab hæretico. p. 97. Essentia divina, Potentia Divina Deus est. p. 115. Ita etiam Sapientia &c. ibid.

Dola. Ecclesia Dolensis Turonensi subjicitur. p. 15.

E.

Eberhardus Bambergensis. Ejus epistola ad Hadrianum Papam. p. 317. & seqq.

Eberhardus Salisburgensis. Epistolæ ad ipsum datæ. p. 365. & seqq.

Ecclesia. Græca in omnibus ferme cum Latina consentit. p. 9. & seqq. Allegoria

de duobus gladiis. p. 41. Ecclesia errare non potuit circa Baptismum. p. 76. Ecclesia est perpetua. p. 156. Concordia Græcorum cum Ecclesia Latina. p. 157. & seqq. Quis sensus duorum gladiorum. p. 214. An Ecclesia posset Principibus potestatem dare aut auferre. p. 334. Ecclesiæ Romanæ privilegium. p. 385.

Edessa. Ab Infidelibus capitur. p. 30. Hugo Archiepiscopus. p. 31.

S. Eduardus. Canonizatur. p. 403.

Eichstadium. Buchardus depositus. p. 222.

S. Elisabetha Schonaugiensis. Ejus vita & revelationes. p. 278.

Eon de Stella. Filius Dei. p. 108.

Episcopi. Potestatem immediate habent a Jesu Christo. p. 178. Translatio Episcoporum est contra Jus divinum. p. 204. Episcopi hæretici damnantur in Synodo Provinciali. p. 836.

Esquilius Episcopus Lundensis. p. 758.

Eucharistia. Realis præsentia asseritur a Petro Cluniacensi. p. 79. Eucharistiam conficiunt, quotiescumque cibo suo reficiuntur hæretici. p. 91. Per virtutem Orationis dominicæ. ibid. Eucharistia vocatur Sacrificium in Oriente, & in Armenia. p. 705. Non præbeatur intincta. p. 819. Sub una specie. ibid.

Eugenius III. Papa. p. 21. Roma profugit. ibid. Viterbii. p. 27. Epistola ad Regem Franciæ. p. 31. Romæ. p. 33. Parisiis. p. 70.

p. 70. Claravalle. p. 137. Romam redux. p. 138. S. Henricum canonizat. p. 200. Obit. p. 223.

Evervinus. Ejus epistola ad S. Bernardum. p. 90. & seqq.

Excommunicatio. Formula liberandi subditos a Juramento fidei non est antiquior Gregorio VII. p. 369. An Imperator excommunicatus sit etiam depositus. p. 602. An navigatio sit mortis periculum, adeoque causa sufficiens ad obtinendam absolutionem. p. 621. Olim sæcularem Principum potestatem labefactabat. p. 754.

Exemtiones. Damnantur a S. Bernardo. p. 209. Dubium, an Papa habeat potestatem eximendi a potestate Episcoporum. p. 210. Exemptiones Monachorum an expediant. p. 822. & seqq.

F.

Filius Dei. Quod sit minor Patre, aliqui Patres secundum Divinitatem, alii secundum Humanitatem explicarunt. p. 584.

Francia. In Schismate nunquam Antipapæ adhæsit. p. 383. Exulum refugium. p. 649.

Fridericus I. Imp. p. 200. Pacta cum Papa. p. 201. Rex Longobardiæ coronatur. p. 242. Romæ. p. 244. Lis de exhibendo equisonis officio. ibid. Dissidium ob Papæ epistolam. p. 296. Responsum. p. 309. Alterum dissidium. p. 314. Novæ dissidii causæ.

causæ. p. 338. Octavianum Antipapam veneratur. p. 362. In Concilio Laudensi, p. 412. Mediolanum devastat. p. 415. Corpus Caroli M. elevat. p. 548. In Italia cum Paschale Antipapa. p. 579. Ad portas Romæ. p. 597. Coronatur. p. 600. Fugit. p. 630. Quinto in Italia. p. 824.

Frisinga. Otto Frisingensis. p. 29. Cruciger. p. 66. Ejus vita. ibid. & seqq.

Fucherius Patriarcha Jerosolymitanus. Ejus querelæ contra Hospitalarios, seu Equites S. Joannis. p. 264. In Italia. p. 266.

Fulco Episcopus Estonienſis. p. 758.

G.

S. Galdinus. p. 846.

S. Genovevæ Ecclesia. Canonicis Regularibus traditur. p. 71.

Gerardus Publicanorum seu Waldensium caput. p. 393.

Germania. Episcopi Friderico Imperatori, & Antipapis favent. p. 524.

Gilbertus Londinensis. Ejus epistola ad Alexandrum III. p. 532. Ad regem. p. 550.

Gilbertus Porretanus. Ejus errores. p. 72. Damnantur. p. 114.

S. Gilbertus Sempringamensis. p. 138. Ejus constantia. p. 521.

S. Godericus. p. 688.

Gradensis Patriarchatus. p. 288. Henricus. ibid.

Græci.

Græci. De eorum cum Occidentalibus conjunctione in Fide. p. 205. Status Ecclesiæ. p. 257. Imperator recipit Alexandrum III. p. 541. Dicit se Romanorum Imperatorem. p. 542. Concordia cum Latinis. p. 589. Quoad fidem Romani dicuntur. p. 692.

Grandimontenses. Nullas literas scribunt. p. 675.

Gratianus. Ejus Decretum. p. 309.

Guido Antipapa. p. 487. Obit. 631.

Guilielmus Eboracensis. Depositus. p. 122. Ejus extrema. p. 235.

S. Guilielmus Malævallensis. p. 287.

Guntherus. Historico-Poeta. p. 368.

H.

Hadrianus IV. Papa. p. 238. Fridericum I. coronat. p. 248. Conditiones pacis cum Guilielmo Rege Siciliæ. p. 267. Hiberniam donat Regi Angliæ. p. 274. Epistola ad Fridericum Imp. p. 295. Epistola de voce Beneficii. p. 303. Dispensat in pluralitate Beneficiorum, & necdum vacantia reservat. p. 323. & seq. Obit. p. 341.

Hæretici. Flammis traditi ex impetu populi. p. 90. Judicantur ab Episcopis, & puniuntur a Rege. p. 395.

Helmoldus. Auctor Chronici de Sclavis. p. 637.

Henriciani Hæretici. p. 74.

Henricus II. Angliæ Rex. Jurgia cum S. Thoma. p. 463. Mandata contra Summum Pontificem. p. 664. Luget S. Thomam occisum. p. 749. Rex Hiberniæ. p. 767. Ejus pœnitentia. p. 774. Consuetudines abjicit. ibid. Ejus peregrinatio ad S. Thomam. p. 810.

Henricus Filius Henrici Angliæ Regis. Adhuc infans Margarethæ Filiæ Regis Franciæ desponsatur. p. 381. Dominium utile Provinciarum in Francia accipit. pag. 642. Coronatur. p. 710. Rebellis contra Patrem. p. 804.

Henricus VI. Imp. Quinquennis coronatur Bambergæ. p. 656.

Henricus Leo. Investituram per baculum dat Vicelino. p. 192. Cum Imperatore in Italiam proficiscitur. p. 250.

Henricus Moguntinus. Depositus. p. 221.

Heribertus Monachus. De hæreticis Petrocorienſibus. p. 84.

Hibernia. Res Ecclesiæ. p. 218. Donatur Regi Angliæ. p. 274. Henricus II. p. 767. Res Ecclesiæ ibid.

Hierosolyma. Balduinus Rex in Schismate neutri parti adhæret. p. 398. Epistola Synodica Concilii Nazareni. p. 399. Fucherio succeſſit Amalricus. p. 400. Balduino III. in Regno succedit Amalricus ejus Frater. p. 401. Nicephorus Patriarcha in Concilio Constantinopolitano. p. 585. Hierosolymæ Regnum. p. 784.

Amalricus III. obit. p. 786. Succedit Balduinus IV. Filius. ibid. Amalricus Patriarcha Balduinum IV. coronat. ibid.
S. Hildegardis. Ejus revelationes. p. 133.
Hiſpania. Sanctius II. Rex Caſtiliæ. pag. 321.
Holſatia. Populus decimas dare recuſat. p. 469.
Homo. Unum ſuppoſitum ex duabus naturis. p. 697.
Hoſpitalarii. p. 105. Origo. p. 260.
Hugo de Campo florido. p. 323.
Hugo de Mareville. Ipſe, aliique S. Thomæ latrones miſere pereunt. p. 782. & ſeq.
Hugo Gabalenſis. p. 30.
Hungaria. Stephanus III. cujus Abavus Geiſa I. p. 679. Charta de non deponendis aut transferendis Epiſcopis ſine conſenſu S. Pontificis. ibid. Stephano III. ſucceſſerunt Stephanus IV. & Bela III. Fratres ejus. p. 680.

I.

S. Jacobi Ordo militaris p. 825.
Jaremarus Rugiæ Princeps. p. 636.
JEſus Chriſtus. Ejus Tunica inconſutulis. p. 278. An idem ſit dicere: Una natura Verbi incarnati, & una natura JEſu Chriſti. p. 694. An in JEſu Chriſto non poſſint admitti duæ naturæ compoſitæ, ſicut

ſicut homo ex anima & corpore componitur. p. 697. An duæ naturæ in Chriſto efficiant Deum quaternum. p. 700.

Imperium Romanum. A ſolo Deo. p. 300. Moguntinus primam habet vocem: Colonienſis Imperatorem coronat. ibid. Imperator a Papa unctionem accipit. ibid. Imperium a nemine, niſi ab Anteceſſoribus tenet Imperator. p. 315.

Indulgentia. Cruciatis conceſſa, ſi corde contrito confiteantur. p. 47. Indulgentia plenaria ab Archiepiſcopo Toletano conceſſa. p. 322. Indulgentia unius anni, qualis eſt illa Jeroſolymam peregrinantibus, conceditur. p. 759.

Innocentius II. Papa. Obit. p. 2.

Interdictum. Provincia Cantuarienſis interdicto ſubjicitur. p. 675.

S. Joannes Baptiſta. Ejus conceptio a Græcis celebratur. p. 583.

Joannes Comnenus Imp. Obit. p. 4. Latinos Antiochia pellere conatus fuit. ibid.

Joannes Oxonienſis. Romæ. p. 572.

Joannes Presbyter. Rex ultimi Orientis. p. 30.

Joannes Saresberienſis. p. 270. Colloquium cum Pontifice. ibid. Ejus Scripta. p. 331. Epiſtolæ tempore Schismatis. p. 382. De Friderico excommunicato. p. 602. Epiſtola de Legatis in cauſa S. Thomæ. pag. 605. Epiſcopus Carnotenſis. p. 832.

S. Joan-

S. Joannis Equites seu Hospitalarii. Anastasii IV. Papæ Bulla. p. 262. & seqq.

Jordanus Patricius Romanus. p. 27.

Judæi. Non occidendi. p. 84. Convertentur in fine mundi, & modo testes sunt nostræ redemptionis. ibid. Eorum status. p. 789. & seqq. Nullibi aliquis de Tribu Juda regnat. ibid. Eorum Libri & Rabbini. ibid.

Juristæ. Eorum tricæ damnantur. p. 170.

L.

Lambertus Beguinarum Institutor. p. 815.

Lateranum. Prima Romæ Ecclesia. pag. 374.

Leodium. Henricus Paschalem III. Antipapam ordinat. p. 488. Alexander & Rudolphus Episcopi. p. 815.

Leopoldus IV. Marchio Austriæ. Ottonis Frisingensis Pater. p. 66. Sanctus. p. 67.

Logica. Inutilis. p. 336. & seq.

Lubeca. Episcopatus origo. p. 469. Geroldus Oldenburgensis. ibid.

Lucius II. Papa. p. 15. Obit. p. 20.

Ludovicus VII. Junior. Ad bellum sacrum proficiscitur. p. 71. Niceæ & Jerosolymæ. p. 102. & seq.

Lundis in Dania. Esquilius Episcopus. pag. 185. & 758.

M.

Magdeburgum. Fridericus Archiepiscopus Dux Crucigerorum contra Sclavos. p. 107. Friderico sufficitur Guimanus per translationem. p. 202.

Malachias Hiberniæ Archiepiscopus. p. 151. Obit. p. 154.

Manichæi. Postea Albigenses dicti. p. 445. Damnati. p. 836.

Manuel Græcorum Imp. p. 4. Perfidia in Crucigeros. p. 100. Ejus Epistolæ ad Alexandrum III. p. 541. Coronam Imperii Romani a Papa petit. p. 581.

S. Maria. Ejus Sepulchrum in Valle Josaphat. p. 284. Festa Præsentationis & Conceptionis prius a Græcis, quam a Latinis celebrata. p. 582.

S. Martini Monasterium de Bello. pag. 289

Mathildis Regis Angliæ Mater. p. 574. Obit. p. 577.

Matrimonium. Damnatur ab hæreticis. p. 91. Nisi initum inter Virgines. p. 92. Impedimenta in Ecclesia Græca. p. 193. In Concilio dirimitur Matrimonium Regis & Alienoræ. p. 199. In septimo gradu prohibitum. p. 590. Et nullum. p. 591.

Mediolanum. Obertus seu Hubertus Archiepiscopus. p. 307. Mediolanum vastatur. p. 415. S. Eustorgius antiquus Episcopus.

scopus. ibid. Corpora trium Regum auferuntur. p. 416. Mediolanum restauratur. p. 595. Ribaldo succeſſit Hubertus, & huic Galdinus. p. 596. & seq. Galdino succeſſit Algisus. p. 848.

Megalopolis. Eminchardus Episcopus. p. 186. Berno. p. 636.

Melchitæ. Plures Jacobitæ ad veram fidem Melchitarum a Marco Presbytero conversi. p. 594.

Milo Tervanensis. Præmonstratensis. pag. 121.

Missa. Græci aquam vino post Consecrationem immiscent. p. 163. Quorumdam avaritia. p. 450. Sæpius uno die celebrata. ibid. Applicatio quid sit, & quod possit applicari pro pluribus sine pretio. ibid. & seqq.

Moguntia. Henricus Archiepiscopus. p. 49. Ad Concilium Trevirense venit. p. 133. Arnoldus. p. 137. Henricus deponitur & succedit Arnoldus. p. 222. Arnoldus trucidatur. p. 413. Rudolphus, Christianus, & Conradus Witelspacensis. ibid. & seq. Comitia ibidem celebrata. p. 468. Archiepiscopus Friderico Imp. favet. p. 524.

Monachi. Prædicare non est ipsorum. p. 49. Cistercienſium Statuta sufficiunt ad magnam perfectionem. p. 147. Prohibetur illis, & Viris Religiosis, ne sint Advocati

cati aut Medici, non autem Clericis Sæ-
cularibus. p. 444.
Moniales. Benedictinæ sub regimine Cano-
nicorum Regularium. p. 142.
Mozarabes. p. 132.
Musulmanni. Eorum res. p. 763. & seqq.

N.

Nechites Nicomediensis. Adversus Anselmum Havelbergensem disputat. p. 157.
Nestorius. Ejus error. p. 698.
Nicolaus Legatus in Septentrione, & Papa posthac, p. 184.
Nicolaus Notarius S. Bernardi. Lapsus. p. 193.
Nicomedia. Nechites Archiepiscopus. p. 157.
Niphon Monachus hæreticus. p. 11. In pœnam ei barba abscinditur. p. 13. Libertati restituitur. p. 97.
Norsesius Armenorum Catholicus. p. 691.
Norwegia. Archiepiscopus. p. 184. Epistolæ Papæ ad Regem, & Archiepiscopum. p. 759.

O.

Octavianus Antipapa. Victor III. dictus. p. 342. Literæ ipsi faventes. p. 348. Obit. p. 486.
Oldenburgum. Vicelinus Episcopus. p. 186. Ei succedit Geroldus. p. 251.
Oleum. An liceat in Sacramentis uti oleo ex frumento expresso ob inopiam olivarum. p. 705.

Opera

Opera bona. Non esse necessaria dicunt hæretici. p. 92.
Oratio. An Christiani orantes cincti esse debeant. p. 767. Cingulum Pœnitentibus solvebatur. ibid.
Otto Frisingensis. p. 29. Ejus vita. p. 66. & seqq. Obitus & Scripta. p. 304. & seqq.
Otto Witelspachius. Comes Palatinus Bavariæ. p. 415.

P.

Palatinus Rheni. Otto. p. 528.
Pallium Archiepiscopale. Mittitur Amalrico Jerosolymitano. p. 401.
Papa. Advocati cum Salario in Curia Romana. p. 3. Papa auxilium Regis Germaniæ implorat. p. 18. Usum Mitræ Regi Siciliæ concedit. p. 19. Ob negotia sæcularia potestatem amisit. p. 92. Concedit Alphonso Regis Portugalliæ titulum. p. 129. Non est ipsius judicare terrestria, sed Regum. p. 171. Non est major Prophetis, qnorum erat laborare, non dominari. p. 177. Cura omnium Ecclesiarum. ibid. Contra Canones nihil concedere potest. p. 204. Curam orbis gerat, non dominetur. ibid. Ab eo non appellatur. p. 209. Non solius Papæ potestas est a Deo. p. 210. Gladio materiali non utatur. p. 214. Amplissima potestas

teste Græco. p. 258. Jurisdictio in Episcopos qualis. p. 292. Primatus est Juris divini. p. 294. An teneatur servare Canones. p. 312. S. Sylvestro nullum jus in Imperium vel Regnum fuit. p. 315. Ecclesia Romana in Concilio universali judicetur. p. 374. Electio Papæ tribus Cardinalium Ordinibus reservata. ibid. Jus Imperatoris in ejus electione. p. 437. Tunc appellatur ad Papam, quando rem Episcopi decidere non possunt. ibid. Et omnes homines subsunt. p. 511. Eum Rex Ludovicus Junior solum in terris Dominum agnoscit. p. 649. Initium Casuum reservatorum. p. 761. Papa non utitur armis materialibus. p. 804.

Paraphrasis Chaldaica. Quando scripta. p. 796.

Parisii. Schola Parisiensis magnæ auctoritatis. p. 670.

Parochi. Titulares. p. 112.

Paschalis Antipapa. Carolus M. ab eo canonizatur. p. 549.

Passavium. Reimbertus Cruciger. p. 66.

Petrus Blesensis. p. 681.

Petrus Cluniacensis. Ejus epistola de Judæis ad Regem. p. 50. Romæ. p. 179. Epistola ad Rogerium Siciliæ Regem, quem hortatur ad vindictam. p. 181.

Petrus Commestor. p. 834. Historia scholastica. ibid. An Petrus Lombardus, &

Gratia-

Gratianus, & Comeſtor fuerint fratres. p. 835.
Petrus de Bruis. Flammis traditur. p. 79.
Petrus Lombardus. p. 325. Liber Sententiarum. p. 326. & ſeqq.
S. Petrus Tarentaſienſis. p. 403. Ejus extrema. p. 806.
Petrus Venerabilis. Obit. p. 283. Ejus Scripta. p. 285.
Philippus Abbas Eleemoſynæ. Ejus epiſtola. p. 390.
Pœnitentia. Confeſſio poſito thuribulo. p. 594. Confeſſio coram Presbytero neceſſaria. ibid.
Poplicani ſeu Publicani. Hæretici Manichæi. p. 624. Igne damnati. p. 628.
Portugallia. Alphonſus Dux, & poſtea Rex. p. 18. Annuum cenſum Eccleſiæ Romanæ promittit. ibid. Ulliſſipo a Germanis ex Maurorum manibus eripitur. p. 69. Alphonſus Rex. ibid. & p. 129.
Praga. Daniel Epiſcopus. p. 352. Legatus Friderici cum Hermano Verdenſi ad Alexandrum III. ibid.
Publicani Hæretici. p. 393.
Purgatorium. Negatur ab hæreticis. p. 92.

R.

Radevicus Continuator Ottonis Friſingenſis. p. 306. Canonicus Eccleſiæ Cathedralis. p. 368.

Raimundus Auctor Ordinis Calatrava. p. 322.
Ratisbona. Henricus Cruciger. p. 66.
Ravenna. Anſelmus Havelbergenſis. p. 242. Exarchatum ab Imperatore accipit. ibid. Anſelmo ſuccedit Guido Blandrata. p. 313.
Regale Jus in Bona Eccleſiaſtica. p. 325. & 339.
Reicherſperga Abbatia. Gerhoh Abbas. p. 656.
Remi. Samſoni ſuccedit Henricus Regis Frater. p. 403. Seditio contra Henricum. p. 622.
Revelationes Feminis factæ. Quæ auctoritas. p. 282.
Richardus Cantuarienſis. Eligitur. p. 801. Ordinatur. p. 809. Epiſtola ad Alexandrum Papam contra Exemptiones. p. 822.
Robertus Pullio Anglus Cardinalis. p. 25. Corpus Theologiæ edidit. 26.
Rogerius Eboracenſis. p. 828.
Rogerius Siciliæ Rex. Obit. p. 255.
Romani. Senatum reſtituere conantur. p. 2. Patricium eligunt. p. 18. Volunt rejecto Papa ſolius Imperatoris Principatum recipere. p. 19. Rempublicam affectant. ibid. Electionem Papæ volunt retractare. p. 21. Eorum molimina. p. 27. & ſeq. Indoles & mores. p. 212. A Friderico I. petunt liberari a jugo S. Pontificis & Clericorum. p. 246. Carolus M. & Otto M. Roma-

Romanum Imperium sibi subjecerunt armis, nullius hominis beneficio. ibid. Romanæ Curiæ versutia & avaritia omnium malorum causa. p. 271. & seqq. Nisi Imperator Romæ Dominus sit, non est Romanorum Imperator. p. 339. Romani ad Alexandrum III. redeunt. p. 488. Quis sensus S. Thomæ de Romana Curia p. 712.

Roschilda. Absolon Episcopus. p. 436.

Rugii Insulani. Convertuntur ad fidem. p. 633.

S.

Saladinus Ægypti Soldanus. p. 763.

Salisburgum. Eberhardus Archiepiscopus. p. 203. Epistolæ ad ipsum datæ. p. 365. & seqq. Obit. Sanctus. p. 373. Conrado succedit Albertus. p. 639. Archiepiscopatum Imperatori resignat. p. 656. Deponitur. p. 813. Henricus Berchtolsgadensis intruditur. p. 814.

Sancti. In Concilio universali tantum canonizandi. p. 200. Eorum cultum non præmature Infideles sunt docendi. p. 634.

Saviniacum. Jungitur Cistercio. p. 125.

Schonaugiense Monasterium. Hildelinus & Ecbertus Abbates. p. 279. & seqq.

Sclavi. Bellum Sacrum in hos populos. p. 106.

Scotia. David Rex. p. 218. Guilielmus Rex. p. 804. Ab Anglis capitur. p. 811. Res Ecclesiæ. p. 828.

Scriptura Sacra. Plura creduntur, quam quæ diſerte in ea dicuntur. p. 158.
Senones. Guilielmus Archiepiſcopus. p. 663.
S. Sepulchrum Hieroſolymæ. Amalricus Prior Patriarcha eligitur. p. 400.
Serlo Abbas. p. 126.
Sicilia. Rogerio ſuccedit Guilielmus. pag. 255. Papam honorifice excepit. p. 542. Guilielmo I. ſuccedit filius Guilielmus II. p. 580. Status Eccleſiæ. p. 680.
Sidon. Amaricus Epiſcopus. p. 266.
Spiritus Sanctus. Quæſtio de Proceſſione. p. 157.
Stephanus Obaſinenſis. p. 143. Inſtitutum. p. 145.
Stiria. Odoacer Marchio Cruciger. pag. 66.
Studioſi. Prima Studioſorum Privilegia. p. 309.
Suecia. Ericus Rex Martyr. p. 182. Eccleſiæ Status & abuſus. p. 759. & ſeqq. Gunthermus Dux. p. 762.
Suevia. Fridericus Dux Conradi III. Frater uterinus. p. 67.
Sugerius Abbas. Obit. p. 197.

T.

Templarii. Homines peſſimi. p. 784. Odo a S. Amando Magiſter. p. 785.
Tervanenſis Sedes. Milo I. & II. p. 401.
Thalmud. Quo tempore ſcriptum. p. 796. Quæ materia. p. 799.

Theo-

Theorianus Philosophus. Ejus Dialogus cum Catholico. p. 691.

S. Thomas Cantuariensis. p. 420. Ejus vita. p. 446. & seqq. Initia dissidii inter eum & Regem. p. 463. Jurat se servaturum consuetudines. p. 472. Retractat. p. 479. Dissidium recrudescit. p. 483. Condemnatur. p. 498. In Francia. p. 502. Joannem Oxonienſem excommunicat. p. 554. Epistola responsoria ad Episcopos Concilii Londinensis. p. 563. Pontiniaco discedit. p. 568. Epistola ad Alexandrum Papam. pag. 601. Colloquium Gistorciense. p. 607. Et Argenteonense. p. 610. Appellatio Episcoporum. p. 612. Epistolæ ad Papam & Cardinales. p. 618. Conventus cum duobus Regibus. p. 643. Ludovicus Rex eum consolatur. p. 646. Thomas adhibet Censuras. p. 649. Epistola ad Cardinalem Ostiensem. p. 652. Provinciam suam Interdicto subjicit. p. 675. Epistola ad Albertum Cardinalem. p. 712. Pax cum Rege. p. 714. Reditus in Angliam. p. 728. Ultima ad Regem Epistola. pag. 731. Thomas in Anglia. p. 734. Martyrium. p. 744. Miracula. p. 773. Sanctorum Catalogo adscribitur. p. 781.

Toletum. Hujus Ecclesiæ Primatus. p. 17. & 128. Joannes Archiepiscopus Indulgentiam plenariam tribuit. p. 322.

Tornacenſis Epiſcopatus. Reſtituitur. pag. 36.
Trappenſe Monaſterium. Fundatur. pag. 127.
Trevirenſis Eccleſia. Adalbero. pag. 133. Chriſtianus. p. 137. Hilinus. p. 201.
SS. Trinitas. Ejus Feſtum inſtituitur. pag. 425.
Turcæ. Nuradinus Rex. p. 792.
Tyrannus. An liceat eum occidere. pag. 333.
Tyrus. Petrus Epiſcopus. p. 266.

V.

Verda. Hermannus Epiſcopus. p. 352.
S. Verena Socia S. Urſulæ. p. 281.
Vicelinus Epiſcopus Oldenburgenſis. p. 186. Apoſtolus Sclavorum. ibid.
S. Vitus. Idolum Rugiorum. p. 634.
Upſalia. Henricus Epiſcopus Martyr. pag. 182.
S. Urſula. Ejus & Sociarum Reliquiæ Coloniæ. p. 278.
Uſuræ. Remittuntur militibus cruciatis. p. 32.

W.

Wallia ſeu *Cambria.* Epiſcopatus S. Davis. p. 113.
Wintonia. Henricus Epiſcopus. 767.

ERRA-

ERRATA.

Pag.	19.	& iis *sic corrige:*	ex iis.
	28.	celebrant	celebrent.
	47	dignum cum	dignum, cum.
	61.	Non clam	Nam clam.
	69	eederent	cederent.
	102.	debilitato	debilitatos.
	106.	Imperatore	Imperatores.
	108.	Eugenius	Eugenius.
	ibid	vocabantur	vocabatur.
	109.	al! Eudonem	alii Eudonem.
	113.	vocante	vacante.
	169	negotiorem	negotiorum.
	ibid.	relinqnas	relinques.
	201.	Archiepiſcopum Bambergenſem	Epiſcopum Bambergenſem.
	291.	Lincolnienſis	Lincolnienſi.
	308.	Longobordiæ	Longobardiæ.
	310	Ars criticæ	Ars critica.
	311.	fertetur	fertur.
	321.	popoſceret	poſceret.
	338.	ſecutæ ſint	ſecuta ſint.
	341.	ſibi Paſtore	illi Paſtore.
	360.	accedens	accidens.
	378.	deditqun	deditque.
	396.	neminem	nemine.
	431.	ne impoſterum	me impoſterum.
	449.	inſigne	inſignes.
	518.	cadente	cedente.
	520.	in varias	in varias provincias.
	544.	Epiſccpum	Epiſcopum.
	550.	eosque qui	eosque, qui.
	551.	Papa Cardinalis	Papa, Cardinalis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERRATA.

Pag. 558.	eí	*sic corrige:* &
	563. præferret	præferrent.
	589. cui	quibus.
	597. aliisque quotquot	aliisque, quotquot.
	628. com-rantur	comburantur!
	637. in qua	in quibus.
	639. Illa	* Illa.
	640. precelluit	percelluit.
	642. Thoma	Thomæ.
	655. Achiepiſcopum	Archiepiſcopum.
	657. altera die	altera dies.
	666. Religioſorum	Religioſorum.
	712. Utinam &c.	Ab hoc usque ad verba : Papalem corrumpunt. Deberent eſſe literæ curſivæ.
	713. Nolo amplius &c.	Iterum usque ad verba : ſuſceptum fuiſſet ! Literæ curſivæ fuiſſent ſubſtituendæ.
	833. tradiderunt	tradidit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTIC
TOM. XVII

Th
5178